6 **R**espondeo sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio. *c. no si ates 30. q. 5. & l. 1. ff. de sponsal.* vnde tres requirunt conditiones vt valida sint. Prima est vt sit promissio futuri matrimonij. Secunda inter personas iure habiles ad contrahendum. Tertia vt verbis, & signis manifestetur, de quibus infra. Aduerte tamen D. Th. 4. *d. 27. q. 2. art. 1. ad 6.* appellare sponsalia sacramentalia, non quia habent aliquam sanctitatem, sed quia sunt præuia ad ipsum matrimonij sacramentum.

D I S P V T A T I O I I.

An ex Sponsalibus idius mutuum acquirant sponsi in corpus, vt si alter ex his fornicetur cum alio, adulterium committat.

1 **N**ON est adulterium siue sponsus fornicetur cum alia, siue sponsa cum alio viro. probatur quia adulterium est violatio alieni tori *c. lex illa 36. q. 1.* sed accedens ad sponsam de futuro non violat alienum torum. quia non dum conceditur torus sponsis de futuro: ergo non committit adulterium sponsus, vel sponsa cum alijs fornicans, ita multi Canonistæ, Anto. *cap. discretionem de eo qui cognouit cons.* vbi Card. Ananias Couar. *l. cit. n. 8.* Alex. Carr. *lib. 1. de sponsali c. 3. habetur in tractatibus tomo 9.* & ex Theol. Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 13. n. 4.* Viual. *Candelabro aureo de spons. Lud. Lopez 1. par. instruc. c. 29. S. adhuc & Ma-*

nuel. 1. *tomo summa cap. 53. fine.*

2 Paludanus 4. *d. 27. q. 1. ar. 3.* tamen, & aliqui canonistæ, vt Albericus *l. miles 5. querebatur nu. 3. fine.* Greg. Lopez *l. 1. verbo odesposada tit. 17. p. 7.* Abb. *cap. discretionem nu. 4. de eo qui cogn.* Alex. de Neuo, *ibi n. 11.* Sarmiento *libro primo selectur. à cap. 5.* tenent esse adulterium saltem quoad hunc effectum, vt sponsus possit sponsam de futuro tanquã adulteram accusare probant ex *l. si vxor ff. ad l. Iul. de adult.* & potest probari primo ex *l. 1. tit. 17. p. 7. in principio ibi (adulterio es ierro que homo face iaciendo con mujer casada, o desposada con otro)* verum hi textus facile soluuntur, nam prior ex *l. si vxor* concedit vindictam sponso nõ ratione adulterij, sed ratione iniuriæ, quæ ipsi infertur, vt docet Couarr. Greg. Lopez, Alex. Carr. *locis citatis* posterior vero ex *l. 1.* intelligitur de sponsa per verba de præfenti, sed non dum cognita.

Q V A E R E S I.

An saltem sit circumstantia necessariò fatenda in confessione.

3 **R**espondeo si sponsus fornicetur non debet illam necessariò aperire in confessione: quia quamuis fornicatio hæc sit circumstantiã diuersa specie, non quia sit verè adulterium, sed quia continet iniustitiam contra fidem sponsaliũ; tamen non infertur grauis iniuria sponsæ propter sponsi fornicationem; vnde tantum erit culpa leuis ratione iniuriæ. Contra verò si sponsa fornicetur debet necessariò tam ipsa, quam alter fornicans cum ipsa hanc circumstantiam sponsalium aperire, quia ob fornicationem sponsæ grauis iniuria infertur sponso. quicquid dicat Enriquez *lib. 11. de Matr. cap. 13. n. 4.* qui negat fornicationem in sponsis mutare speciẽ, & esse adulterium.

Couar. tamen 4. *dec. par. 1. cap. 1.*

nu. 14. & Vivald, *candelabro Sacram.* 1. par. de sponsal. n. 10. tenent sponsalia non esse circumstantiam aperiendam necessariò in confessione siue sponsus fornicetur, siue sponsa, quia hæc circumstantia non mutat speciem, cum non sit adulterium. Alij verò dicunt semper esse necessariò fatendam circumstantiam tam ex parte viri, quam feminae. quia est duplex malitia, scilicet sponsalium fractarum, & fornicationis. Secundo quia hæc fornicatio est contraria fidei sponsalium. Sic Sarmiento *lib. 1. selectar. cap. 5. num. 3.* Lud. Lop. 1. parte *instruc. cap. 29. §. ad hæc* & Petrus de Ledesm. de *matrim. q. 43. art. 1. dub. ultimo.* & est valde probabilis hæc vltima sententia.

4 Hinc filij concepti cum sponsa de futuro non sunt Adulterini, nec spurij, sed naturales, quia parentes poterant contrahere validè matrimonium cum his, cum quibus fornicati sunt etiam stantibus sponsalibus prioribus, licet peccassent contra eorum fidem, sic etiam Couarr. contra Sarmientum negantem esse naturales *ex l. 1. ff. de his qui notantur infamia*, vbi inter infames notantur hi, qui bina sponsalia eodem tempore contraxerunt. Sed hic textus loquitur de sponsalibus de præfenti, non dū copula consummatis.

* Doctrinam nu. 2. traditam non est veritus ridiculam appellare Pontius *lib. 12. c. 6. n. 8.* ea ductus ratione, nimirum posito quod fornicatio in sponsis sit iniustitia, debet esse tam ex parte sponsi fornicantis, quam ex parte sponsæ, & cum sit in materia graui, esse circumstantiam aperiendam etiam ex parte sponsi. Nam alias sequeretur quod etiam post contractum matrimonium non teneretur maritus fornicans hanc circumstantiam aperire. cum homines putent communiter grauiorem esse iniuriam, si vxor adulteratur. Verba Pontij sunt hæc. (*ridicule Tb. Sanch. censet si res habeatur cum sponsa*

alterius de futuro esse circumstantiam in confessione explicandam, quia est grauis iniuria; at si habeatur cum sponso alterius non esse circumstantiam explicandam, si iniustitia est, ex vtraque parte sit necesse est, & cum sit in re tam graui, non potest non esse mortalis culpa, & quod homines non reputent eam grauem iniuriam, si sponsus fornicetur parum refert, alias idem dicendum esset, quamuis iam esset contractum matrimonium, planum enim est grauiorem iniuriam homines iudicare si vxor adulteretur, quam si maritus) Hoc argumentum iam Sanchez sibi obiecit in hac distins. n. 5. ibi (tertio probatur quando sponsa de futuro fornicatur atrocem iniuriam irrogat sponso; adeo ut leges concedant vindictam, ut dixi nu. 3. exponiturque probabiliter periculo concipiendi, atque ita iniustitia erga virum futurum, qui sobolem putans esse suam alet, in bonisque eius succedet; ergo vltra fornicationem est alia iniustitie species; sed dices hoc de sola sponsa fornicante probare: hoc tamen non obstat, quia ius par vterque in corpus alterius per sponsalia comparat, sicut adulterium tam femina quam viri necessario fatendum est, quamuis hoc minus graue, & iniuriosum sit) hoc, inquam, argumentum, quod contra se proposuit, soluit deinde nu. vltimo. vbi non negat esse iniuriam ex parte vtriusque sponsi; sed tantum ait ex parte sponsi esse leuem; nec esse eandem rationem in fornicatione post contractum matrimonium, quia quamuis homines putent grauiorem esse iniuriam, qua vir afficitur ob vxoris fornicationem, tamen adulterium viri necessariò etiam est fatendum, quia est vsurpatio rei alienæ inuito Domino. & præterea directè opponitur bono fidei Sacramenti matrimonij, per quod coniuges obligantur ad negandum corpus cuiuslibet alteri, vnde etiam si vxor assentiretur viri adulterio; non tamen cessaret talis circumstantia, quæ omnia non inueniuntur in sponsis, vnde si consentiente sponso, spō-

sa fornicata esset, non esset nisi peccatum incontinentiæ, cum iam cesset iniuria illata sponso, verba Sancier sunt (*Ad tertium fateor eam circumstantiam in fœmina esse fateadam, & aequale ius habere utrumque in alterius corpus, & quia non est equalis iniuria, ideo ea circumstantia ex parte fœmina constituit culpam mortalem, non autem ex parte viri; nec est similis post contractum matrimonium; tunc enim utriusque adulterium est necessariò fatendum, quia cum sit usurpasio rei alienæ inuiso Domino, est grauis iniuria, item directè opponitur bono fidei &c.*) quæ omnia si Pontius in fine huius disput. apud Sanch. legisset, eius doctrinam ridiculam minime appellasset, sed potius ridiculum existimaret argumētum iam dici solutum afferre, nec solutiones tangere.

Deinde aduerte circa dicta nu. 1. sine vter potius errauerit Sanch. an Pontius, qui dicit lib. 12. c. 6. n. 6. Sanchez turpiter errasse eo quod exposuerit d. l. si vxor de sponsa de præsentis, quod certè falsum est, nam ille d. l. 1. r. 17. exposuit de sponsa de præsentis, vt verè debuit intelligi, non l. si vxor vt falsò putat Pontius, vt autem hoc apertè appareat, integram adnotavi sententiam, & Pontij verba (*alter etiam sponsalium effectus à nonnullis enumeratur, vt scilicet cum ea sponsa de futuro res habitata adulterij nomine censeatur, & quidem iure ciuili etiam sponsam violatam accusare poterat sponsus iure mariti; non enim minus in sponsa, quam in uxore adulterium committi dixit I. C. in l. si vxor 13. §. diu ad l. Iul. de adulter. Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt ibi etiam in sponsa hoc idem vindicandum neque matrimonium qualecumque, neque speciem matrimonij violare permittunt: errat autem turpiter Tb. Sanch. lib. 1. dis. 2. n. 3. cum in dicta l. sponsa nomine intelligit desponsatam de præsentis, nam cum sponsa de præsentis non est species matrimonij, sed matrimonium*) vbi apertè vides Pontium dicere Sancierum exposuisse d. l.

si vxor de sponsa de præsentis. quod autem Sanchez non exposuerit d. l. si vxor de sponsa de præsentis patet ex verbis ipsius Sancier, qui nu. 1. ait (*aliqui dicunt eum concubitus (nempe sponsa fornicantis) adulterium esse ad hunc saltem effectum, vt sponsus fornicantem sponsam possit de adulterio accusare, probatur ex l. si vxor 13. in princ. ff. ad l. Iul. de adulterijs ibi. D. Verus & Antoninus &c. secundo potest probari ex l. 1. tit. 17. p. 7. in princ. ibi adulterio &c.*) deinde nu. 3. à Pontio citato respondet ad argumenta & ait (*ad argumentum prioris sententia respondent Couarr. Greg. Lopez nu. 2. citati & Alex. Carr. concedi vindictam sponso non ratione adulterij, sed quia est atrox iniuria sibi illata; ad secundum dico intelligi eam legem de sponsa per verba de præsentis &c.*) vbi vides Sancierum secundum argumentum exposuisse de sponsa de præsentis, secundum autem argumentum, vt vidimus est l. 1. tit. 17. p. 7. non l. si vxor. nam hoc est primum argumentum ad quod respondet cum Couar. quare immeritò Pontius ait turpiter illum errasse; cum vere non errauerit: exposuit .n. legem 1. eamque intelligit de sponsa de præsentis, non autem legem si vxor vt vult Pontius

DISPUTATIO III.

An sufficiat ad valorem sponsalium promissio merè interna facta homini, & an obliget saltem vt promissio.

Respondeo non sufficere ad valorem sponsalium permissionem internam quando fit homini, & sic non erunt sponsalia, si quis v. g. sola mente promittat Bertæ se illam ducturum in vxorem; quia contractus sponsalium est contractus inter homines, desideratque mutuam permissionem sponsi, & sponsæ. immò addo permissionem hanc internam homini factam non obligare, etiam in ratione permissionis tantum

tum; neque de iure positiuo, quod est certum; nam ius positiuum ad hoc vt obliget petit acceptationem vnde dominium per actum merè internum transferri non potest, vt docet P. Molina *lib. 2. de iniustitia. neque de iure naturali, & sic promissio merè internè facta poterit reuocari. Ratio est quia vnus non obligatur alteri nisi per modum naturalem, & humanum, scilicet per verba, vel signa externa: hæc est sententia D. Th. 2. 2. q. 88. art. 1. in corpore Abul. cap. 30. numer. q. 44. corpore Turrecr. 17. q. 1. cap. 1. Arag. 22. q. 88. ar. 3. fol. 992. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 17. nu. 5. in com. lit. 1.*

2 Contraria sententia satis probabilis dicit promissionem internam factam homini obligare de iure naturæ. est Ledes. 2. par. 4. q. 18. art. 1. dub. 13. Mendoza *lib. 1. de pactis cap. 4. nu. 8. Palacios, lib. 5. de contrac. cap. 11. §. porro vt meam, & in eam magis inclinatur P. Molina t. 2. de iust. tract. 2. dist. 266. Mouentur ex eo quia non adimplere est mendacium, cum dictum reddatur falsum, & saltem est infidelitas quædam naturali iure prohibita.*

* Hic libet Pontium excusare quod fortè non aduerterit quænam fuerit sententia nostri Authoris, & ideò dixit *l. 12. c. 2. n. 3. Sanch. deceptum esse dum putat promissionem merè internam esse posse Põtij verba sunt (vnde nequaquam promissionem merè internam esse posse incunctanter asserimus, in quo etiam deceptus videtur Thomas Sanchez. & qui dem promissionem inter homines non nisi per verba fieri posse docet D. Th. 2. 2. q. 2. art. 1. & c.)* nam certè intolerabilis esset malitia (quam ab homine religioso omnino abesse puto) dicere Sancium deceptum esse in ea sententia, quam ipse non sequitur, sed tantum vt probabilem refert, & deinde dum ipse Pontius Sancij sententiam amplectitur ipsum non citare; nec fateri Authores, quos ipse affert, esse aliquos ex mul-

tis, quos pro se citat Sanchez præter Lessium, & Turrianum. quorum Sanchez non meminit, sed solus Pontius. Quod si ideò Pontius dixerit Sancium deceptum esse ex eo quia contrariam sententiam putauerit probabilem. certè quamdam præferret simultatem contra nostrum Sancium, debebat enim potius dicere deceptos esse Ledesma, Mendosam, & Palacios, qui eam sententiam absolutè defendunt. vel alios recensere, qui eam sententiam probabilem putant vt est P. Molina, Sotus, Aragonius, & alij, aut saltem vt iam dixi, debuerat ni fallor dum Sancij sententiam amplectitur, ipsum citare, vt ipse Pontius pollicitus est in proemio ibi: (*in quibus cū illo Doctore conuenimus, breuiter indicamus eo citato*) at nunc ipsum tali verborum forma nominat, vt denotet Sancium esse in ea sententia, vt putet obligare promissionem mere internam, cuius oppositum docuit, vt vidimus.

DISPVATIO IV.

An promissio interna facta Deo, quæ habet rationem voti ducendi aliquam in uxorem obliget.

1 **R**espondeo certum esse promissionem factam Deo matrimonij contrahendi, nisi aliquas circumstantias habeat, non obligare, & inuvalidam esse, quia votum est de meliori bono; sed matrimonium non est melius bonum coelibatu, nisi habeat aliquas circumstantias, de quibus infra. ergo votum matrimonij nullum est. at si matrimonium esset in præcepto, vt si vouens deflorasset Virginem fide data de matrimonio cum ipsa contrahendo, vel maxima vtilitas speraretur in tota re publica ob id matrimonium; certum est votum matrimonij obligare, quia tunc vtilius esset ad Dei honorem matrimonium, quam coelibatus.

QVAERES I.

Quenam sint circumstantiae, quae faciunt ut votum matrimonij obliget, & sit validum.

2 **R**espondeo prima est vt si quis stimulatus carnis tentationibus se fragilem esse cognoscens, ac saepe in peccata carnis prolabitur, voueat ducere vxorem, valet tale votum, & tenetur matrimonium inire; quia huic melius est ducere vxorem, quam viti ex D. Paulo 1. Cor. 7. sic etiam Gaet. 22. q. 88. art. 2. dub. ultimo. Nauar. summa cap. 12. nu. 43. Enriq. lib. 11. de matrim. cap. 6. nu. 5. P. Molina tom. 1. de ius. tract. 2. d. 14. q. 9. & alij contra Sotum, lib. 7. de iusi. q. 1. ar. 3. ver. contra hanc autem, Aragonium 22. q. 88. ar. 2. fol. 982. col. 2. & aliquos modernos, qui putant nec in hoc casu votum matrimonij obligare, & est probabilis eorum sententia. quam probant ex hoc quod per illud votum pracluditur via Spiritus Sancto ad maius donum hominem, sic stimulis agitatum inspirandi.

3 Secunda est si quis voueat matrimonium firmissimo animo ingrediendi Religionem, ante talis matrimonij consummationem; casu quo esset peculiaris ratio, ob quam expediret ad Dei honorem contrahere illud matrimonium, vt fuit in matrimonio B. Virginis.

4 At si talis ratio non sit, votum matrimonij animo ingrediendi Religionem, nullum erit, nec vouentem obligabit, quia est votum de re inutili, & contra matrimonij naturam. sicut etiam inualidum est votum, quo quis vouet matrimonium hac conditione; voueo inire matrimonium, nisi aliquid salubrius de me Deus disposuerit, quia impeditur maius bonum, Religio scilicet, & Celibatus; & quamuis votum matrimonij sit de re bona, tamen gratius est Deo, nisi aliqua sit circumstantia ex dictis, ab illo abstinere, quia

mentem a diuinis rebus auocat; unde quamuis ludus honestus sit actus virtutis Eutrapeliae, seu vrbانيتatis; votum tamen non ludendi obligat, quia gratius est Deo recreatione hac honesta hominem se prouare. Verum si quis dicat, voueo me nunquam lusurum, intelligitur hoc votum de ludo illicito, quo bona dilapidantur, nisi vouens aliud intendat.

QVAERES II.

An si quis voueat ducere vxorem in honorem Dei ex eo quod sit causa piale matrimonium, quia scilicet femina illa est pauper, vel est meretrix, & ille vult mediante matrimonio a turpi statu illam auocare, valeat tale votum.

5 **R**espondeo si votum sit conditionale, vt si ducturus sum vxorem, pauperem ducam, aut meretricem, valet tale matrimonium, & vouens tenetur non aliam ducere, nisi pauperem, aut meretricem. similiter si quis carnis tentationibus pressus, nec potens se continere, voueat ducere vxorem pauperem &c. valet hoc votum, quia iam in hoc casu votum ducendi obligat, vt nu. 2. diximus, & illud additum, nempe ducendi pauperem, est opus pium.

6 Verum extra hos casus non tenet votum, pauperem, aut meretricem ducendi factum simpliciter in honorem Dei, quia ex parte voti clauditur via Spiritui Sancto, ne altiore statum inspiret. quare si ille, qui tentationibus premitur, & vouet pauperem ducere, non habet respectum ad propriam fragilitatem, sed tantum ad exercendum id opus pium, videlicet ducere pauperem, aut meretricem non tenetur eo voto, & sic poterit aliam diuitem, vel honestam ducere.

7 Contraria sententia, quae docet absolute votum ducendi meretricem

cem esse validum. est Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 6. n. 5.* & Philarchi, *de off. Sacerd. to. 1. par. 2. lib. 3. cap. 17. n. 3.* & habet fortissima argumenta.

8 Aduerte tamen quod ad hoc vt matrimonium sit causa pia, non sufficit si sit cum paupere, sed requiritur vt fiat causa pietatis, nempe ob amorem Dei &c. Nam si quis pauperem, aut meretricem ducat ob id, quod est eius consanguinea, vel ob affectionem, non dicitur tale matrimonium causa pia; quia duo requiruntur ad hoc vt causa dicatur pia, vnum est pietas personæ vt v.g. sit pauper; alterum est vt fiat intuitu pietatis, & sic causa pia erit, si quis puellam diuitem, quæ impudicè viuit, ducat in vxorem hoc intuitu, vt à peccatorum occasione eam liberet, diciturque hoc matrimonium causa pia. sic multi Canonistæ. Guttier. *cons. 26. n. 8.* Tiraq. *de priuil. pie cause in prefat. n. 3.* Greg. Lopez *l. 35. tit. 4. par. 5. verb. seria &c.* in legatis verò variæ sunt doctorum sententiæ, nam Guttier cum alijs putat esse legatum pium; quando quis relinquit consanguineæ pauperi. contra verò Tiraq. cum alijs multis putat non esse pium, sed præualere affectionem sanguinis. Menoch. multos referens de præf. *lib. 4. præ. 115. an. 6.*

DISPVATIO V.

An quacumque Promissio externa sit sufficiens ad sponsalia saltem ex parte ipsius promittentis, ita vt ipse teneatur. an potius debeat ea promissio esse mutua, vt scilicet Titius promittat Bertæ se illam ducturum, & Bertæ repromittat Titio similiter illum accepturam.

1 CERTUM est requiri mutuam promissionem ad hoc vt sint sponsalia ex *l. 1. ff. de sponsal.* sufficit tamen vt repromissio alterius sponsi sit per aliqua signa, vt si Titius promittat Bertæ se illam in vxorem accepturum, & illa repromittat ali-

quo signo externo manum scilicet apprehendendo &c.

2 Aduerte tamen non sufficere ad hoc vt censeatur repromissio, si acceptans dicat, gratias ago, placet &c. acceptando tantum repromissionem. Ratio est quia in dubio non est inducenda obligatio, cum voluntas sit in possessione libertatis, sed acceptans illam promissionem potest acceptare in quantum est in sui fauorem, vt solus promittens sibi obligetur; ergo non debemus dicere quod per eam acceptationem fiat repromissio. Et confirmatur, quia tacens tunc videtur consentire in quantum est in sui fauorem, vt docet Couar. *3. var. 6. 15. n. 4.* Greg. Lopez *l. 1. t. 161. p. 4.* & Fuluius Pacian. *lib. 1. de probation. cap. 30. nu. 4. apud quos alij.* ergo dum acceptans promissionem nihil aliud exprimit, censendus est solum acceptare, & non repromittere, ita etiam Soto *4. d. 27. q. 2. art. 1.* Lud. Lopez *2. to. instruc. de matrim. cap. 36. §. praterea quoniam & P. de Ledesma de matrim. q. 43. ar. 1. dub. 1. §. in hac difficultate* quamuis non careat probabilitate, quod docent Palud. Veracruz, & alij, nimirum eam acceptationem esse repromissionem, & per eam perfici sponsalia, quia acceptans videtur virtualiter promittere.

* Ex quo patet regulam hanc tacens &c. valdè confirmare doctrinam Sanch. nam posito quod taciturnitas sit quædam tacita acceptatio, vt disp. seq. dicemus, & tacens tantum videatur consentire in id, quod est in sui fauorem, sequitur quod acceptans videatur acceptare promissionem futuri matrimonij in quantum est in sui fauorem, quando aliud non exprimit, vt scilicet alter sibi obligetur, ipse verò minimè; nulla enim est difficultas, quare non possit fieri talis promissio, nec bene Pontius *l. 12. c. 4. n. 11.* ait nullius esse momenti, vt patebit clarius ex dicendis in fine disputationis.

QVAERES I.

An dato quod simplex illa acceptatio non sit repromissio, tamen si promittens gratis, & liberaliter promisit inire matrimonium, remaneat obligatus ratione promissionis.

3 **R**espondeo affirmatiue, nam promissio gratuita posita acceptatione obligat promittentem. non est vero obligatus ratione sponsalium; unde non oritur impedimentum publicæ honestatis, & in hoc sensu intelligendi sunt multi Doctores, qui dicunt eum, qui fidem dedit, si alter non repromittat, teneri matrimonium contrahere ratione simplicis promissionis, non ob sponsalia. hi sunt D. Ant. 3. p. 2. 1. c. 18. *initio ver.* Nota ergo. Rosfella *ver. sponsalia n. 1.* vbi Tabiena q. 3. n. 4. *fin.* Armill. nu. 3. Nauar. *summ. cap. 22. nu. 25.* Bart. à Ledesma, *dub. 8. de matri. §. adnotare Manuel. 1. tom. summa cap. 244. n. 1. concl. 1.* unde si ille qui acceptat, diù differt perficere matrimonium, promittens remanet solutus ab obligatione, quia alter videtur contemnere eius promissionem, & tacitè remittere obligationem, ita etiam Soto, 4. d. 27. q. 2. *art. 1. part. 1. conclus.* & Lud. Lopez *tom. 2. instruc. de matrim. cap. 36. fol. 10. 31.*

4 Si vero promissio matrimonij facta est respectiue, & est per modum contractus vt facio, vt facias, necessario est repromissio alterius, ita vt ante repromissionem possit promittens tuta conscientia ab ea promissione resilire. Ratio est quia in contractibus vtro, citroque obligatorijs, quando non est obligatio alterius partis, nullus est contractus, & in hoc casu acceptatio, & repromissio statim debet fieri. at si alter non repromittat statim, sed aliquo tempore elapso, & promittens perseverat in eadem voluntate, erunt vera sponsalia; dummodo sit aliqua continuitas moralis, & ita intelligi potest Veracrux dum ait, si alter ex contrahentibus non repromittat, neutrum obligari.

5 Denique si dubietur vtrum promissio sit per modum contractus vel non. colligitur ex coniecturis, vt si ambo de matrimonio ineundo inter se tractauerint, signum est promissionem illam esse per modum contractus; si verò vir ob aliquod beneficium acceptum promittat se velle hanc ducere, erit promissio gratuita.

6 Promissor tamen matrimonij post alterius acceptationem ita obligatur, vt teneatur ex Iustitia, & peccabit mortaliter si promissionem non seruet (nisi fortè res sint notabiliter mutatae, vt per hanc mutationem excusetur) probatur quia posita acceptatione promissio est pactum ex Bart. *l. iuris gent. §. igitur nu. 1. ff. de pactis Abbas c. pò de pactis n. 4. Ang. verb. pactum nu. 3. Armilla n. 1. Ant. Gom. tom. 5. varia. cap. 11. nu. 3.* & alijs; sed pactum obligat sub mortali, quando materia est grauis, qualis est hæc de promissione matrimonij; ergo promissio matrimonij post acceptationem obligat sub mortali. Minor quod pactum obliget sub mortali probatur. quia pro solo peccato mortali fertur excommunicatio. sed pro violatione pacti fertur excommunicatio *c. 1. de pactis* sunt pro hac sententia decem ferè Canonistæ Ant. *c. 1. de pactis n. 2. vbi fortun. n. 230. Panorm. cap. qualiter eod. tit. Alex. cap. debitores de iure iur. n. 9.* &c. ex Theol. D. Ant. 2. *part. tit. 10. cap. 1. §. 4. Manuel, Palacios, lib. 5. de contrac. cap. 11. §. est igitur, & alij.*

7 Verum aduerte tunc promissionem dictam obligare quando promittens verè animo se obligandi promisit. nam si fictè facta est promissio non obligat, quia vbi deficit voluntas se obligandi, deficit ipsa obligatio; signum autem quod aliqua promissio facta sit animo non se obligandi sub mortali, erit si promittens recuset confirmare iuramento promissionem ne teneatur sub mortali. vel si quando promittit, rogetur an vellet se obligare ad illam promissionem sub mortali: responderet se id nolle. Non tamen requiritur ad hoc vt promissio obliget in foro conscientie

tia, vt exprimat^r causa quando fit promissio, sed hoc requiritur in foro externo ne videatur facta promissio per errorem. sic etiam Sylu. *verb. pactum q. 4.* Nauar. *summ. cap. 18. n. 6.* & Mattienzo *lib. 5. recop. tit. 16. l. 2. gloss. 1. n. 11.* Contra Ang. *verb. pactum nu. 4. Tab. ibi q. 2.* & Armillam *ibi n. 2.* qui volunt non obligare in foro conscientia non expressa causa promissionis.

QVAERES II.

Quaenam censeatur materia grauis in promissione ad hoc vt sit peccatum mortale si promittens eam non seruet.

Respondeo esse quadruplo maiorem illa, quae sufficit ad peccatum mo. in furto. nam iniuria ex promissione non adimplenda est multo leuior ea, quae fit in furto, praesertim cum non sit adeo certum meram promissionem obligare ex iustitia sub mortali vt mox dicam. vnde non est vera sententia Nauarri, *l. 2. de rest. cap. 2. dub. 7. coroll. 3. n. 329.* qui vult eum, qui gratis promittit vnum sacrum alicui, peccare mortaliter, si non adimpleat promissionem.

9 Sunt tamen aliqui, qui volunt promissionem sola non obligare sub mortali etiam facta acceptatione. sic Enriq. *lib. 11. de matrim. cap. 13. n. 2.* Armilla, *ver. perfidia nu. unico.* Soto *4. d. 20. q. 2. art. 2.* Garzia *de contract. lib. par. 1. cap. 3.* Petrus de Ledesma. *de matrim. q. 47. art. 5. dub. 2. concl. 1. fol. 255.* Ratio est quia non adimplere promissum est tantum decipere, quod tantum est veniale peccatum, nam frangere hanc fidem non opponitur iustitiae, sed tantum veracitati. Et P. Molina *tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 262. sine.* vult tantum obligare sub veniali quando promittens intendit se obligare ex sola morali honestate, nostra tamen sententia n. 6. proposita est verior.

***** Circa doctrinam n. 3. & 4. traditam aliquas opponit Pontius calumnias *lib. 12. c. 4. a n. 2.* quas hic refellere volui ne filium disputationis interromperem. ait igitur primo nullum ex DD. cita-

tis esse in ea sententia, nimirum eum, qui fidem dedit sponsalium casu quo alter non repromittat, obligari ad fidem seruanda non ratione sponsalium, sed ratione illius promissionis. Pontij verba sunt (*si vnus promittat neque alter repromittat tacite, vel expresse, neutrum obligari, & in primis nullum ex DD. quos pro se citat in ea esse sententia plane docet Gabriel Vasquez disp. 4. de matr. c. 3. quin potius D. Ant. atque Rosella expresse dicunt eo ipso quod alter promissionem factam acceptat repromittere eo signo, quo acceptare se ostendit.*)

Sed hoc an verum sit ex ipsis verbis DD. patet aperte. sunt autem DD. hi, quos citauimus supra n. 3. relati ab ipso Sanchez D. Ant. *l. cit.* postquam varios modos contrahendi sponsalium explicauit. tandem addit. (*at si aliquis apprehendat manum mulieris, & dicat ipsi mulieri, do tibi fidem meam de accipiendo te in uxorem, & illa nihil respondeat, nec aliquo modo ostendit se acceptare, non sunt sponsalia, ille tamen, qui taliter dedit fidem, tenetur eam ducere, si illa voluerit*) Armilla haec habet (*sed si Titius accipiat manum Bertae dicendo do tibi fidem quod te accipiam, & illa nihil respondeat, vel non ostendat se acceptare, non sunt sponsalia, quia non debent claudicare qui tamen promissit, debet seruare fidem. secundum Ar. flo. supra*) Nauar. ait (*suppono quod sponsalia non sunt matrimonium, sed promissio eius, quod intelligendum est de promissione mutua; siue reciproca, quia licet alterius tantum sufficiat ad se obligandum, non tamen sufficit ad sponsalia efficienda*) iisdem verbis utitur Tabiena, & citat S. Thomam. aliorum verba praetermitto vt breuitati consulam, satis haec sunt ad veritatem ostendendam, & Pot. conuincendum, qui vt vidimus dicit nullum ex DD. citatis id dicere.

Ait deinde n. 3. se non assequi diuersitatem inter sponsalia, & matrimonium, quam assignat noster Author n. 6. respondendo ad argumentum illud, nimirum sicuti in matrimonio non potest esse obligatio solum ex parte vnus; ita neque in sponsalibus; quod Pontius ita per extensum ponit (*sicuti matrimonium postulat mutuum obligationem,*

nem, ita etiam promissio matrimonij, in promissione enim illa agitur de matrimonio contrahendo ab utraque, ergo ille qui promittit matrimonium alteri pro futuro tempore necessario postulat ab eo, ut secum consentiat, non quidem ut tunc fiat, sed ut futuro tempore fiat: ergo petit ut consentiat in promissionem de futuro, idest ut velit in futurum contrahere, is autem consensus in futurum contrahendi matrimonij, quando respondet promissioni est repromissio, nam qui sic consentit, & consensum suum explicat, reuera repromittit, & dicit se consensurum).

Sed urget magis Gabriel Vasquez disp. 4. de matr. c. 3. quia licet tempore procedere possit promissio vnus consensum, & acceptationem alterius, attamen non potest aliquis acceptare alterius promissionem, quin velit ipse matrimonium contrahere in futurum, nec enim per consensum de presenti potest acceptare promissionem, qua manet intra genus promissionis, cum illa sit de futuro, cumque explicans hanc acceptationem necessario significet se velle in futurum contrahere, sequitur quod eo ipso quod consentit, & acceptat, aut significat consensum, & acceptationem repromittere.

In quo argumento ut patet tota vis consistit in hoc, ut dictum est, sicuti in matrimonio requiritur mutua obligatio, ita ut non possit claudicare, & ex vna parte remanere obligatum alterum ex contrahentibus, alterum vero tali obligatione immunem esse. ita etiam in sponsalibus. quare non poterit vnus remanere obligatus, quin alter etiam obligetur.

Hoc tamen argumentum iam soluit noster Auctor, & assignauit disparitatem, quam quoniam Pontius ingenue fatetur se non assequi, hic repetam iisdem verbis, quibus eam assignat Sanchez, ut lector iudicet an tanta sit verborum ambiguitas, quibus Sanchez vtitur, ut merito Pontius eam non fuerit assecutus, Auctoris nostri verba sunt hæc (*matrimonium nullatenus claudicare potest*) hoc est obligare ex parte vnus, & non ex parte alterius) nec vlla alia ratione potest acceptari,

quam ut matrimonium; sponsalia vero quamuis ut sponsalia claudicare nequeant, at quatenus continent promissionem possunt claudicare, & potest esse promissio vnus absque alterius repromissione; quare possunt acceptari in quantum promissio obligans promittentem) quid quaeso in his verbis obscurum? quis non intelligat differentiam assignatam in hoc consistere: quod in contractu matrimonij nullum aliud est vinculum, nisi illud, quod est ex mutua traditione; quare hoc sublato nullum aliud remanet; in sponsalibus vero cum sit promissio duorum sublata vnus promissione tollitur vinculum sponsalium, sed remanet vinculum promissionis, quæ stare potest ex parte vnus tantum, ut patet ex definitione promissionis. dicitur enim (offerentis vnus promissum l. 3. ff. de sponsionibus, vbi glossa ait, & sic non est ibi consensus, nisi vnus partis) atque ex vnica hac Sancij responsione totum Pontij argumentum solum remanet, nam nego antecedens ob rationem assignatam, & distinguo consequens, ille qui promittit matrimonium alteri, necessario postulat ut secum consentiat &c. acceptando promissionem, in quantum promissio est obligans promittentem, concedo consequentiam, ut consentiat &c. repromittendo, nego consequentiam, & omnia, quæ ad illam affert confirmandam. ad instantiam vero, quam affert ex Vasquez, nego non posse alterum acceptare promissionem absque eo quod velit in futurum contrahere; nam potest acceptare ad hoc ut alter sibi remaneat obligatus, & ipse habeat tempus deliberandi, utrum velit contrahere nec ne, neque video cur non possit aliquis per consensum de presenti acceptare promissionem presentem rei tamen futura, quæ omnia Pontius supponit, sed non probat, ut mihi videtur.

Hinc patet primo minus bene esse locutum n. 4. dum inter ea, quæ contra Sanchez colligit, ponit hoc scilicet promissionem futuri matrimonij non obligare ante alterius acceptationem, ibi (*ex hac doctrina nonnulla colliguntur*

contra eundem Auctorem primo colligitur promissionem futuri matrimonij non obligare ante acceptationem, neque ex iustitia, neque ex fidelitate, quasi vero noster Auctor asseruerit obligare; nunquam enim hoc dixit, ut patet ex dictis. Et quod miror ipsemet Pontius eodem loco fatetur. ait enim (imò etiam si diceremus esse posse promissionem matrimonij gratuitam, videlicet Thomas Sanchez, adhuc dicendum esset ante acceptationem non obligare, id quod verum esse iure communi, & antiquo, & iure nostro docet optime Sanchez disp. 6. in principio, & etiam iure naturali n. 10.) quid igitur colligere potuit contra Sanchez?

Patet secundo non esse audiendum dum sine vlla prorsus ratione asserit in promissione matrimonij non posse alium pro alio stipulari, ut patebit ex dicendis disp. 6. & 7.

DISPUTATIO VI.

An promissio matrimonij contrahendi absenti facta ita obliget, ut ante absentis acceptationem reuocari nequeat.

Quando est promissio respectiua, dependens ab alterius repromissione, potest reuocari ante absentis repromissionem, & acceptationem, ut dictum est disput. precedenti n. 4.

Nunc quod in titulo quaeritur est, an si quis gratis per Nuncium, vel Epistolam promittat matrimonium Bertæ V.g. quæ est absens, possit talem promissionem reuocare, antequam ipsa acceptauerit casu quo nullus alius nomine ipsius Bertæ promissionem illam acceptauerit. Verum ante huius quaesiti decisionem,

QVAERES I.

An donatio, vel promissio absenti facta reuocabilis sit ante acceptationem tum de iure communi, tum etiã de iure antiquo Castellæ.

Dico primo de iure communi, & antiquo Regio Castellæ

donationem, vel promissionem posse reuocari ante donatarij acceptationem l. absenti ff. de donat. & l. 1. 2. 3. l. 11. p. 5. et alibi; vel si acceptatio fiat sub conditione; ut si tibi placuerit accepto, nec etiam erit irreuocabilis, si tertius quidam audiens factam fuisse donationem, eam motu proprio referat donatario; sed requiritur ut Nuncius ab ipsomet donante destinatus, id donatario nunciet vel per Epistolam. habetur expressè l. 4. t. 4. p. 5. ibi mensagero cierto que le embie a desir señalmente lo que le da et Gloss. l. 1. fin. ff. de contr. emp. et alibi; et quamuis donatarius acceptauerit donationem intimatam à Nuncio non destinato à donante eo tempore, quo donans persistebat in eadem voluntate donandi; adhuc tamen reuocabilis est donatio secundum communem opinionem D D. Salicet l. nec ambigui Cod. de donat. vbi Cynus Bart. l. absenti nu. 1. ff. de donat. vbi Paulus Castres. Capitius cum multis quos sequitur decis. 80. nu. 8. Ant. Gab. cum alijs t. 1. com. lib. 4. ver. donatio. quamuis Gregor. Lop. lib. 4. verb. non lo puede tit. 4. p. 5. Alzedo li. 5. recopil. l. tit. 16. l. 2. nu. 20. et Lud. de Rom. apud Azebedo l. c. in hoc casu velint donationem esse irreuocabilem.

3 Quod si donans moriatur post scriptam Epistolam, in qua donationem à se factam alteri intimabat, vel postquam Nuncium destinauit, ut eam donationem intimaret, potest adhuc donatarius illam donationem acceptare, quia in hoc casu est donatio perfecta, & censetur voluntas donandi permanere in Nuncio, vel Epistola; sic etiam mortuo donatario, possunt hæredes ipsius donationem factam acceptare, quia hæres personam defuncti representat; & donatio est valida ex parte donantis, est etiam pro hac parte Tiraquell. Cauall. Cassan. &c. quos refert Decisio Pedemontana 70. n. 10.

4 Aliqui tamen putant in hoc casu non posse donationem acceptari post mortem donantis, aut donatarij sic Greg. Lop. l. 4. verb. nolo puede. Ant. Gabr.

Gab. t. 1. *commu. lib. 4. verb. donatio absentis nomine* Burg. *de par. 9. 10. civil. n. 37.* At Couarr. Gutt. & P. Molina docent tunc mortuo donante posse acceptari donationem quando Notarius stipulatus est nomine donatarij absentis.

5 At si quis Nuncio, aut Famulo tradit donum V.g. equum, vt absentis donetur (quod dicitur mandatum donandi) & moriatur antequam donum illud donatario afferatur, tale mandatum censetur reuocari donantis morte, quamuis ille, cui equus consignatur, sit V.g. seruus donatarij; vnde non potest acceptari, sicuti acceptatur promissio, vel donatio verbis facta, de qua dixi n. 2. habetur expresse l. 2. §. *sed si quis ff. de donat.*

6 Ex quo sequitur Nuncium, cui tradita est res donanda, si iniuste illam vsurpet, aut iniuste differat manifestare ei, cui mittitur, teneri restituere eius pretium duobus, scilicet heredibus donantis cum iam cessauerit donationis mandatum morte donantis, & mandatario, quia iniuste impediuit vt res illa ad ipsum tempore debito perueniret.

7 Excipe tamen ab hac doctrina mandatum ad causas pias, vt si Titius mandet certam eleemosinam largiri, & antequam largiatur decedat, vel si tradat donum seruo donatarij eo animo, vt statim fiat ipsius Domini donatarij non reuocatur mandatum morte donantis. Sicut etiam valet donatio facta à Procuratore constituto cum potestate donandi eo tempore, quo ignorabat tum ipse, tum donatarius mortem Domini donantis; nam gesta per Procuratorem valent quando reuocatio ignoratur l. *si mandassem ff. mand.*

8 Dico secundo verius est hanc acceptationem necessariam esse de iure et naturali; ita vt absque ea promissio, & donatio reuocari possit secluso omni iure positiuo, sic videtur sentire Soto, *lib. 3. de iust. q. 5. art. 3.* & Mol. *lib. 4. de primog. cap. 2. nu. 62. sine* Ratio est quia acceptatio donationis est de ipsius substantia, si verò donatio, vel pro-

missio fiat presenti moraliter, qui scilicet audiat verba promissionis, & eorum sensum percipiat; nec putet ea verba dicta per modum fictæ Urbanitatis, & si taceat, nec expresse acceptet reuocari non potest; quia tacens censetur consentire quando agitur in re sibi fauorabili, habes pro hac parte de presenti tacente Sylu. *Verb. pollicitatio nu. unico* Cagnolus apud Molinam *loc. cit.* Couar. *Rubr. de test. 3. par. nu. 13.* & alios Canonistas, & P. Molinam *ro. 2. de iust. trac. 2. dis. 264. §. dubium deinde* Lud. Lopez. *1. p. instruc. in secunda edit cap. 180.*

9 Couar. tamen *de pactis 2. p. §. 4. sine* & P. Molina *de iust. tom. 2. dis. 263. §. nihilominus* cum alijs tenent acceptationem non esse necessariam de iure naturali; vnde aiunt secluso iure positiuo reuocari non posse donationem.

10 Petes an si extet scriptura, in qua facta est donatio, & non constat an donatarius fuerit præsens, præsumat de iure fuisse præsens.

R. non præsumi præsentiā, & per consequens talem donationem posse reuocari, quia præsentiā consistit in facto; facta vero non præsumentur nisi probentur l. *quæcumque in fin. ff. de publ. ita etiam Paul. l. illud nu. 6. C. de sacros. eccl.* Alber. *l. 2. C. de statutis & imag. vbi Bald. num. 1.* Menoch. *alios allegans lib. 6. pres. 18. num. 1.* & alij contra Auend. *Cap. prato 2. p. cap. 1. n. 4.* & Boerium. *decis. 353. nu. 3.*

QVAERES II.

An donatio vel promissio facta infanti requirat acceptationem.

11 R. negatiue, vnde donatio, vel promissio facta infanti irreuocabilis est l. *iubemus C. de emancip. lib.* sicut nec donatio, vel promissio, quæ fit causæ piæ, quando animus promittentis immediatè fertur in ipsum Deum, & non in rem creatam, vt si dicat, promitto, me daturum centum tali Hospitali, tunc enim valet vt votum, & per consequens poterit per dispensationem

Episcopi tolli talis obligatio. sic Bart. l. illud n. 6. Cod. de Sacros. eccl. Rosel. Ang. Sylu. verbo pollicitatio nu. 1. at si causæ piæ fiat donatio, vel promissio poterit secundum communiorem, & probabiliorem sententiam reuocari ante acceptationem, quia acceptatio desideratur ex ipsa natura promissionis, aut donationis; sunt etiam pro hac sententia Gloss. d. l. illud verb. alia sine ubi Bart. nu. 2. Albericus n. 1. Cou. rubr. de test. 3. p. nu. 13. & alij multi; apud Sánchez hic n. 16. quamuis P. Molina 10. 2. de iust. dis. 263. §. incipienti cū multis quos refert Tiraquellus, de priuileg. pia causa priu. 115. n. 1. doceant nō requiri acceptationem ad hoc vt donatio, vel promissio causæ piæ irreuocabilis sit.

QVAEKES III.

An attento iure nouissimo Castellæ in donationibus requiratur acceptatio.

12 R. multo certius esse etiam attento iure nouissimo Castellæ requiri acceptationem, vt donatio, vel promissio, aut alius quilibet contractus sit irreuocabilis, probatur ex l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. ibi (pareciendo, que alguno se quiro obligar a otro por promission, o por algun contrato, o en otra manera sea tenido de complir) quibus verbis lex ad hoc vt promittens obligetur requirit vt ipse habuerit animū se obligandi; sed nullus cōsetur habere animū se obligandi donec pars acceptet l. qui absenti ff. de acq. possess. ergo ante acceptationē lex non vult promittentem obligari. Sunt pro hac sententia Couar. lib. 1. varia. cap. 14. n. 13. Greg. Lop. l. 4. tit. 4. verbo lo puede p. 5. Villalobos in antinomia iuris sit D. n. 173 & seq. cum alijs 14. Iuristis cum Enriq. Nauarr. Manuel apud Säch. n. 19. contra Lud. Lop. 1. p. instr. cap. 177. P. Mol. de iust. tom. 2. dis. 263. §. iuxta hæc & alios Iuristas putantes de iure nouissimo Castellæ non requiri acceptationem.

13 Imo quamuis dicta l. 2. voluerit tollere solemnitatem stipulationis iure communi requisitam, scilicet quod

alter interroget, promittis mihi, & alter respondeat, promitto: ibi [Sea tenido de complir y no puede poner exceptiō que no fue eccha estipulation, o que fue eccho el contrato entre absentes] tamen nō correxit id, vt acceptatio fiat per Nūcium destinatum, aut per Epistolam. vnde etiam attento iure nouissimo Castellæ, si quis casu audiens donationē factam à Titio Berte, ipsi referat, & Berta eam acceptet, poterit reuocari talis donatio, quia ille non fuit Nūcius à donante destinatus; nam vt acceptatio fiat per Nūcium destinatū, vel Epistolam, pertinet ad substantiā donationis, & per consequens ea deficiente perit donatio. sic Iul. Clarus lib. 4. recept. verb. donatio q. 12. vers. sed pone contra Mol. cap. 2. n. 62. lib. 4. de primog. Burg. q. 10. ciuil. n. 24. Angulo de meborat. lib. 1. Gloss. 5. n. 28. Grego. Lop. l. 4. tit. 4. verb. nolo puede & Gutt. Cap. quamuis pactum n. 59. volentes hoc esse correctum iure nouissimo Castellæ. Ex his facile explicatur casus propositus in titulo, scilicet

An promissio matrimonij facta absenti ita obliget, vt ante eius acceptationem reuocari non possit.

14 Ad hunc casum respondeo ex dictis, si promissio matrimonij facta sit absenti, nullo pro eo acceptante in vtroq; foro, est reuocabilis ante absentis acceptationem, quia promissio facta absenti est reuocabilis ante illius acceptationem, vt dictum est nu. 1. nec in promissione matrimonij inuenitur aliqua ratio peculiaris, & hoc est verum, quamuis talis promissio matrimonij sit causa pia; de qua disp. 4. dixi casu quo non fiat per modum voti, vt dictum est hac disp. nu. 9. tunc enim non est reuocabilis ante dispensationem Episcopi, hanc conclusionem tenent Veracruz 1. par. spec. art. 16. §. sed dubitatur, & videtur tenere Ang. & Syl. verbo sponsalia. cum alijs Canonistis, quamuis D. Ant. 3. par. tit. 1. cap. 18. Armill. & Tab. verbo sponsalia q. 3. sentiant oppositum.

15 Sufficit tamen taciturnitas ad hoc vt sit acceptatio, si promissio fiat præ-

præfenti, & tacenti, quia qui in fauorabilibus tacet, videtur consentire in hoc autem casu promissio est fauorabilis, quia solus promittens remanet obligatus.

15 Si vero promissio matrimonij fiat infanti, non potest promittens resilire, quia in promissione facta infanti non requiritur acceptatio, vt patet ex *l. iuuenus C. de eman. lib. ibi (nisi infantes sint)* vbi quamuis emancipatio non possit fieri sine consensu emancipati fallit in infantibus, sic Decius *conf. 245. nu. 3.* Burgos. de Paz. *qu. 10. ciuil. n. 18.* Azebedo *lib. 5. recop. tit. 16.* Mol. de *primog. cap. 2. nu. 75. lib. 4.* D. Ant. 3. p. *s. 1. c. 18. ante s. 1. Sylu. verbo spöjal. q. 2. dic. 2. fin. s.* Tabiena, *qu. 4. s. 5. verb. spöfalia* Armill. num. 4. Bart. à Ledesma, *de matrim. dub. 11. concl. 4.* Manuel 1. *tom. sum. cap. 247. num. 7. in secunda editione.*

16 Tandem si absenti intimetur per Nuncium ad id destinatum, vel per Epistolam, promissio matrimonij est irreuocabilis post acceptationem ab absente factam, quia ex eo quod Nuncius ille mittitur à promittente, est quasi Procurator ipsius, & sic acceptatio promissionis censetur facta coram ipso absente; contra verò potest reuocari, si absens sciat talem promissionem per alium, qui casu audiuit promissionem, & non fuit destinatus à promittente, vt illam nunciaret absenti. probatur quia id iure cõmuni in alijs donationibus requiritur, vt dictum est num. 2.

17 Non est tamen necesse, vt acceptatio intimetur promittenti; quia promissio facta coram Nuncio destinato, &c. censetur facta coram ipso mittente ex doctrina Hosti, *c. 1. de concess. prob. in 6. & aliorum ibi.*

18 Quod si aliquis, qui est persona cõiuncta cum Berta V. g. & agit de illius matrimonio, petat à Titio, vt coram se det fidem Bertæ absenti matrimonij ineundi, vt detur Titius velle vt Bertæ intimetur hæc promissio, & sic post intimationem, & acceptationem ab absente factam, quando matrimonij,

promissio est gratuita, non potest eã promissionem reuocare: si verò promissio sit respectiua, dicemus disp. sequenti.

Profecto debuisset Pontius *lib. 12. cap. 4. nu. 7.* contra viros ad eò insignes modestius loqui, & non appellare ridiculam sententiam Sanch. *num. 15.* relata, & tot DD. auctoritate confirmatam; nimirum promissionem factam infanti obligare absque illius acceptatione, præsertim cum ratio illa, qua nu. 8. impugnat nostrum Sánchez & aliorum probationem, potius traditam doctrinam confirmet. Nam si Pater emancipans filium infantem, vt ipse ait, renuntiat privilegio, quod habet, vt non valeat emancipatio sine consensu emancipati facta; cur dici nõ potest promittentem aliquid infanti eo ipso renunciare iuri, quod habet, vt possit reuocare promissionem ante acceptationem illius, cui promissio facta ex hoc ipso quod infanti promittit, intendit se obligare non expectata eius acceptatione, seu repromissione; cum ea non possit esse in infante. quod aut emancipatio sit inducta iure positiuo, nihil officit nostrę sententię. Nam ius disponens in emancipatione infantis non requirit acceptationem, in emancipatione verò aliorum esse necessariam acceptationem, non sine ratione id fecit, nam legis anima est ratio secundum commune DD. axioma; nec alia potuit esse ratio præter hanc, quam assignauimus. Ne quis tamen putet alias fortasse Pontius habuisse rationes, ob quas doctrinam tantorum virorum ridiculam appellarit, de more eius verba infra notauimus; habet enim hæc loco citato (*secundo colligitur non solum falsum, sed etiam ridiculum esse id, quod asserit Thomas Sanchez disp. 6. nu. 15. & nu. 27. sponsonem matrimonij factam infanti fauore illius, ita ratam & firmã esse vt reuocari nequeat; sed tempus expectandum donec ille velit repudiare, vel acceptare, cuius ratio desumitur ex dictis, cum offensum sit nullã promissionem ante acceptationem obligare: qua enim promissio infanti nec scienti, nec intel-*

intelligenti esse potest, cum non differat ab ea, quæ lapidi fieret) Paulo post (sed probat Th. Sanch. ex l. iubemus C. de emanc. lib. ubi decernitur patrem emancipare posse filios infantes, ita ut ex eo tempore effectum habeat emancipatio, in qua ætate nulla potest esse acceptatio, sed est longe diuersa ratio emancipationis, & promissionis, ex qua prouenit ut in emancipatione non requiratur consensus infantium, in promissione vero requiratur acceptatio. Nam emancipari est extrahi filium, & solui patria potestate, quæ cum iure positiuo sit inducta tam in filios adultos, quam infantes, inde fit sine consensu filiorum, imò & parentum eodem iure posse liberari, ac proinde potest a patribus filiis concedi sine illorum consensu, renunciat enim Pater priuilegio iure positiuo ipsi concessio, cum plura commoda ipsi proueniant ex patria potestate. At qui promittit non renunciat alicui priuilegio, sed ex suo dat aliquid, in quod queratur ius fidelitatis, & iustitia infanti aduersus promittentem, quod ius nulli queri potest sine proprio consensu ex natura ipsa promissionis, ut dictum est. atque hoc discrimen vere constitutum esse illud demonstrat, quod licet in eadem lege dicatur, in emancipatione, & renunciatione patriæ potestatis requiri consensum adultæ filij, & ideo non possunt absentes emancipari, inter quos non potest esse contractus stipulationis Casarum iure, attamen dubitari non potest concedi etiam à iure emancipationem adultorum potuisse absque illorum consensu, scisci potuisset hoc ius patriæ potestatis à parentibus tolli. at nunquam fieri potest ut promissione tam matrimonij, quam alterius rei teneatur aliquis alio reijciente promissionem, ut manifestum est) hæc Pontius, quæ nisi fallor non eneruant Sancij argumentum; sicut enim pater potest emancipare filium infantem sine ipsius consensu, & emancipatio tenet, ita valet promissio facta infanti, nec disparitas Pontij vlla est, sed potius Sancij dictum confirmat, ut iam dictum est.

DISPVATIO VII.

An dū quis promittit matrimonium Bertæ absenti coram aliquo tertio stipulante, seu acceptate nomine ipsius Bertæ absenti; teneatur implere promissionem; vel possit resiliere antequam ipsa Bertæ absens acceptauerit.

H Vius rei decisio pendet ex ea à alter alteri stipulari possit, id est acquirere obligationem absenti, seu acceptare promissionem, vel contractum absque speciali mandato absentis. quare prius circa eam aliquot questiones sunt expediendæ.

QVÆRES I.

Quæ sint personæ, quæ possunt, vel non possunt pro alio stipulari.

R. de iure communi, & antiquo Castellæ non posse vnum pro alio stipulari, nisi habeat speciale mandatū (S. si quis alij inst. de inut. stip.) nec si sit frater, cognatus, aut famulus, qui sui iuris est, quamuis ex parte subdatur Domino, aut discipulus, qui subditur magistro, pro his enim stipulari nequeunt. sic Burg. de pa. 1. q. 10. ciuili n. 12. multos referens.

Ab hac tamen lege excipitur primo Pater, qui potest filio aliquod ipsi dandum stipulari in ijs, in quibus ipse Pater habet proprietatem, vel vsu fructum, non vero in ijs, quæ tantum filio acquiruntur, ut sunt bona Castrætia, nisi stipuletur filio ut filio, non ut extraneo, vel ut legitimus administrator filij. potest etiam stipulari aliquid pro filio fam. faciendum, quando factum cohæret personæ filij. Et præterea potest pro filio fam. stipulari pro tempore, quo sui iuris erit, si pro filio, ut filio stipuletur; immo in ijs casibus, in quibus potest pro filio fam. potest stipulari pro ipso emancipato. Vide Bart. l. quod dicitur n. 4. ff. de verb. obligat.

gat. Anchar. C. sicut de sponsal.

3 Secundo mater potest pro filio stipulari iuxta Bald. & Aret. cum Menochio. cons. 162. n. 4. & 6. vol. 2. quāuis Bart. l. quod dicitur n. 8. ff. de verb. oblig. & alij apud Ant. Gab. tom. 3. commu. lib. 3. conc. 1. n. 49. negent. Tertio Tutor pro pupillo, & Curator pro minore. Quarto ij, qui sunt sub potestate aliorum possunt stipulari pro suis superioribus ad aliquid acquirendum, vt filius fam. pro patre, seruus pro Domino s. si quis alij instit. de inut. stip. Quinto fauore piæ causæ potest vnus pro alio stipulari secundum communiorem, & veriore sententiam. probatur ex l. Caius ff. sol. matr. vbi fauore dotis potest vnus pro altero stipulari; ergo similiter in causâ pia, quia dos, & causâ pia eundem habent fauorem, at specul. Ant. Gabr. & alij apud Tiraq. priu. 114. satis probabiliter tenent oppositum, ex C. quamquam de vsuris in 6. vbi tanquam quid peculiare permittitur Parocho stipulatio in restitutione vsurarum, quæ tamē causâ pia est, & in dote multi apud Ant. Gab. l. cit. tit. de verb. oblig. n. 75. tenent non posse alterum pro altero stipulari.

4 Notarius vero non potest pro absente stipulari, quia nullus est textus illi tribuens facultatem stipulandi extra iudicium, Tiraq. tract. de iure cāstitut, 3. p. limit. 3. n. 8.) Mol. cap. 2. an 69. lib. 4. de primog. Burg. de Paz. q. 10. an. 14. & decisio Pedemontana 70. à n. 2. referens innumeros. Vnde potest promissor à promissione resilire ante absentis acceptationem. Alij tamen censent Notarium posse pro absente stipulari eo quod est persona publica, sic P. Molina tom. 2. de iust. dis. 264. §. 4. tanquam Couar. Rub. de testa. p. 3. n. 13. Villalobos in auisnom. iuris litera D. n. 175. & alij.

5 Hæc autem stipulatio facta ab his, quos diximus posse stipulari, nullum habet effectum. primo si donatarius non consentiat, & sic si Titius donet Francisco centum, & eius pater, &c. pro eo stipuletur, poterit talis donatio

reuocari, si Franciscus eam nolit acceptare. Secundo reuocari potest promissio quando verba promissionis nõ diriguntur in præsentem, vt tibi promitto me daturum Titio centum, sed in absentem, vt promitto Titio daturum me ei centum, nam in hoc casu nullo modo contrahitur cum præsentem, qui stipulatur, sed cum absente; vnde nullo modo censetur acceptata donatio, vel contractus, & hoc verum est etiam si is, qui stipuletur sit Tutor, aut Curator. ita Iacob. Aret. l. stipulatio ista s. si stipuler ff. de verb. oblig. vbi Alex. Romanus Cuman. Imola, & Bald. cõtra Bellaperticã, & Paul. d. s. si stipuler id in Tutore, & Curatore negantes.

6 Quod si promissio fiat verbis impersonalibus, non explicando cui nam fiat promissio, absenti ne, an stipulanti pro absente, vt promitto me daturum Titio centum; tunc si interest illius, qui stipulatur pro Titio, valet stipulatio, & censetur promissio directâ ad ipsum stipulantem præsentem, non ad Titium absentem. l. quoties in stip. ff. de verb. oblig. sic Iason. dicens esse indubitatam, d. s. si stipuler n. 10. vers. tertius modus vbi Romanus, Cumanus Imol. Alex. & alij contra Bart. d. s. si stipuler n. 2. vers. tertius modus Ant. Gabr. tom. 3. commu. lib. 3. tit. de verb. oblig. concl. 1. n. 60. docentes non valere talem stipulationem.

7 Notandum tamen est quod in contractibus onerosis, & respectiuis vltro, citroque obligatorijs, vt facio, vt facias, nõ satis est cuiuscũq; stipulatio pro altero facta, sed requiritur necessario consensus absentis, quia in his contractibus ante vtriusque obligationem, nihil potest esse perfectum l. contractus C. de fide instr. ergo ante acceptationem, & consensum absentis; potest hic promittens resilire.

QVAERES II.

An si quis absenti promittat aliquid; quamuis ciuilitè non sit obligatus saltem teneatur adimplere promissionem, quando aliquis qui iure stipulari non potest, pro

absente stipulatur. v. g. Titius promittit centum Petro absenti, stipulante pro ipso Petro, Ioanne, qui non est Pater, nec Tutor, aut Curator, nec seruus, aut filius ipsius Petri.

8 Ad intelligentiam quæsi sciendum est duplicem esse obligationem; ciuilem, qua quis in foro externo potest compelli ad fidem seruandam, & naturalem, quæ vel dicitur talis ex debito honestatis, & gratitudinis, & eius transgressio non inducit peccatum, vel dicitur naturalis, quia oritur ex vinculo legis naturalis, & hæc obligat in conscientia, ac propriè dicitur obligatio naturalis.

9 Obligatio vero ciuilis tunc oritur, quando lex humana approbat aliquè contractum; si verò lex humana eum nec reprobatur, nec approbat, tunc ex tali contractu non oritur ciuilis obligatio (cum denegetur actio in foro externo) sed tantum oritur naturalis obligatio, qua quis in conscientia tenetur fidem seruare. At si lex humana contractui resistat illum reprobans, & annullans, tunc nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio ex eo contractu ex *l. non dubium c. de leg. & l. cum lex 47. ff. de fidei. sic etiam Gloss. l. cum lex 47. ff. de fidei. verb. cum lex ubi n. 4. Bart. Fortunius l. veluti ff. de iust. & iur. Tabiena q. 5. n. 6. verb. oblig. & alij: his positus.*

10 R. in casu proposito promittentem non teneri, sed posse tuta conscientia promissionem non obseruare, etiam si verba promissionis in præsentem dirigantur, vt si dicat Ioanni, promitto tibi daturum Petro centum, quia lex resistit contractui, in quo alter pro altero stipulatur, & illum annullat *§. si quis alij instat. de inutil. stip. sic etiam Ba. t. l. si uisus §. pactus n. 16. ff. de pactis Rainer. de forliuio, Agnel. Raphael, Paulus Cumanus in l. stipulatio ista §. alteri ff. de verbo oblig. ubi Alex. & alij contra Couar. de pactis 2. p. §. 4. nu. 9. Gutt. Ant. Gab. 10. 3. comm. l. 3. tit. de verb. oblig. n. 66. & alios tenentes valde probabiliter oriri obligationem naturalem, quando verba promissio-*

nis in præsentem diriguntur, quia tunc contrahitur cum præsentem, & sic habetur mutuus cõsensu. n. empe promittentis; & acceptantis.

QVAERES III.

An saltem de iure Canonico oriatur obligatio, si aliter qui iure non potest pro altero stipulatur.

11 R. non oriri obligationem vllam, etiam si verba promissionis dirigantur in præsentem, qui stipulatur pro absente, probatur ex *quamquam de usuris in 6. ubi probatur non posse quemquam alteri acquirere, nisi sit persona publica, vt Notarius, vel Sacerdos Parrochialis, sic Panor. cap. inter vniuersas n. vlt. de election. Fel. cap. scutatio n. 8. de fid. instr. P. Molina tom. 2. de iust. dis. 263. operæ pretium Gutt. mutans sententiam cap. quamuis pactum in sec. editione n. 55. de pactis 6. & alij cõtra Ant. Gab. l. c. 22. q. 5. & Couar. dicentes oriri obligationem de iure Canonico quando verba in præsentem diriguntur, quorum sententia est satis probabilis, & ratio eorum est, quia ex pacto nudo de iure Canonico oritur obligatio c. 1. de pactis; talis autem stipulatio est pactum, vt docet Gloss. l. c. de pactis.*

Imò casu quo alter alteri stipuletur potest reuocari promissio tuta conscientia ante absentis acceptationem, etiam si promittens iurauerit se non reuocaturum illam: quia per iuramentum, vel pactam nemo obligatur, nisi consentiat ille, cui pactum, vel iuramentum fit, vt docent Archid. C. quacumque 22. q. 5. Ant. & Panorm. cap. sicuti 3. de iure iuran. & alij; & hoc verum est, etiam si verba promissionis in præsentem stipulantem dirigantur, sic Gutt. & Molina l. c. Burgos de Paz. Senior *conf. 14. n. 21. Baldus sibi contra etus cap. cum contingat de iure iuran. cū multis alijs docentes nostram sententiam.*

12 Contraria sententia docet in tali casu

casu posito iuramento valere promissionem, nec posse promissorem ab ea resilire, est Bart. *l. si quis pro eo n. 12 ff. de fideiuss.* Bald. *l. nam & postea §. iustitiam. ff. de iureiur.* Alex. *l. stipulatio ista n. 9. ff. de verb. oblig.* Minchaca *de success. creat. 3. lib. 5. 30. n. 10.* & aliorum multorum, quorum ratio est, quia hoc iuramentum non est contra bonos mores, nec contra bonum commune, ergo debet seruari, & est satis probabilis talis sententia,

QVAERES III.

An attento iure nouissimo Regni Castellae possit quilibet pro altero stipulari.

13 *Rt.* non posse nec per *l. 2. tit. 16. lib. 5. recop.* correctum est ius commune, sed tantum corrigit solemnitates stipulationum, vt *dispu. precedenti* dixi, nam vt stipuletur persona, cuius interest pertinet ad substantiam ipsius acceptationis, quæ petit unionem voluntatum promittentis, scilicet & eius, cui fit promissio, sed quando priuatus, cuius nil interest, stipulatur, seu acceptat nomine absentis non uniuntur hæ voluntates; nam stipulans non representat absentis personam. Cõtraria tamen sententia, quæ dicit esse hoc correctum iure nouissimo Castellæ habet magnam auctoritatem, nec contemnendam. eius auctores sunt P. Molina *tom. 2. de iust. disp. 264.* Greg. Lop. *l. 7. tit. 11. p. 5. ver. tertia persona Cou. de pactis 2. p. §. 4. nu. 10.* Gutt. *repetit. l. unic. nu. 35. C. quando non pet. par. Mattienzo l. 5. recop. tit. 16. l. 2. gloss. 5. nu. 6.* qui etiam id tenet quando verba diriguntur in absentem. His profitis, venio ad solutionem casus propositi initio *disp. nimirum.*

An promissio matrimonij facta absenti coram tertio pro eo stipulante valeat &c.

14 Dico primo si promissio matrimonij facta absenti coram tertio pro eo

stipulante sit respectiua, scilicet per modum contractus, vt *disp. 5. n. 4.* dixi promittens potest resilire à sponsalibus etiam si verba promissionis in præsentem dirigantur, vt promitto tibi me ducturum Mariam, ante ipsius Mariæ absentis repromissionem potest resilire, & talis repromissio debet esse nota ipsi promittenti, nam in contractibus vltro, citroque obligatorijs non sufficit alterius stipulatio, sed requiritur vt absentis obligatio, seu repromissio nota sit ipsi promittenti, vt dictum est *nu. 4. 6. & 7.*

15 Quod si stipulans contraheret promittendo matrimonium pro absente (quæ promissio intelligitur in hoc sensu, nimirum se curaturum vt absens consentiat) non potest promittens resilire, quia est mutuus contractus vtrinque celebratus, vt scilicet hic stipulans, teneatur curare consensum, & promittens teneatur persistere in sua promissione, & quamuis verum sit in hoc casu non esse sponsalia ex *C. unico de spons. impub. in 6.* tamen non potest stipulans remittere obligationem promissionis, postquam eam absenti intimauit, & ille acceptauit, quia ius cessit in ipsum absentem.

16 Addo etiam in promissione respectiua si alter promittat Nuncio missõ ad sponso ad petendum fidem promissionis matrimonij, dum non intimatur ea promissio sponso, & illa repromiserit, potest adhuc promittens resilire; quia ante alterius repromissionem, contractus nondum est perfectus; nec Nuncius potest nomine sponse absentis repromittere; sed tantum acceptare promissionem, si non habet speciale mandatum ex *l. C. fin. de procur. in 6.*

17 Dico secundo si mittatur Nuncius à sponso v.g. vt intimet alteri suam promissionem, satis est repromissio sponse, nec potest vterque resilire; quia in hoc casu habetur repromissio alterius, quæ sola requirebatur ad sponsalia perficienda, & dum talis repromissio non habetur, potest promittens resilire, quamuis promiserit coram



Nuncio misso à sponsa ad petendam fidem promissionis, quia Nuncius nō potest nomine absentis repromittere, nisi habeat speciale mandatum ex C. *fin. de procuratoribus in 6.*

18 Dico tertio nō sufficit si repromissio, & acceptatio fiat coram quocumque alio; sed debet fieri coram Nuncio misso à promittente, vel per Epistolam missam à repromittente, aut coram aliquo Nuncio mittendo ab ipso repromittente; probatur quia in matrimonio traditio, & promissio debet esse sensibilis ei, cui fit; ergo etiā acceptatio debet esse huiusmodi, unde promittens antequam talis repromissio prædicto modo intimetur, potest à promissione resilire, sic Veracruz, *appendice ad speculum d. ub. 3.* Bart. à *ledes de matrim. dub. 18. fol. 1282.* & colligitur ex doctrina aliquorum Doctorum asserentium non esse matrimonium si dicam alij, donec perueniat, ad alterius notitiam. *ut Alex. de Neuo Hortiens Abul. apud Sanch. num. 35. circa finem.*

19 Contrarium tamen putant multi graues DD. Enriq. l. 11. *de matrim. cap. 2. nu. 6. in comm. litera N. Fel. con. 40. nu. 12.* Viuald. *Candelab. Sacram. 1. p. de matrim. nu. 46.* Sylu. *matrimonium 5. q. 12. vbi Ang. 2. nu. 20.* Tabien. *q. 6. nu. 7.* & alij volentes sufficere repromissionem fieri coram quocumque.

20 Dico quarto si promissio matrimonij est gratuita, vt dictum est *disp. 5. n. 5.* & fiat coram personis, quæ possunt stipulari nomine absentis, & verba promissionis non diriguntur ad absentem, non potest promittens resilire, nec stipulans nomine alterius potest promissionem remittere, quia ius absentis est comparatum. sic decisio Pedemontana 70. *nu. 14.* vbi Matthæ. Afflictis.

21 Dico tandem si promissio matrimonij est causa pia, & verba in præsentem dirigantur, vt promitto tibi me ducturum Mariam pauperem, vel per verba impersonalia, vt promitto me ducturum Mariam pauperem, nō

potest reuocari, probatur ex dictis hac *disp. nu. 2. 3. & 6.*

Tandem nota in omnibus casibus, in quibus diximus posse reuocari promissione in matrimonij factam absentem verum esse etiam si sit iuramentum, de non reuocanda tali promissione, quando hoc iuramentum non est per modum voti facti Deo, de quo *disput. 4. patent ex dictis nu. 11.*

In hac disputatione circa dicta *nu. 18.* non possum Pontium non mirari, qui *lib. 2. cap. 16. nu. 7.* dixit Sancium *lib. 1. disp. 5. nu. 6.* docere eo ipso quod acceptatur traditio alterius contrahentis matrimonium perfici, & eam acceptationem habere vim traditionis. Deinde *nu. 8.* paucis lineis interiectis asserit Sancium non attendisse naturā acceptationis in contractu matrimonij habere etiam intrinsecè rationem traditionis: verba Pontij *n. 7.* sunt (*eo ipso quod acceptatur traditio alterius matrimonium perfici, & eam acceptationem habere vim traditionis, vt docet Thomas Sanch. lib. 1. disp. 5. dub. 1. n. 6. quia matrimonium acceptari non potest nisi vt matrimonium*) *num. vero 8.* ait (*ex quo colligo quando matrimonium contrahitur misso Nuncio vel Epistola satis est ad perficiendum matrimonium si acceptet coram Nuncio, & vbi Trid. obseruatur coram Parocho & testibus, neque opus est vt mittenti consensum mittatur acceptatio, vel traditio alterius, vt qui Nuncium destinavit acceptet, nam eo ipso quod ille, cui missa est traditio acceptauit, perfectus est contractus matrimonij, in quo non rectè loquitur meo iudicio Thomas Sanchez disput. 7. nu. 35.*) & concludit (*sed ideò in hac re non rectè Thomas Sanchez, quia non aduertit naturā acceptationis in huiusmodi contractu matrimonij habere intrinsecè rationē etiā traditionis*) Possem certè potiori iure dicere ideò hoc Pontius dicit quia non aduertit, seu statim oblitus est se dixisse Sancium docere acceptationē in contractu matrimonij habere rationem traditionis, quod præter locum *disp. 5.* à Pontio citatum docet *disp. 18. nu. 10.* Non igitur Sancius ex eo dicit requiri accep-

ceptationē corā Nuncio misso à promittente, quia nō sit ea acceptatio traditio sed quia ea traditio ad hoc vt valeat debet esse sensibilis ei, cui fit; quod ipse putat nō euenire, quādo non fit per Nuncium ad id destinatū, vel coram Nuncio misso, vt supra probauerat vt probabili⁹; vt patet ex his, quæ retuli n. 18 & ex his, quæ habet Sanc. n. 35. (*tandē quia nemo acceptare pōt; quod sibi ignotū est; ergo si nō manifestetur acceptatio, vel repromissio promittenti, vel eius Nuncio; sed aij, qui non mittitur vt illi intimet non sufficit*) stat ergo Sanciū putare acceptationē in matrimonio esse traditionē, & nihilomin⁹ velle, vt talis acceptatio fiat coram Nuncio misso à promittente, vel alio data opera destinato, & non corā quocūq; de quo ē controuersia inter DD. vt dixi.

DISPVATIO VIII.

Qualis deliberatio requiratur ad sponsalia.

DE hac re commodius lib. 2. dis. 25. vbi quid de mutis &c.

DISPVATIO IX.

Explicatur promissio requisita ad sponsalia.

QVAERES I.

An valeant sponsalia, quando facto animo sūt sine intentione se obligandi.

1 **R**espondeo verius est nō valere; neq; taliter promittētē obligari ex vi promissionis, ratio est, quia hæc obligatio oritur ex priuata hominis voluntate; cū nō ex lege; ergo vbi non est voluntas obligādi se non oritur obligatio, neq; lex naturalis & diuina obligat circa rē spontaneā; nisi posita voluntate volentis se obligare. ita Henric⁹ l. 11. de matr. c. 13 n. 2. & loquentes de voto Riccar. 4. d. 38. qu. 2. ar. 3. vbi D. Bonau. ar. 1. q. 1. n. 13. Nauar. sum. c. 12. n. 3. Sylu. v. metus qu. 8. & alij.

2 Est tamen p. m. sic promittere cū sit mendaciū perniciosū factū in contractu nisi fortē alter facile posset aduertere fictionē, aut excusaret grauis necessitas, vel promissio esset ex vna tantum parte, & damnum non esset.

3 At si promittēs spōsalia habuit animū se obligādi solū ad veniale valet promissio ob animū promittendi, & se obligādi, & promittens tenebitur sub veniali ea implere quia licet nō possit homo in materia le-

ni se obligare sub mortali in voto; potest tamen in quacūq; materia graui se obligare ad solā venialē culpā: nā promissio est lex priuata, & potest legislator in materia graui sub veniali obligare; at si haberet animū se obligandi ad solā pœnā, vt promitto me ducturū in vxorē Franciscā & si illā non ducā, soluere centū; nec erūt valida sponsalia, nec promittens ad pœnam tenetur, quia in sponsalibus non valet promissio pœnæ G. Gemma de sponsa.

4 Contraria sententia est Petri de Lede. de matr. q. 43. ar. 1. dub. 2. qui asserit esse vera sponsalia si promittens habeat animū promittendi, & non se obligandi, & in voto tenent Soto, Menuel. Lud. Lop. Aragon. apud Sanch. loc. cit.

5 Nec si promittēs absq; animo se obligādi cōfirmet promissionē iuramēto, tenebitur ad spōsalia ratione promissionis, vel iuramenti ob rationem dictam numero secundo quamuis animum habuerit vere iurādi (nā si fictē iurauit secūdū omnes nō tenetur vi iuramētū) ita videtur expresse tenere D. Th. 3. d. 39. q. 1. ar. 3. vbi ait iuramentū ex ipsa iuramēti, vt iuramentū est ratione nō obligare, nisi iuxta iurātis intentionē, & tenent D. Bona. ibi n. 46. & Riccar. ar. 2. D. Ant. 2. p. 1. 10. c. 6. Medina Cod. de confess. q. de dispen. in reuelanda confess. Palacios 4. d. 29. dis. 1. f. 665. cū multis iurisperitis: Contra Gaet. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. Sot. lib. 8. de iust. q. 1. ar. 7. ad 4. Gutt. lib. 2. q. Canon. c. 22. nu. 31. Cauar. de pactis 5. p. 5. n. 2. Lud. Lop. l. c. & alios paucos putantes in hoc calu fictē promittētē teneri. Et potest probari sentētia eorū ex D. Isidoro, vt habetur C. qu. cumq; 2. 2. q. 5. (*quacumq; arte verborū quis iurat, Deus tamen, qui conscientia testis est, sicut ille, cui iuratur intelligit*) ergo non pendet obligatio ex intentione iurantis.

QVAERES II.

An promittens sponsalia si postea dubitet an promiserit, aut an habuerit intentionem se obligandi teneatur ad ea perficienda.

6 **R**esp. promittētē spōsalia, si dubius sit an promiserit, non teneri illa adimplere, sicut etiam nec tenetur ratione voti si dubitat de voto à se emisso, an scilicet

licet vouerit; quia in dubio melior est cōditio possidentis; sed in hoc casu voluntas possidet suā libertatē; ergo in dubio pro libertate iudicandū est, nimirū non tene-ri ad sponsalia, vel ad votū: at si promittēs opinetur se promississe, vel vouisse tenebitur, quando non probabile esse oppositū reperiatur. ita de voto Soto *lib. 7. de iust. q. 3. ar. 2. docum. 2. vers. sed est hic Med. lib. 1. summa 2. cap. 14. §. 7. fol. 90. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 11. num. 5.* sed de hac materia habes plura *lib. 3. disp. 41. vbi explicatur quid sit opinio, dubium &c.*

7 Si verō promittens, vel vouens sit certus de promissione sponsalium, vel voti, sed dubitat an habuerit animum se obligandi tenebitur ad illa, quia promissionem sequitur naturaliter obligatio nisi expresse ponatur negatio contraria, nolo scilicet me obligare, ergo dum constat de promissione, & dubitatur de obligatione, præsumptio, & possessio est pro obligatione. Vnde præsimitur in promittente fuisse animum se obligandi, probatur ex doctrina D. Thom. 2. 2. *quest. 189. ar. 9. ad 3.* vbi supponere videtur obligare iuramentum in dubio de materia licita.

8 Aduertendum tandem est vera esse sponsalia si promittens habuit animum se obligandi, quamuis habuerit animum ea non seruādi, sicuti etiam si quis sciens naturam promissionis, promittat sponsalia, ea valida erunt, quamuis non habeat explicitē animum se obligandi, quia qui vult antecedens, vult omne illud, quod sequitur ab eo *l. 1. §. 1. ff. de usus fruct. petat. vel sistatim ac promittit cum animo se obligandi, mutauit talem animum, quia iam sunt vera sponsalia, nec per illam mutationem fiunt irrita. at si promittens sit ignarus omnino naturæ promissionis, quæ scilicet est vt pariat obligationem, tunc si promittat, nulla erunt sponsalia, quia hic talis per hanc vocem; promitto, non intelligit obligationem oriri, nescit enim vt diximus naturam promissionis, nisi tamen vellet ea intentione promittere, qua cæteri solent.*

9 Contra dicta in hac disp. acriter inuehitur Basilius Pontius *lib. 12. cap. 2. §. vnico a num. 11.* quod quare iure factum sit videamus.

Dicit igitur primo Sancius nostrum dicere doctrinam a se traditam *num. 9.* scilicet obligationem iuramenti pendere ex voluntate iurantis, esse D. Thom. *in 3. d. 39. q. 1. ar. 3. & 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. & Isidori lib. de summo bono 4. c. 34.* dicens quacumq; arte verborum &c. vt retulit *n. 3. sine* verba Pontij sunt (secundo colligitur multo maiori ratione obligare promissionem si confirmetur iuramento, in quo Tho. Sanch. *dis. 9. cit. a nu. 4.* oppositum docet, sed immerito, quia si promissio etiam secluso iuramento obligat ex natura sua, vt dictum est, multo magis obligabit si obligationi fidelitatis addatur etiam obligatio religionis, atq; id ipsum magis ostendit falsitas fundamenti, quo nititur Thomas Sanchoz, videlicet obligationem iuramenti pendere ex voluntate iurantis, quam doctrinam dicit esse D. Tho. *in 2. d. 39. qu. 1. ar. 3. qu. 2. & 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 4. & etiam Isidori lib. de summo bono c. 34.* dicens quacumq; arte verborum, quis iuret, Deus tamen qui conscientie testis est, sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit, in qua probatione multiplex est lapsus istius Auctoris.)

Sed hoc adeo falsum est, vt alia via nō possim ab aperto mendacio Pontium excusare, nisi asseram ipsum hanc disput. non legisse, nam Sancius refert *n. 8.* verba Isidori (quæ ego *n. 3.* ex ipso fideliter exscripsi) pro secunda probatione sententiæ contrariæ, quæ vult obligationem iuramenti non contrahi per deliberatam verborum attestacionem: Sancij verba sunt (aliqui censent obligare, probatur ex doctrina, quam tradunt Ang. iuram. q. initio, &c. secundo probatur ex D. Isidoro, & habetur *C. quæcumq; arte 2. qu. 5. ibi quacumq; arte &c. sic videntur tenere Host. &c.)* nec amplius in dicta disp. D. Isidorum nominat. sed tantum post sexdecim lineas, ex quo ipsam retulit *n. 9.* distinctissime suā posuit sententiam dicens (veritas tamen est non obligare ex vi iuramenti, aut promissionis nec esse sponsalia) ita vt non possit dici fuisse inaduertentiam Pontij ob propinquitatem, & confusionem sententiæ nostri Auctoris cum sententiā contrariā, & quod magis miror est Pontium id non aduertisse ex verbis, quæ ipsemet attulit ex D. Isidoro ibi (Deus tamen, qui conscientia testis est, sic accipit, sicut ille,

ille, cui iuratur, intelligit) non enim dicit Isid. sicuti ille qui iurat; sed sicuti ille, cui iuratur, intelligit, & sic est contra Sanchez qui vult iuramentum non obligare iuxta intentionem, seu iuxta sensum, in quo ille cui præstatur iuramentum accipit, sed iuxta mentem iurantis; adde etiam potuisse Pontium id aduertere ex eo quod Sanchez soluit hoc argumentum num. 10. (his verbis *ad C. quacumque arte intelligi dicitur quis iurat animo se obligandi non tamen implendi, vel quando iurat assertorie rogatus iuridicè contra mentem potentis iuramentum*) quare nullam habuit causam Pōtius errandi atque dicendi Sācium probare suam sententiam ex *C. quacumque &c.*

Quod spectat ad D. Th. in primis aīo, quamuis ipse in 3. d. 39. &c. à multis, vt videre est in Sylu. v. *iuramentum* 4. q. 7. Ang. v. *iuramentum* 5. initio, & alijs citetur pro sententia Sancij: attamen homo omnium, quos videri, oculatissimus videns aliquem posse qua iure, quae iniuria D. Thomam explicare, dum multos DD. pro se citat, D. Tho. non citat absolutè, sed ait (*banc sententiam videtur expressè tenere D. Tho.*) tu verò ais docere Sancium esse D. Thomæ nec addis ipsū dicere (*videtur esse D. Tho.*) Ceterum vbi legit Pontius apud Sanc. dis. 9. à se relata, ipsum citare pro hac doctrina D. Tho. 2. 2. q. 89. legat eam attētius, & videbit ultra dictum locum n. 9. vbi citat D. Th. in 3. nunquam in posterum ipsum nominare, nisi nu. 13. vbi, vt ego retuli n. 5. ait (*D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 9. ad 3. supponere videtur, quando est dubia iuramentum obligatio, eo quod de materia dubitatur sit licita nec ne obligare*) qui casus est valde diuersus ab eo pro quo Pontius dicit citari D. Tho. nam hic Sanchez. citat D. Th. ad probandum quod promissio obligat quando est dubium de animo se obligandi.

Deinde ait Pontius eodem num. 11 multiplicem esse nostri Auctoris lapsum. & primus lapsus est quod dicit obligationem iuramenti pendere ex voluntate iurantis (*meum enim tantū*

est (dicit Pontius) *adducere Deum in testem vel assertionis, vel veritatis de futuro tanquam fideiussore. Quod autem obligatio consurgat non adducendi Deum fideiussorem, infidelis promissionis ex iure naturali est; cum non sit in mea potestate quod non sit indecens Deum testem & fideiussorem falsæ promissionis adducere.*)

Sed hic nullus est lapsus Sancij, vt patet ex ratione num. 2. allata, & nu. 3. & alijs, quas ipse affert num. 5. Pontius verò nil contra ipsum probat, nā aliud est obligare iuramentum ex vi iuramenti, quando deesset animus se obligandi, aliud est hominem non debere Deum adducere in testem infidelis promissionis, & hoc esse indecorū. hoc secundum non negat Sanchez. nec in præsentia disput. sed primum, contra quod Pontij argumentum nullam puto vim habere, vt patet.

Secundus lapsus, quem nostro Auctori Pontius tribuit est, quod Sanchez. debuisset probare iuramentum, in quo deest animus se obligandi non firmare promissionem sine animo se obligandi, factam ex eo quod promissio, cui adijcitur, nulla est; & non vti illo alio medio, scilicet quod iuramentū, cui deest animus se obligandi, non obliget &c. vt n. 3. dictum est, quod Pōtius explicat his verbis (*secundus lapsus est, quia cum obligatio iuramenti promissory intra limites, Religionis supponat obligationem fidelitatis ex promissione si promissio nulla fuit, nulla etiam erit obligatio iuramenti, veluti si is, cui facta est promissio sub iuramento repudiet promissionem semel acceptatam, sicuti ruit obligatio promissionis; ruit etiam obligatio iuramenti promissory; quare vt probaret Sanchez. promissionem nullam iuramento firmatam non valere immerito probauit ex eo quod obligatio iuramenti ex iurantis intentione penderet; sed ex eo probare debebat quod nulla existente promissione, nulla est obligatio iuramenti promissory, quae in illa fundatur: labitur rursus dum supponit vt certum, si deest animus iurandi nullam esse obligationem iuramenti, tam enim id impossibile est, quam quod de promissione dixi, & iam supra à nobis reiectum est.)*

Sed

Sed reuera Pontius ipse labitur, dū Sancium labi putat, nam quod Sanchez hic querit est, an licet talis promissio non obliget se sola, obliget si iuramentum addatur, quæ quæstio in multis alijs materijs passim fieri solet v. g. an pœna sponsalibus adiecta firmetur iuramento an contractus impuberis, qui nullus est in aliquo casu firmetur iuramento &c. vt infra videbimus *hoc lib. à disp. 31. & lib. 4. & alibi*; & aliquando promissio, quæ se sola non obligat, si addatur iuramentum, obligat, vt est, in promissione metu facta, vt videbimus infra. Immo cum talis promissio matrimonij non sit contra bonos mores; nec ius ipsi resistat, nõ poterat ex ipsa natura talis promissionis rectè probari iuramentum de ea factum non obligare, vt *dis. 20. hoc lib.* dicemus. Optime igitur noster Sanch. probat iuramentum cum animo se non obligandi non confirmare promissionem ex eo quod desit animus se obligandi per tale iuramentum: nec benè quæstionē propositam soluisset, si respondisset, vt Pontius putat, nimirum non obligare iuramentum, quia promissio illa nulla est, nã hoc est quod quærimus vtrum promissio ficta, quæ non obligat, posito iuramento cum animo non se obligandi, sed iurandi obliget.

Vnde patet nec esse verum, nec à Pontio vsque adhuc probatum lapsū esse nostrum Sanch. dum supponit vt certum non obligare iuramentum ratione iuramenti, si desit animus iurandi, vt *nu. 3. dictum est*, & patet ex dictis *nu. 1. de promissione.*

Tandem nota Pontium non rectè probare nostrum Auctorem errasse, dum docuit posse hominem obligare se ad sponsalia tantum sub veniali, vt *num. 2. dictum est.* nam quod ipse, Pontius ait peccatum infidelitatis esse peccatum commissionis contra præceptum negatiuum non faciendi falsam promissionem, & ex promissione acceptata oriri ius iustitiæ, hoc non negat noster Sanch. sed tantum dicit posse aliquem imponere sibi obligati-

onem aliquam in materia graui sub culpa veniali, quando sponte eam obligationem sibi imponit, cuius contrarium deberet probare Pontius, & rationes Sancij *nu. 2.* allatas infringere, quod tamen non facit, vt videre est in ipso, ibi (*Tertio colligitur eundem Auctorem falli; cum dixit posse aliquem ita contrahere sponsalia, vt ad solum veniale peccatum teneatur. nam vt dicebamus à voluntate promittentis non pendet promissionis obligatio; sed ex naturali iure & ideo non est in eius potestate. vt sit culpa venialis in materia notabili. Explicatur magis; quia peccatum infidelitatis est peccatum commissionis contra præceptum negatiuum non faciendi falsam promissionem: affirmari ergo non potest hominem sibi legem constituere, qua statuat inconueniens esse natura rationali non seruare veritatem in promissis. Adde quod cum ex promissione acceptata in materia temporali, & vtili oriatur ius iustitiæ, & ius naturale dicet reddere unicuique quod suū est, non potest esse leuis iniustitia non implere promissum, si res promissa sit magni momenti.*

DISPVATIO X.

An ficta promissio matrimonij, esto non obliget vt sponsalia, vel vt promissio, constringat tamen ad standum promissis ratione fraudis, & iniuria illata ob illam fictam promissionem.

Dico primo omnino tenendum esse eum, qui Virgini promittit ficto animo matrimonium cum ea contrahere, & sub ea spe illam deflorat, teneri eam sub mortali ducere, quamuis promissio non fuerit mutua, sed solum postquam vti promissit foemina matrimonium si se traderet deflorandam: illa statim suum corpus tradat innitens huic promissioni, Ratio est quia iustitia commutativa petit vt non solum reddatur æquale, sed idem quod ex iustitia debetur; ergo cum hic promiserit Virginem illam ducere, & ipsa sub ea spe corpus suū tradiderit, tenetur illam accipere, nec sufficit si dotem constituat, quia vnū
pro

teneatur contrahere, sed tantum probabilis sapientum iudicio; sicuti ille, qui venit ex aliquo loco, qui falso putatur esse peste infectus, potest negare se à tali loco venire, intelligendo ex peste infecto, vt illi putant.

Circa præsentem disput. multa reperio apud Pontium *lib. 12. c. 2. a nu. 14.* contra nostrum Sanch. quæ an vera sint, examinanda sunt.

Et primo *nu. 14.* dicit nostrum Sanch. *in hac disput. 10. nu. 3.* docere eum, qui sponsalibus promissis Virginem decepit, & corrupit, non debere promissum implere, nisi tantum ratione damni illati. Verba Pontij sunt (*Tertio colligitur falli eundem Auctorem cum docet disput. 10. nu. 3. eum, qui sponsalibus promissis Virginem decepit, & corrupit non debere promissum implere nisi tantum ratione damni illati.*)

Sed ni Pontij virtutem cognoscerẽ, dicerem eius ingenium fuisse omnino perturbatum odio in Sancium: nam noster Auctor *hac disput. 10. nu. 3.* à Põtio citato adeò clarè docet promittentem fictè futurum matrimonium, & sub ea spe Virginem deflorantem teneri ratione talis promissionis, vt nil clarius dici possit. Sancij verba sunt (*omnino tenendum est teneri sub culpa lezhali eam ducere, probatur, quia iniustitia commutatiua non tantum reddi petit æquale, sed vt idemmet reddatur ex iniustitia debitam &c.*) atque hoc probat ex natura ipsius contractus do, vt des, & sicuti Virgo dedit suum corpus, ita ille, qui fictè promissit, tenetur habere verum consensum, & præstare promissum, vt patet ex his, quæ retulimus *nu. 1.* & præterea *nu. 4.* addit quod etiam si non fuerit mutua promissio, tamen si vir fictè promissit matrimoniũ foeminae cum hac conditione si se deflorandam ipsi tradiderit, tenetur ducere ex eo quod sit perfectus contractus, facio vt facias. ibi: (*hinc infero idem dicendum esse, quamuis non fuerit mutua promissio, sed vir fictè promissit foeminae matrimonium, si se deflorandam ei tradiderit, cui promissioni Virgo innitens tradidit suum corpus, quia est perfectus*

contractus facio vt facias) vbi ergo reperis Pontij apud Sanch. taliter promittentem non teneri nisi ratione damni illati quod autem ais matrimoniũ promittentem, & sub ea spe Virginẽ deflorantem teneri ratione promissionis tantum, & non ratione iniustitiæ, credo scribentis errorem fuisse; nam si vt ais tenetur ratione contractus; & cum talis contractus sit mutuus do, vt des, tenetur etiam ratione iustitiæ ponere æqualitatem inter sic contrahentes, quod etiam docuisti *lib. 2. cap. 1. n. 11.* vbi hæc doces (*eum, qui fictè contrahit cum foemina per verba de presenti teneri verè cõtrahere vt ipsius contractus iure iustit.*) ergo debes tuæ doctrinæ meminisse, nam eadem est paritas in cõtractu per verba de præseti, ac per verba de futuro, vt ipse doces eodem loco præsertim *nu. 5. & 6.* vbi vt certum supponis ex promissione acceptata oriri obligationem iustitiæ, & ex hoc antecedente inferis tuam consequentiã, vt patet, ibi (*sed quo magis consistet illud (nempe qui fictè contrahit) teneri nõ solum sub culpa veniali; sed etiam sub moralit ostendamas. non solum teneri ex voluntate, sed etiam ex iustitia. primo quia si ex promissione acceptata oritur ius iustitiæ in promittente, multo magis ex traditione de presenti.*) Nec de hoc quisquam vnquam dubitauit, quantum videre potui.

Addit præterea Pontius eodem *nu. 14.* plures ex DD- quos pro se refert Sanch. loqui in alio diuerso casu, nec agi de ficta sponsalium promissione, hoc quam falsum sit possum ostendere referendo omnium Auctorum verba; sed vt breuitati consulam satis sit Enriquez, qui apertè loquitur in eodem casu, in quo loquutus est Sanch. vt patet ex eius verbis (*qui promissit fictè sponsalia tunc tenetur contrahere de presenti, quando sub ea spe Virginem vitiauit* & citat eosdem Doctores, quos ipse Sanch. citauit vt videre est in comm. à *lit. H. vsque ad lit. M.*

Dicit secundo Pontius *nu. 15.* falli nostrum Sancium dum dicit eum, qui sub spe matrimonij fictè promissit, Vir-

ginem deflorauit, non teneri adimplere promissum, quando est longe disparis conditionis, ad quod probandum multa congerit, quæ si legisset ea, quæ Sanch. ponit nu. 21. & à nobis supra num. 2. relata (nec hic repeto, ne longior sim) superflua putasset. Pontij autem argumenta hæc sunt (existimo enim tenere ducere uxorem ratione promissionis quamuis illa ignobilis, aut pauper sit; ille verò longè nobilior; sicuti supra lib. 2. cap. 5. diximus de fictè contrahente matrimonium, id quod intelligo quando reuera nullum aliud signum exterius fuit quod indicaret cum dolo promitti. disparitas enim illa conditionis non est argumentum sufficiens doli, neque fictionis, ut statim dicam, quod ex dictis planè constat tam attenda natura promissionis, tū èt quia ut dicebamus modo, alias nullo modo teneretur; cū nõ teneretur rōne dāni illati, sed præterea rē istam magis cōcidendo sic demonstro, vel iste nobilis fictus promissor excusatur ab implendo promisso propter disparitatem, qua est inter corpus nobile, & ignobile; at hoc affirmari non potest alias promittentes verè ex libidine, vel utilitate non tenerentur implere, cum id, quod promissum est longè minoris sit valoris. quare si reuera inæqualitas inter nobilem, & ignobilem evertit sponsaliorum contractum, & ad illum necessaria est æqualitas, plane etiam si ex animo promitteret non teneretur. Nec enim hic locum habere potest quod in alijs, cum aliquis sciens, & volens rem magni momenti dat pro re minoris pretij valere donationem; nam quando quis nulla passione agitur, cõsetur liberalitatem exercere, & condonare excessum; at quando quis passione ductus operatur, aliter est iudicandum, non enim condonat. unde si quis meretrici valde reuuenti sui corporis copiam facere, promitteret rem magni momenti non teneretur dare, sed iustum pretium, ergo si reuera est disparitas inter corpus nobile, & ignobile etiam si ex animo promitteret cum id promittat non ex liberalitate, sed ex passione ductus non censetur quasi excessum condonare, & ita non teneretur adimplere vel excusatur quia disparitas illa est signum sufficiens, ut mulier intelligat dolum subesse,

atque adeò si eius disparitatis conscientia se tradidit ipsa se decepit sed neq; hoc verum est, tum quia ex eo sequeretur eum, qui spe ficta promissionis decepit Virginẽ etiam disparis conditionis; ignaram tamẽ eius disparitatis teneri implere promissum, cum tunc nullũ signũ fuerit deceptionis, cuius tamen oppositum idem Auctõr docet ead. disp. 10. nu. 21. tum etiã quia si ea disparitas cognita esset sufficiens signum doli, & fraudis nunquã valerent sponsalia nobilis cum ignobili, etiam si nobilis ex animo loqueretur; nam cum fœmina debeat iudicare esse dolum; consensus ille non est sufficiens cum non videatur acceptare consensum ad matrimonium, tum præterea quia ad contractus matrimonij substantiã tantũ pertinent corpora, & alia bona accidentaria sunt. ergo quantũcunq; cognoscatur disparitas cognoscitur etiã nihil deesse intra limites matrimonij ad æqualitatẽ in contractu seruandã: & alias non posset esse contractus iste ex natura rei inter homines disparis conditionis, non ergo potest ea disparitas esse sufficiens signum doli fraudis, neque erit imprudens fœmina; qua in eo casu sui corporis copiam facit) hoc est Pontij argumentum. hic discursus quo Sanchium falsum esse ostendere se putat.

Concedo tamen Pontio primam partem sui argumenti, quod ipse proponit sub diuisione (quasi verò fuisset obscuratio, ob quam Sanchez hanc tradidit doctrinam) in hunc modum: vel iste nobilis fictus promissor excusatur propter disparitatẽ &c. vel excusatur quia disparitas illa est signũ sufficiens ut mulier intelligat dolum subesse &c. cõcedo inquam, primam partem, & aio hunc fictè promittentem non teneri ob disparitatẽ, & nego quod si vere promitteret, adhuc non teneretur ob disparitatem; nam cedit iuri suo per veram promissionem, & teneretur implere, posito quod illa impleuit quod faciendum erat ex sua parte. Confirmationem verò illam, quam subiungit, scilicet quod sicuti is, qui promittit meretrici magnum pretium, vt secum coeat, non teneretur soluere, quia agitur passione, ita neque nobilis promittens du-

pro altero inuito creditore solui non potest l. 2. ff. si cert. petat; nec ficta promissio impedit talem obligationē, quia ex iustitia commutatiua promittens tenebatur habere verum consensum; quod etiā patet in omnibus alijs contractibus, in quibus interuenit do vt des, facio vt facias D. Th. in 4. dis. 28. q. unica ar. 2. ad 4. vbi Ric. q. 3. Victoria de matrim. nu. 265. Corduba Summa q. 50. Vega lib. 2. summa casu 239. Salon. q. 62. ar. 2. controuers. 5. 2. Beia Sum. casu 18. Spinospicula testam. gloss. 15. principali nu. 73.

Aliqui tamen moderni Theologi, vt refert Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. ar. 4. censent probabile esse sufficere taliter defloratam dotare.

In quinque tamen casibus non tenetur fictē promittens ducere defloratam.

2 Primus est si vir notabiliter excedat mulierem in conditione quia v. g. sit nobilis, & illa filia agricolæ, aut valde diues, illa verò pauper, non enim tenetur ducere quamuis mulier viri conditionem ignorauit, vel ille taliter promisit, vt prudenter credi posset verè promittere, & etiam si foemina dixisset viro promittenti nolo consentire, nisi tradas mihi chirographū promissionis; sed tantum tenetur aliquid restituere, sicut is, qui absque promissione matrimonij per vim, aut fraudem Virginem defloraret, quia in hoc contractu est inæqualitas; sed quando in contractu est inæqualitas non tenetur fictē contrahens integrè implere, sed tantum reddere æquale; ergo hic fictē promittens matrimonium, cum sit magna disparitas, vt suppono, non tenetur ducere, sed tantum reddere aliquid, quod æstimatur æquale damno illato; non enim tanti æstimatur damnum ablatae Virginitatis, vt debeat recompensari matrimonio personæ adeò disparis. ita videtur etiam tenere Petrus de Ledes. loc. cit. Capua lib. 2. decis. cap. 78. nu. 3. & Veracrux 3. p. speculi ar. 19. concl. 5. vocat sententiam probabilem.

3 Quod si mulier sciat notabilem dif-

paritatem viri, vel ille aliqua signa tradiderit, ex quibus facilè foemina possit conijcere dolum, & fictum consensum, tunc nihil restituere tenetur. Ratio est, quia liberè videtur foemina in stuprum consentire, dum aduertēs, vel prudenter aduertere debens fictā promissionem ex illis indicijs apertis; nihilominus se ei deflorandam tradidit. ita videtur sentire D. Th. supra nu. 1. quem sequuntur D. Ant. 2. p. tit. 5. cap. 6. §. 1. Rosella matrim. 4. n. 2. Sylu. v. luxuria q. 5. Tabiena v. restitutio q. 22. n. 23. Victoria & alij supra nu. 1.

4 Satis tamen probabile est in hoc casu teneri aliquid dare arbitrio prudentis pro qualitate damni, vt vult Soto, Capua, Petrus Ledes, & Lud. Lop. supra nu. 1. relati quia dolo deflorauit, & per consequens iniustitiam admisit. sicuti probabile est etiam quando mulier ignara est conditionis viri, teneri fictē promittentem ducere, quamuis sit disparis conditionis, quod tenet Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. p. 4. dub. 2. in 2. editione & videtur tenere Enriq. lib. 11. de matrim. cap. 11. n. 2. Lud. Lop. 1. p. instruc. cap. 76. fol. 189. col. 1. in 2. edit. & alij, quia est contractus mutuus, & mulier ex sua parte impleuit, nec potest dici à se deceptam esse, cum fuerit ignara disparitatis.

5 Secundus casus, in quo fictē promittens non tenetur defloratam à se ducere, est si ex eo matrimonio scandalum magnum timeatur, aut malus exitus; tunc enim satis est aliquid illi tradere ad recompensandam iniuriam etiam si foemina nolit dare remissionē fidei datæ in ficta illa promissione. ita Sylu. v. luxuria q. 5.

6 Tertius casus est quando foemina decepit virum fingendo se esse Virgine, quia hæc est causa dissoluendi vera sponsalia; ergo multo magis ficta; immò in tali casu nec aliquid restituere tenetur foemina ob copulam, quia vir tantum tenebatur ducere, & foemina fuit causa illum decipiendo, vt is ab ea obligatione eximeretur ita Cordub. summa q. 49. Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. ar. 4. dub. 1. &

alij. Idem dicas si deceptio non solum sit in Virginitate, sed etiam in alia re sufficienti ad sponsalium dissolutionē; quod verum est quamuis postquam vir nouerit se fuisse deceptum ob defectum Virginitatis &c. foeminam deipientem carnaliter cognoscat, quia postquam cognouit se esse deceptum, nil promisit; ergo etiam si postea carnaliter cognoscat foeminam, ad nil tenetur. at si promittens fictè matrimonium, existimabat puellam Virginem esse, si postea non reperiat talem, licet non teneatur eam ducere, tamen debet illi dare aliquid ratione copulæ, quia foemina non fuit causa deceptio- nis, sed ipse ex se deceptus est, vt sup- pono.

7 Quartus casus, in quo fictè promit- tens matrimonium, & sub ea spe Vir- ginem deflorans, non tenetur ducere, est quando foemina deflorata, postea cum alio fornicatur; quia hæc est cau- sa iuxta dissoluendi vera sponsalia, nec quicquam tenetur illi restituere rati- onē copulæ, quia obligatio erat tantū ad eam ducendam; ergo si post forni- cationem foeminæ cum alio cessat ta- lis obligatio, ad nil aliud tenetur, & hoc verum est, etiam si vi deflorasset Virginem, & postea cum ea iniret pa- ctum contrahendi matrimonium.

8 Quintus casus, in quo non tenetur ducere, est quando vir tantum habe- ret tactus cum foemina; tunc enim suf- ficit alio modo resarcire hoc damnū; quod si fictè promittens non potest defloratam ducere eò quia sit sacris initiatus, vel alio matrimonio coniu- ctus, debet tantam dotem illi consti- tuere, quantam debet dare vi vel frau- de Virginem deflorans. si vero fictè promittens puellam ducere sit para- tus, & eius parentes nolint, aut ipsa recuset matrimonium, ad nil tenetur.

Dico secundo fictè promittens ma- trimonium foeminæ, quam scit esse corruptam, & sub ea spe copulam ex- torquens quamuis sit paris conditio- nis, non tenetur illam ducere, sed tan- tum aliquo modo iniuriam compen-

sare; quia eam ducere est longe ma- ius beneficium, quam sit damnus co- pulæ habitæ cum corrupta, nisi ea es- set vidua bonæ famæ; tunc enim te- netur ducere, nam aliter non poterit damnus resarciri. ita Veracruz 3. p. speculi. ar. 19. concl. 6. Lud. Lop. 1. par. instr. cap. 77. §. hinc emergit. & Enriq. lib. 11. de matri. cap. 11. nu. 2. in cora R.

Probabil e etiam est hunc teneri eā ducere, quia fuit contractus, nec est disparitas inter contrahentes. sic te- net Palud. 4. d. 28, q. 1. ar. 2. concl. 4. Cord. summa q. 49. & Manuel 1. tom. summa cap. 208. in secunda editione.

9 Dico tertio qui fictè contrahit spō- salia cum aliqua, quæ verè promittit, non tenetur verè contrahere, quando nullum aliud sequitur damnus præ- ter violatam fidem, quia licet pecca- uerit contra iustitiam, intendens in- re graui decipere alterum verè & abs- que fictione promittentem; tamen ini- iustitia illa mansit in intentione. Nam alter verè non fuit obligatus coram Deo, nec aliud damnus habuit. Sic Veracruz loc. cit. concl. 5. Corduba in question. lib. 1. q. 13. vers. secundum di- ctum & P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. dispu. 352. ante vers. illud est obseruan- dum contra Petrum de Ledesma de ma- trim. q. 43. ar. 1. dub. 4. qui probabili- ter tenet hunc fictè promittentem te- neri matrimonium contrahere, quia violauit iustitiam fictè promittendo; ergo tenetur habere verum consensū, vt iniustitiam recompenset.

10 Aduerte tamen eum, qui promisit matrimonium siue verè, siue fictè posse negare etiam cum iuramento si à Iudice interrogetur, se promississe; in- telligendo in sua mente ita vt tenea- tur in his casibus, in quibus non te- netur contrahere, quia cum Iudex in- terrogat ad hoc vt cogat promitten- tem ad matrimonium debitum ex illa promissione, sensus est iste, dic mihi promissisti, ita vt tenearis, ergo ille respondere potest, non promissi, intel- ligendo, ita vt teneat. & hoc verum est etiam si non sit certa causa, qua nō tene-

argumentum ne malè videatur deductum ex ipso Pontio, ponam eius verba vt iacent (*Teneri autem fictum contrahentem etiã disparẽ cõuincunt rationes facta numeris preced. & præterea demonstratur ista consideratione, vel ille nobilis ficto contrahens excusatur a celebrãdo vere contractu propter conditionẽ disparẽ nobilitatis, qua est inter corpus nobile, & ignobile. at hoc affirmari non potest vt cõstat, nam inæqualitas nobilitatis non est aliqua conditio enervans contractũ matrimonij, cũ sepe vel ex passione, vel ex aliqua iuxta causa fieri possit vt quis non contrahat cũ pari: vel excusatur quia disparitas illa signũ sufficiens est vt mulier intelligat subesse doli, atque adeo si eius disparitatis conscientia se tradidit ipsa se decipit, sed & hoc õni veritate destituitur, tum quia iã sequitur si nobilis contrahat cũ scemina ignara disparis conditionis valere, tunc enim cessat præsumptio doli, aut voluntaria deceptionis, cuius tamen oppositũ sentit Tho. Sanch. vt colligitur ex his quæ docet lib. 3. disp. 10. nu. 2. 1. tum etiã quia ad subs. an iam contractus matrimonij pertinent tantũ corpora, alia enim diuitia pulchritudo; nobilitas sunt accidentia materiae matrimonij; ergo quantumcumque cognoscatur nobilitas, & diuitiarum excessus, cognoscitur etiã intra limites matrimonij nihil deesse ad æqualitatẽ in contractu seruãdã, vel nihil esse quod impediat eã æqualitatẽ contractus, & alias non posset esse ex natura rei contractus iste inter homines disparis conditionis etiam ex animo; si enim semper ea disparitas est sufficiens signum ficti consensus, & ita scemina debet iudicare ne se ipsam decipiat consensus scemina sub ea persuasione non est sufficiens cum non videatur acceptasse consensum ad matrimonium: ergo si etiã posita eã disparitate in illis bonis adhuc in his, quæ ad matrimonij contractum requiruntur est æqualitas, non potest ea inæqualitas esse sufficiens fundamentum doli vel fictio- nis, atque adeo non est imprudens scemina quæ in eo casu sui corporis copiam faceret, neque se ipsam decipere diceretur; cum enĩ sepe mul. i viri nobiles matrimonium cõtraxerit cũ sordidis, & ignobilibus sceminis cæco aliquo affectu ducti, cur non secum*

id fieri posse crederet, quod cum alijs factum, cum alias concurrant verba viri) quibus ex animo, & serio se loqui ostendit & quibus etiã sagacissima scemina fidem adhiberet quare siue prudẽter credat, quia videat magnam esse in verbis assertionem siue quomuis si prudẽter se gereret suspi- cari deberet illum ficto animo contrahere, illa tamen nihil suspicata est, sed simplici animo consensit, naturali iure tenetur nobilis verum contractum efficere.)

Ad hoc argumentum ex doctrina Sanch. tradita hic n. 5. & disp. præced. n. 2. nego maiorem. Ratio enim est toties repetita, scilicet disparitas in contractu; ob quam ille, qui ficto promisit; non tenetur lege iustitiæ, nisi ponere æqualitatem recompensando scilicet damnum illatum iudicio prudentis viri, at ducere puellam valde disparẽ in conditione est longe maius detrimentum, quam damnum, quod ipsi puellæ obuenit ratione illius ficti cõtractus, ergo non tenetur in hoc casu ducere; quæ quidem ratio militat et si puella conditionẽ ignorauerit, quod si puella sciuit conditionem præter dictam rationem etiam additur alia scilicet quod præsumitur ipsam non fuisse deceptam. quare, vt supra in simili aduerti, non opus erat Pontio sub illa distinctione argumentari, quasi verò obscurum fuisset Sanch. motuum, sed debebat directè contra ipsum insurgere; vnde faciliè corruunt quæ affert ad probandam minorem, & supra iã dixerat iisdem fere verbis.

Quod verò addit Pontius n. 11. & dixerat iam n. 7. non aduertisse Sanch. inseparabile esse ex natura rei damnum ab huiusmodi matrimonio ficto, nam (inquit Pontius) defectus ille est occultus omnino, ita vt nulla legitima ratione constare possit aut quæ fidem faciat, neque enim in eo casu testimonium ficto contrahentis quidquam efficeret, neque alijs antea potuit esse notum quod ficto contractus erat) & paulo post quo ergo pacto illa scemina liberari damno potest, si quidem nunquam poterit aliud matrimonium inire) hoc inquam Pontij additum nullam habet speciem probabilitatis, ne aliud dicã.

nam si Pontius intelligat per ly, ex natura rei, moraliter, vt sc̄sus sit quod regulariter, & quasi semper sequatur damnum; hoc apertè docuit Sanchez, vt vidimus n. 2. & idè ap̄plexus est sententiam, quæ dicit fictè contrahentè teneri verè contrahere, & in fine disputationis soluit argumenta contrariæ sententiæ, vt videre est apud ipsū.

Si verò Pontius intelligat per ly ex natura rei quod implicet contraditionem, nec posse fingi casum, in quo dāna non sequuntur, vt verè videtur tenere n. 7. præter quam quod hoc non est contra Sanch. ipse. n. non dixit posse accidere, vt non sequatur damnum, sed sub cōditione est loquutus his verbis *si nullum ex his damnis (nempe infamia, & quia in nupta maneret) probabiliorẽ reputo priorem sententiam*, & sane est probabilior, attenta vt sic natura ficti contractus, vt patet ex dictis n. 3. Nihilominus tamen falsissimum est, nō posse dari casum talem, nam quod ait Pontius quod in illo casu puella maneret in nupta, cum nō possit coram Ecclesia probari fictus consensus, verū est regulariter, & moraliter semper ita est, vt docet Sanchez, sed natura rei considerata quot sunt modi, quibus hoc incommodum vitari potest? an putas Ponti impossibile esse quod fictè contrahentes præsertim si sint nullius nominis, & incogniti in aliqua Vrbe v. g. Panormi, ab ea discedant, & vnus Indiam petat, alter verò Sinas, vel Japoniam? tunc quis prohibet vt aliud ineant matrimonium ad libitum, vel si liber, in quo scripta sunt nomina contrahentium, iam adustus esset, & Parochus & testes mortui, nec alij scirent tale matrimonium; quare in hoc ipso casu, in quo tu dicis esse inseparabile

hoc damnum à matrimonio fictè contractu, multi sunt modi, quibus potest separari tale damnum, vt cogitantiparet.

DISPVATIO XII.

An promissio constituens sponsalia, necessario fieri debeat coram Parocho, & testibus, & per consequens sponsalia clandestina irrita sint.

1. R. negatiue, atque adè dico sponsalia clam contracta absque Parocho, & testibus esse valida: quia lex Trid. irritans matrimonium clandestinum cōtractum absque Parocho, & testibus est correctoria iuris communis; ergo non est extendenda vltra casum expressum l. *pracipimus C. de appellat.* ergo dum solum irritat matrimonium clandestinum, non debet intelligi irritare sponsalia, cum ea non expresse rit, sed iuxta dispositionem iuris communis renquerit, secundum quod sponsalia clandestina erant valida.

2. Nec dicas quod prohibito matrimonio intelliguntur prohibita sponsalia ex l. *oratio ff. de sponsal.* quia hoc intelligendum est, vel quando matrimonium omnibus modis prohibetur; vel quādo militat eadem ratio in prohibitione matrimonij, & in prohibitione sponsalium, at in nostro casu non prohibetur, nisi tantum matrimoniū clandestinum, nec eadem scandala militant in sponsalibus clandestinis, quæ in matrimonio sic Alex. Cyn. Dec. quos refert Nauar. lib. 4. *cons. 1. edit. titulo de consang. cons. 3. n. 6. in secunda edit. con. 4. lib. 5. tit. de raptor.* dicens esse omnium. Sunt in fauorem huius sententiæ 40, ferè Canonistæ Orosius l. 2. nu. 24. ff. *de iuris omnium iud.* Galle de cognat. spir. Azebedo lib. 5. *recop. tit. 1. l. 1. n. 14.* Salzedo *pratt. cap. 73. ver. 9.* Segura *directorio Iudicium 2. p. ca. 15. n. 1.* & multi Theologi Enriq. Manuel, Petrus de Ledesma, qui aiunt ita declaratum esse à Cardinalibus cōtra Albornosi, & Matienz. oppositum sentientes apud Sanch. *bic*

num. 2.

ducere ignobilem videtur cedere iure suo. iam diu negavit Sanch. *hac disp. nu. 21.* & clarius hoc *lib. disp. 14. nu. 5.* vbi respondens argumento quod *nu. 1.* contra se opposuerat scilicet si quis prodige meretrici spondeat pro corporis vsu, non tenetur implere, ait (*ad primum dico eam doctrinam negandam esse; quia licet promissio ex liberalitate processit; at executio non est ex liberalitate sed ex debito; quare cum in executione nulla sit prodigalitas, sed debiti impletio tenetur in utroque foro integre implere*) & negat etiam P. Molina *1. 2. de iustitia tract. 2. disput. 271. fol. 113.* quare si quid contra Sanchez concludere volebat, alia via incidendum ipsi erat, nec afferre debebat id, quod negatum est à Sancio, & supponere tanquam certum, ac nouum dictum. Cætera autem verba, quæ addit iam ex doctrina in hac disput. & ex supradictis corrigunt.

Nec maiorem veritatē habet quod ait idem Pontius *num. 16.* contra nostrum Sanch. nimirum (*quod in eo tantum casu non tenetur fictus promissor nobilis Virginem ducere, quando signa dedit, quibus scæmina sufficienter intelligere potuit dolum subesse promissioni, vel quando scæmina reuera agnoscens inæqualitatē intellexit dolose promitti coniugiū*) & subdit ita esse intelligēdos D. Th. & alios, quos pro se citat Sanch. & nos retulimus *nu. 3.* non inquam hoc maiorem habet veritatem, quam prædicta, nam reuera D. Th. apertè loquitur *in 4. d. 28. q. 1. ar. 2. ad 4.* ibi (*ad hoc etiam non tenetur, ut quidam dicunt, si sponsus sit multo melioris conditionis, aut aliquod signum evidens fraudis fuit, quia præsumitur probabiliter quod sponsa non fuerit decepta, sed decipi se finxerit*) vbi ponit duas causas, quibus præsumitur Virginem non fuisse deceptam sed finxisse se decipi, vel quod sponsus sit multo melioris conditionis, vel quod dederit aliquod signum fraudis & de hoc dubitari non potest ex verbis D. Tho. sed solum aliqua dubitatio potest esse an ipse locutus sit in sententia aliquorum per ea

verba (vt quidam dicunt) & idè cautè noster Sanch. dixit, videtur esse D. Thomas in hac sententia; quare cæteros videamus, Armilla *v. restitutio nu. 22.* ait (*si autem apparuerunt signa deceptionis, quia videlicet vir erat valdè melioris conditionis, propter quod non erat verisimile quod eam ducere vellet vel alia signa, per qua ipsa potuit aduertere de dolo, non tenetur eam ducere, nec dotare secundum D. Thom. 4. sent. d. 28. ar. 2.*) Videtur igitur solam conditionem valde melioris conditionis sufficere ad dandum signum deceptionis, nam hæc ponitur vt distincta ab alijs, idem etiam alij DD. tradunt, vt videre est apud ipsos locis cit. volo enim breuitati consulere; ergo non sunt intelligendi, vt tu putas Ponti, sed vt Sanch. intellexit, & omnes, qui eos legent attentius, affirmabunt.

Vnde tandem patet minus bene Pontium *n. 17.* asserere non esse vilius momenti ea, quæ Sanch. adducit *nu. 2. & nos n. 12.* ad confirmandam suam sententiam nimirum fictè promittentem si in iudicio interrogetur an promiserit, posse negare promissionem; vt de eo, qui venit ex loco, quem falso putant esse peste infectū quod possit iurare se non venire ex tali loco intelligendo de loco peste infecto. Nam posito quod fictè promittens non teneatur in conscientia promissionem implere, eadem est paritas, & validum desumitur ex ea argumentum, Sanch. verò facta suppositione quod non teneretur, attulit ea exempla. quo posito ipsemet Pontius concedit valere paritatem, ait enim (*nam in his exemplis iurans verum dicit ea conditione suppressa in iuramento non venio ex loco infecto peste, quam tu putas, at in præsentis casu non potest subintelligere eam conditionem; non promissit aut teneat implere; tenetur enim vt iam supra demonstrauimus*) ergo dato casu quod non tenetur seruare talè promissionem fatebitur Pontius posse illum negare, & per consequens Sanch. qui est in hac sententia maxime ad rem attulit ea exempla.

DISPVATIO XI.

An fictè contrahens matrimonium per verba de presenti absque interno consensu teneatur verè postea contrahere.

- 1 **S**uppono duo primum hunc fictè contrahentem peccare mortaliter ob iniuriam, quam infert in re grauissima alteri contrahenti, nisi id ex vrgenti causa faciat v.g. ad vitandum magnū scandalum &c. tūc enim si æquiuocatione vtatur, vt accipio te in meam, dicendo intra se tacite, si ad id teneor, vel quid simile, nec venialiter peccabit. secundum suppositum est, si aliud matrimonium ineat vero consensu, hoc secundum erit validum, & verum si fiat debita forma cum Parocho &c. quia nullus textus reperitur illud irritans. ita docent D. Thom. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. *questiōis. 4. ad primum Palud. ibi d. 28. concl. 3. Capua l. 2. decis. cap. 78. nu. 5. Panorm. cap. 15. qui de sponsal. nu. 4. vbi Alex. de Neuo n. 9. & Vincentius, & alij permulti. his positis.*
- 2 Respondeo ad quæsitū regulariter, & moraliter loquendo fictè cotrahens matrimoniū de præsentī teneatur vere contrahere, quia semper sequitur notabile damnum foeminae contrahenti tum in fama, ob quam nō poterit alij nubere; tum quia non poterit aliud inire matrimonium, cum nequeat in foro Ecclesiæ probare fictum alterius consensum, ita intellige Scot. Maiorē, Adrianum, Sotum, & alios absolute dicentes hunc teneri, & hoc est verum, etiam si foemina non sit Virgo, vel quāuis non habita sit copula, quia adhuc foemina decepta eadē dāna pateretur.
- 3 At si nec hæc damna, nec aliud notabile sequatur, tunc probabilius est fictè contrahentem non teneri verè contrahere, quia nullam iniuriam videtur irrogare, nam in hoc contractu neuter manebit verè obligatus. ita Mart. de Ledes. 2. qu. 47. ar. 4. 4. & fauent Rosel. *matrimonium 4. nu. 2. Ang. ibi 2. num. 15. Sylu. q. 8. Victoria summa de matr. nu. 252.* sentit esse probabile,

& alij moderni teste Petro Ledesma, *de matr. q. 45. ar. 4. dub. 1.*

- 4 Nec tenetur vere contrahere qui fictè contraxit si mulier eum deceptit fingendo se esse Virginem; vel si illa eum non deceptit, sed vir deceptus fuit ex eo quod communiter Virgo putabatur; quia notabilis est mutatio inter mulierem, quam putabat Virginem, & inter non Virginem.
- 5 Similiter nec verè contrahere tenetur quando valde dispar fit in cōditione siuè foemina disparitatem norit, siuè ingorarit, vt dictum est *disp. precedenti*, quia maxima inæqualitas est in eo contractu, aut si fictè contrahēs ea signa dedit, vt facile mulier fictum consensum aduertere potuerit, aut si pessimi exitus timeantur, aut magnū scandalum; tunc enim nec tenetur verè contrahere, vt *disp. precedentis de sponsalibus* dictum est.
- 6 In casu tamen, quo fictè contrahens tenetur verè contrahere, non est absoluendus antequam verè contrahat, sic tenent multi grauissimi DD. teste Petro Ledesma *loc. cit. concl. 1.* nisi tamen ea signa doloris habeat, vt confessarius prudenter putare possit illum statim verè contracturum.
- * Hic aduerte Pontium *lib. 2. cap. 5. n. 5.* dicere Sanch. non posse vllum aliū Auctorem pro sua sententia relata *nu. 3.* afferre præter Bart. de Ledesma, quasi verò ipse Sanch. alios citasset, quod est fallum; vt vidimus; solum enim alios DD. affert vt fauentes suæ sententiæ, quod etiam ipse Pontius *n. 3.* concedit de Victoria, & alijs Modernis.
- Ait deinde *n. 8.* valde falli Sanch. dū dicit, vt vidimus *n. 5.* fictè contrahentem non teneri verè contrahere, quādo est notabilis disparitas, ad hoc autem probandum vtitur hoc argumēto vel nobis fictè contrahens excusatur à celebrando verè contractu propter conditionem disparem nobilitatis, que est inter corpus nobile, & ignobile, vel excusatur quia disparitas illa signum sufficiens est vt mulier intelligat dolū sub esse; neutriū dici potest; ergo quod
- argu-

DISPVATIO XIII.

*An culpa sit sponsalia clandestina
contrahere*

R. omnino tenendum esse nullam esse culpam, sed licere contrahere sponsalia clandestina, quia nullo iure prohibetur, non iure antiquo *G. f. de clandest. de sponsal.* nam ibi tantum matrimonium clandestinum prohibetur, nec iure nouo *Trid. sess. 24. cap. 1. de matrimonio* prohibentur, quia ut dictum est *disputat. preced.* solum irritat, & prohibet matrimonia clandestina, sic etiam *Veracruz Appendice ad speculum dub. 9. fol. 44. & ad dub. Lud. Lop. secunda p. instr. de matr. c. 37. col. 2. Salcedo. practica c. 73. vers. 9.*

DISPVATIO XIV.

Vtrum sponsalia contracta inter personas notabiliter dispares sint irrita, vel saltem præbeant causam iuxta ea irritandi quando contrahens conscius erat conditionis disparis alterius, & tamen vero animo contraxit.

1 R. esse valida, & contrahentem teneri ea implere, quia cum is sit Dominus rei promissæ, & sciat notabilem excessum, quem habet in conditione supra alterum, & hoc nõ obstante contrahit, videtur facere donationem huius excessus, & cedere iuri suo; & sic licet puella diues, vel nobilis male faciat contrahendo cum paupere, aut ignobili contra patris voluntatem, & per hanc prodigam promissionem peccet, tamen tenetur stare sponsalibus. sic tenet *Veracruz 3. p. speculi ar. 19. concl. 2. Corduba in quæst. lib. 1. q. 13. dicto 1. & Molina tom. 2. de iust. tract. 2. dis. 171. fol. 113.* asserens neminem audere oppositum affirmare eo quod sit contra praxim Ecclesiæ.

2 At si scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeatur ut magna rixæ inter consanguineos, vel timor odij capitalis inter ipsos parentes,

quæ tamen non facile sedabuntur, tunc promittens non tenetur ducere, quãuis Virginem sub ea spe deflorauerit; quod etiam est verum, quamuis nulla sit inter contrahentes disparitas, ut supra dictum est. & sic pater in his casibus potest impedire sponsalia filij contra suam voluntatem gesta. has limitationes docent etiam *Nauar. summa c. 16. n. 18. Menoch. conf. 1. nu. 44. vol. 1. Capua lib. 2. decis. cap. 78. n. 3. Gutt. lib. 1. quæst. Canon. cap. 20. num. 20. & alij.*

DISPVATIO XV.

Qui sint habiles ad contrahenda sponsalia.

1 R. illæ personæ habiles sunt ad sponsalia contrahenda, inter quas potest consistere matrimonium, quia cum sponsalia sint promissio futuri matrimonij, sequitur quod illi, qui sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, sunt etiam inhabiles ad illud promittendum.

2 Hic nota non solum esse inhabiles ad sponsalia contrahenda eos, qui habent impedimentum dirimens, sed et qui habent impedimentum tantum impediens, si est perpetuum; unde sponsalia contracta cum tali impedimento, nulla sunt, & irrita; sicut etiã nulla sunt quando posito impedimento temporali v.g. duorum annorum, ut si quis per duos annos esset impotens sponsalia contraherentur pro eo tempore promittendo scilicet matrimonium intra illos duos años. Ratio est quia promissio rei illicitæ obligare nõ potest, sed matrimonium est illicitum dum est impedimentum impediens; ergo eius promissio, dum est tale impedimentum, obligare non potest sic et *Petrus de Ledes. Soto lect. 8. de matr. 8. ad sponsalia & Nauar. lib. 4. consil. tit. 1. de sponsal. in 1. edit. con. 38. à n. 6. in 2. conf. 5.*

DISPVATIO XVI.

Qua aetas desideratur in contrahentibus, ut habiles sint ad sponsalia?

Dico primo in contrahendis sponsalibus requiri septennium completum quia septennio completo incipit rationis vsus communiter; & quamuis favore matrimonij sufficiat si vltima dies septennij sit tantum incæpta: tamen probabilius est exigi vt metaphysice sit completum, nec iustificere si desint aliquot dies, ita vt moraliter dicatur completum septennium; quia deficientē vna die, non potest dici verè septennium completum. Aliqui tamen dicunt dici septennium completum, etiam si desint duo, vel tres dies Sic D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 18. Sylu. v. sponsal. q. 2. dicto 2. Tabien. ibi q. 4. n. 5. Turrecrem. cap. ubi non est 30. q. 2. n. 2. sine Perez lib. 5. ordi. tit. 1. lib. 1. fol. 6. §. 2. Io. And. cap. literas nu. 2. de spons. imp. & alij Manuel tom. 1. summ. in 2. edit. cap. 24. nu. 2. putat idem etiā si desit hebdomada. Viuald. Candel. de spons. i. p. n. 15. Victoria de matr. n. 284. Veracruz i. p. spscul. ar. 16. addunt etiam si aliquid amplius hebdomada requiratur ad septennium.

2 Quod si vterque contrahens, aut alter non habeat vsum rationis, nulla sunt sponsalia, quamuis septennium sit completum, sic ex l. in spons. contrahendis ff. de spons. vbi Gloss. Goff. summa de spons. impub. nu. 3. Martin. de Garfias inter consilia matrimonialia Zileti conf. 15. n. 17. sicut etiam nulla sūt, & irrita sponsalia, quādo vterque contrahēs, aut alter minor est septēnio, nec malitia suppleat aetatem (idest non habet vsum rationis) & cap. literas, & cap. Arcessit de spons. impuberum.

3 Possunt tamen hæc sponsalia nulla ratificari septennio completo expresse, vel tacite, vt si postquam contrahentes habent legitimam aetatem, simul habitent in aliqua domo Hort. C. literas de spons. impub. vbi Io. And. Alex. de Neuo Francus & alij at si simul

non habitent, requiritur vt verbo, vel facto ea ratificent, vt si simul iaceāt vel se osculentur ex C. unico de spons. impub. in 6. sic Cucus lib. 5. inst. maior tit. 10. n. 12. Brunellus de spons. concl. 5. n. 1. habetur tom. 9. tract. Gloss. cap. d. literas vbi Anch. Præp. Angelus & quāuis si verum non habeant consensum, coram Deo, verā sponsalia non sint, erunt tamen talia in foro externo si prædicta habeantur.

Duo tamen requiruntur ad hoc vt hæc signa, vel cohabitatio ratificēt priora sponsalia. primum vt contrahentes notitiam habeant sponsalium initiorum tempore infantiae, nam nil volitum quin sit præcognitum. secundum vt sciant illa tunc fuisse irrita. nā si ea ratificent ex errore, quo putant priora sponsalia fuisse valida, nil agūt, quia error tollit consensum l. si per error ff. de iurisd. omn. iud. sunt pro hac sententia in alio simili, nempe quādo professio fuit nulla, & postea confirmatur per actus tacitam professionē inducentes. Rosell. votum 2. n. 13. Nauar. summa cap. 12. n. 71. Sylu. matr. 4. §. 10.

5 At si contrahentes ante septenniū habent rationis vsum, valida erunt sponsalia, & malitia supplebit aetatem, quia sponsalia sunt via ad matrimonium; ergo cum ius decreuerit in matrimonio malitiam supplere aetatem C. de illis 2. de spons. impub. censetur idem in sponsalibus decreuisse. l. oratio ff. de spons. ita & ex Theologis 4. d. 27. q. 2. ar. 2. ad 7. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 18. Vega lib. 6. summe casu 10 1. Soto 4. d. 27. q. 2. ar. 2. ad 3. & alij quam plures cum circa 16. Canonistis Alex. de Neuo Ca. iuuenes de spons. n. 19. vbi præp. Bald. con. 44. vol. 4. Calderinus & Io. de Fano apud Alex. de Neuo Costanus de spons. tit. qui possint contrahere. Turrec. cap. ubi non est 30. q. 2. lex finalis tit. i. p. 4. Couar. 4. decretal. i. p. cap. 2. n. 1. & c. contra per paucos Canonistas Abbatem Marianum Sancinam apud Sanch. n. 8. sensientes malitiam in sponsalibus non supplere aetatem. Vnde patet ius tantum præscribere.

sep.

septennium, vt eo completo præsumatur in dubio rationis vsus, & eo nõ completo non præsumatur; & sic qui septennio non completo contrahunt debent probare vsus rationis, ad hoc vt supõnãtur contraxisse vera sponsalia, qui vero septennio completo cõtraxerunt, donec contrarium non cõstet, supponuntur contraxisse vera spõsalia, sic etiam aliqui Canonistæ.

Et hoc quod nimirum valida sint sponsalia contracta ante septennium, quando adest rationis vsus, verum est secundum probabiliorẽ sententiam, etiam si in quacumque etate, licet miraculosè talis rationis vsus acceleretur ob dictas rationes *nu. preced. sic Gabr. tom. 2. commu. lib. 17. fol. 312. verb. spõsalia* dicens esse communem.

6 Aliqui vero putant non sufficere vsus rationis, sed requiri etatem septennio proximam, sic expressè Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 13. nu. 9.* & Petrus de Ledesma *ibi q. 43. ar. 2. dub. 2.* & videtur tenere D. Th. Veracruz, D. Ant. Vega, Soto, Victoria, & alij supra citati. Ratio eorum est, quia ius præscripsit septennium, vt saltem moraliter sit cõpletum; ergo debet esse etas septennio proxima.

7 Is verò rationis vsus in contrahentibus requiritur ad hoc vt sponsalia sint valida, qui est sufficiens ad peccatum mortale, quia is vsus rationis sufficit ad obligandum se per votum solenne ordinis sacri, quod est perpetuũ & includit maiorem obligationem, quam sit obligatio sponsalium. pro hac sententia sunt DD. *nu. 5. citati.* At D. Tho. Lud. Lop. Petrus de Ledesma citati volunt vltra hoc requiri in puero etiam prouidentiam futurorum.

DISPVATIO XVII.

An sit peccatum contrahere sponsalia, vel matrimonium ante legitimam etatem.

Multo probabilius est nullum esse peccatum nec veniale contrahere sponsalia ante legitimam etatem, quia nulla est huius rei pro-

hibitio. & textus *c. 2. de sponsal. impub.* vbi dicitur (*strictius inhihemus ne aliqui, quorum vterque, vel alter ad etatem Canonibus determinatam non peruenierint cõguntur*) non debet intelligi de sponsalibus, vt docet Pan. & Præp. *ibi.*

2 Valde etiam probabile est non esse mortale contrahere matrimonium ante præscriptam etatem; quia matrimonium de præsentì inter impuberes, hoc est inter virum non habentẽ 14. annum, & inter foeminam non habentem 12. est permissum multis Canonibus, & valet vt sponsalia, ergo nõ debet noua correctio huius iuris induci absque expresso textu, & *d. c. 2.* potest interpretari vt tantum prohibeat ne impuberes contrahentes copulam habeant. vt ait Pan. & Præp. *d. c.*

3 Sunt ex Canonistis, qui velint per *d. l. c. 2.* prohibitum esse contrahere sponsalia ante pubertatẽ Hort. Anch. Card. Ant. Alex. de Neuo *d. cap. 2.* & Sylu. *matrimonium 5. q. 6.* cum Rossella *matrimonium 2. nu. 6.* & v. *ietantiũ n. 3.* dicunt esse mortale. Alii vero id solum putant si contrahantur ante septennium absque causa, & Episcopi licentia. sic Nauarr. *summa hisp. cap. 22. n. 31.* Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 13. nu. 13.* Petrus de Ledesma *de matr. q. 43. ar. 2. dub. 3.*

4 Palud. *in 4. d. 28. q. 2. ar. 1. n. 8.* Ang. *matrimonium 3. impedim. 16.* Tabiena *matrimonium 2. q. 6. n. 7.* Sylu. *matrim. 5. q. 6.* & alij id explicant de matrimonio, & volunt esse mortale contrahere matrimonium ante legitimam etatem si absque Episcopi licentia, & iusta causa id fiat. & sic *d. l. c. 2.* volunt intelligi de non contrahendo matrimonio.

DISPVATIO XVIII.

Explicantur casus, in quibus standum sit nec ne verbis contrahentium ad iudicandum num contraxerint matrimonium an vero sponsalia.

QVAERES I.

An in foro conscientie, & externo attendenda sint verba contrahentium.

R. In foro conscientiae standum esse intentioni contrahentium, quando verba sunt dubia, & sic si deest consensus internus, quatuorcumque sint verba, siue de praesenti, siue de praeterito nulla oritur obligatio, nec sponsalium, nec matrimonij: contra vero si adfit intentio se obligandi ad matrimonium, vel ad sponsalia, & ea manifestetur aliquo signo externo; ita vt alter id percipiat, statim oritur in foro conscientiae, vel matrimonium, vel sponsalia; quia cum de ratione matrimonij, vel sponsalium non sint expressa verba, vel signa; satis est si aliquo signo externo animum interarum sibi mutuo indicent; vnde aliqui Indi, vt ait Veracrux *1. p. speculi ar. 19.* sic ineunt sponsalia; sepe iam te quando morieris, & apud Indos Mechoacenses talis est vsus ineundi sponsalia; vnus dicit ego ducam te, alius respondet forte ego ducam te, & sunt vera sponsalia, quia licet non sit promissio determinata secundum verba; at ex ipsorum consuetudine per illa verba explicatur animus contrahendi, at si contrahentes habeant intentionem ineundi matrimonium, & non explicent se per verba de praesenti; sed de futuro, ita vt neutri per illa verba constet explicari consensum de praesenti, erunt tantum sponsalia, non matrimonium etiam Sor. *4. d. 27. ar. 1. post secundam concl.* Bart. de Le. les. *de matr. dub. 8. prope finem* & Palacios *4. d. 27. distict. 1. fol. 571. colum. 3.*

2 In foro vero externo non statuitur intentioni contrahentium; sed communis verborum intelligentia, & sic quauis sponsus asserat se non habuisse intentionem contrahendi matrimonium; tamen si protulit verba, quae significant matrimonij contractum, cogetur illud seruare. attenduntur etiam aliae coniecturae vt loquentium qualitas, & conditio, & attenditur etiam id, de quo tractabatur, na si tractabatur de matrimonio, verba dubia de matrimonio explicantur; & generaliter contra illum verba interpretantur, qui clarius non loquutus est *l. 2. ff. de pactis.* at si

is, qui primo Protulit verba, dixit verba clara significantia sponsalia, vel matrimonium, verba illius, qui repro-mittit, quando sunt equiuoca debent etiam explicari iuxta verba praecedentia, & tandem in dubio semper fauendum est foeminis, quia facilius a uiris decipi solent, Enriq. *lib. 11. de matrim. cap. 11. n. 6.* Petrus Ledesma *de matr. q. 45. ar. 3. dub. 1.*

3 Obserua tamen in dubio, an sit matrimonium, in ipsius fauorem sententiam esse ferendam: tum in foro externo, tum etiam in foro conscientiae; vt si quis dubitet an verum contraxerit matrimonium; & sit coram Deo obligatus; confessor, vel alius debeat iudicare verum fuisse contractum, quia vterque forus idem iudicat, quando externus non innititur falsae praesumptioni. sic Couarr. *4. decret. 1. p. cap. 4. §. 1. n. 9.* Greg. Lop. *l. 3. tit. 1. p. 4. ver. con. ella.* & Menoch. *lib. 3. praesum. 1. nu. 30.* & quando non constat de intentione contrahentium, verba dubia debent explicari etiam in foro conscientiae iuxta communem verborum intelligentiam, vt dicemus a n. 5. modo contrahentes intellexerint significationem verborum

4 Vnde opinio singularis alicuius Doctoris defendentis matrimonium, praeferi debet sententiae plurium illud impugnantium, quando non habent textum expressum, & illa probabilem habeat rationem. sic Alex. de Neuo *cap. si vir de cognat. spir. n. 3.* vbi Ant-Anch. Henric. Praep. Abbas Fel. Rubric. *de sponsal. n. 6.* Barbatius *conf. 6. n. 2. vol. 1.* & alij permulti apud Sanch. *in praes. dis.*

QVAERES II.

Per quenam verba contrahatur matrimonium; & per quae sponsalia.

5 R. Et dico primo verba, quae tum quo ad sonum, tum etiam quo ad significationem, sunt de praesenti; vt accipio te in meam; teneo te in vxore; vel si alter coniux dicat foemine, accipio te in coniugem, & illa dicat, placeat; vel si illi dicatur, vis hunc in virum,

& res.

& respondeat placet, volo, consentio; vel si vnus dicat, volo te in vxorē, mulier vero, volo te in virum, constituunt matrimonium, quia per hæc omnia manifestè significatur consēsus de præsentī sunt pro his omnibus dictis Palud. 4. d. 27. q. 2. ar. 4. n. 25. Brunell. de spons. concl. 13. n. 1. Palacios 4. d. 27. q. 1. fol. 171. Henr. cap. ex parte de sponsal. num. 3. vbi Hortiens. Ang. matrimonium 2. Sylu. ibi q. 10. dic. 6. Couarr. 4. decret. 2. parte cap. 4. n. 4. & alij Canonistæ.

6 Quod si prædicta verba propter adiunctum significant de futuro, tunc cōtrahuntur sponsalia, vt accipio te in crastinum, & deinceps, quia non statim accipitur vt vxor foemina. sic Victoria summa de matrim. n. 251. & Petrus de Ledes. de matrim. q. 45. art. 3. dub. 1. contra Bart. Ledes. 2. p. 4. q. 47. ar. 3. asserentem ea constituere matrimonium.

7 Dico secundo verba, quæ sunt quo ad sonum, & significationem de futuro, constituunt sponsalia, vt ducam te, vel promitto me ducturum Mariam, quia hæc verba in matrimonio ex cōmuni Ecclesiæ consensu accipiuntur, vt promissoria, sic Enriq. de matr. lib. 11. cap. 13. n. 1. Petrus de Ledes. l. cit. vers. secundo aduertendum D. Tho. 4. d. 27. q. 2. ar. 1. Palud. ibi q. 2. ar. 4. concl. 4. n. 26. Sot. ibi concl. 3. D. Ant. 3. p. 11. 1. cap. 18. §. 2. & alij tum Theologi, tum iurisperiti insignes. Goffredus summa de spons. n. 4. Mascardus alios referens de prob. con. 1332. n. 2. Io. Lupus de matr. 1. p. n. 4. & alij.

8 Si quis dicat promitto me desponsaturum Mariam, nō censetur inire sponsalia per hæc verba, sed tantum facere promissionem contrahendi sponsalia; nisi consuetudo loci habeat per ea verba constitui sponsalia. Sic An. cap. si inter n. 8. de spons. vbi Card. Hér. cap. 15. qui n. 13. cod. Couarr. alios referens 4. decret. cap. 4. 1. p. n. 1.

9 Dico tertio verba, quæ quo ad sonum sunt de futuro, significant vero de præsentī ratione adiuncti, vt ex nūc te habebō in meam, constituunt ma-

trimonium, quando illæ particulae ex nunc, vel semper, vel omnibus diebus vitæ meæ, vel deinceps, posthac adiunguntur verbis importatibus executionem, quæ scilicet significant executionem actus consummati, vt habebō te, vel tenebō te in vxorem, vel prouidebō tibi vt vxori, vel eris mea vxor. Probatur ex C. ex parte de spons. vbi id expresse deciditur, & tunc hoc matrimonium erit verum Sacramētum, quia in lege Euangelica nullum est matrimonium, quod Sacramentum non sit, si vero verba, quibus illæ particulae adiunguntur, non significant executionem, vt deinceps ducam te, erunt tantum sponsalia.

10 Dico quarto probabilius est verba futurit temporis, quæ executionem important, vt habebō te in vxorem, si nulla additur particula faciens significare de præsentī ex ijs, quas numero præcedenti retuli, tantum importare sponsalia, quamuis addatur verbum, promitto me habiturum in vxorē, quia hæc verba habebō te in vxorem, licet statim obligent, non tamen statim obligant ad exequendum; ergo per ea non est statim celebratum matrimonium; nisi loci consuetudo ea verba accipiat tanquam de præsentī, vel si tūc de matrimonio tractabatur, & post eorum prolationem coniux ad domū traducatur. sunt pro dicta sententia ex Theolog. Palud. 4. d. 27. q. 2. ar. 4. concl. 4. n. 26. Adrian. q. 2. dub. 13. de matrim. Veracruz 1. p. specul. art. 17. dist. 9. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 11. n. 6. & alij Canonistæ Guttier. q. can. lib. 1. cap. 21. a nu. 29. Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 4. §. 1. n. 5. Io. And. cap. ex parte de spons. vbi Henricus Anch. Alex. de Neuo.

Hinc sequitur hæc verba, posthac, vel ex nunc eris meus, constituere matrimonium. contra verò hæc esto mea, vel nūquam te derelinquam pro alia, non constituere matrimonium, quia non significat de præsentī. sic Felix Maleolus apud Couarr. loc. cit. n. 3. Contra Hortiensem d. cap. ex parte Io. Andream, Ant. Henricum, & alios ibi

Con.

12 Contraria tamen sententia, quæ asserit verba futuri temporis si executionem importent, significare matrimonium etiam si nil addatur, est satis probabilis, nisi præcedant verba clarè significantia contractum sponsalium. vt promitto me ducturum Mariam, eam tenent Host. *summa tit. de matrim. §. qualiter Ancha. cap. ex parte de sponsa. vbi Alex. alij Canonistæ Syllu. v. matr. 2. q. 9. Tabiena ibi Lud. Lop. secunda parte instr. cap. 36. de matr. fol. 1033. & Manuel 1. homo summa in noua edit. cap. 216. nu. 6. Theolog. probant inter alia argumenta ex C. si quis diuinis 40. q. 5. vbi dicitur esse matrimonium si quis iurauerit foemine se in vxorem eam habiturum.*

13 Verum ad hunc textum respondet optimè Guttier. *lib. 1. q. can. ca. 21. n. 32. & 33.* non esse decretum Pontificum, nec alicuius Sancti, sed esse desumptum ex *Autb. quibus mod. natural. legitimi effici. quoniam autem collat. 6.* nec esse ab aliquo Pontifice confirmatum; vnde non habet vim Canonis; tunc enim solum leges in decreto relatæ habent vim Canonis, quando in Canone Pontifico inseruntur ex Ripa *cap. 2. nu. 80. de rescriptis Menoch. & Seba. Medices de legibus 1. p. q. 3. nu. 9. Sotus 4. d. 27. q. 2. ar. 1.* docet hæc verba esse dubia; vnde si significant ex nunc, vult esse matrimoniū, alias sponsalia.

14 Dico vltimo verba ex se dubia, quibus scilicet prolatis dubitatur quæ sensum efficiant, vt volo te ducere, habere in vxorem meam &c. sunt sponsalia etiam si addatur, volo reducere, & in te consentire per verba de præsentis, nisi talis esset consuetudo loci, vt ea verba pro matrimonij contracta haberentur, aut nisi præcessisset tractatus de contrahendo matrimonio de præsentis, vel nisi addatur particula ex nunc sic etiam Menoch. *de arbitr. lib. 1. centuria 5. casu 496. n. 23. Ioan. Andr. Alex. Cardin. cap. ex lit. 1. de spons. Veracrux 1. parte specul. ar. 17. dub. 1. & alij.* Ratio est quia eà verba verificantur etiã si proferens velit eam esse sibi vxorem

nonnunc, sed tempore futuro; ergo constituunt sponsalia.

15 Contraria sententia probabilis docet si ea verba volo, vel placet adiungantur infinitiuo indicanti initium actus esse sponsalia, vt volo tecum contrahere; si vero adiungantur infinito indicanti executionem actus perfecti, vt volo te habere, tenere In vxorem, sunt matrimonium. sic Palud. *4. d. 27. q. 2. ar. concl. 5. n. 27. Viuald. Cadelabro 1. p. de matr. n. 49. Tab. Syllu. Ang. matrimonium 2. q. 9. Panor. d. cap. ex literis n. 5. & alij.*

16 Hæc verba, volo te esse vxorē sūt dubia; vnde si explicatur velle efficax eligentis erunt matrimonium; si vero quidam appetitus, & velleitas, nec sūt sponsalia, quia appetere matrimoniū non est promittere. sic Veracrux *loc. cit. Guttier. q. can. lib. 1. cap. 21. n. 28. & alij, at Menochius de arb. lib. 2. cent. 5. casu 496. n. 11.* putat constituere matrimonium.

* Circa dicta num. 11. aduerte Pontium *lib. 2. de matr. c. 9. n. 4.* dicere nec Sanchi nec Guttier. intelligere vim argumenti deductum ex *C. si quis cis.* nam non vitur illo Canone vt lege confirmata à Pontifice, sed tanquam explicante vim naturalem consensus explicati his verbis de futuro, habebō te in vxorem &c. Verba Pontij sunt (*sed neque Ioan. Guttier. neque Tho. Sanchi. satis argumenti robur percepisse videntur, non enim eo vitimur quasi lege confirmata à Pontifice, aut robur legis obtinente, sed tanquam explicante vim naturalem consensus his verbis explicati, cum enim Ecclesia non determinauerit externa signa in hoc contractu ad explicandum consensum planum est relinqui in dispositione contractus naturalis iuxta communem modum loquendi, & significandi, & illa signa, quæ satis sunt ad explicandum consensum satis erunt ad perficiendum. Imperator autem non aliquid disponens, sed explicans horū verborum significationem, & vim decernit illa habere significationem; & executionē de præsentis, adde etiam dispositionem civilem, vbi non obuiat Ecclesiastica constitutioni pondus habere tanquam quæ explicat*

naturam

naturam contractus; circa quem Ecclesia nihil decreuit; quod non tam cito obliuisci debeat Th. Sanch. cū hanc eandē doctrinam docuisset eod. lib. 1. disput. 6. nu. 24.) sed immerito prædictus Auctor tantam iniuriam inurit viris doctissimis, nā esto ipse Pontius ad hoc afferat hunc Canonem. Vnde habet quod ij, quibus Sanch. respondet, non citēt illum, vt vnum ex cæteris Canonibus; cum reuera absolute dicāt, vt videre est apud ipsos. (probatum ex C. si quis Diu. 30. q. 5. Et esto, vt ait afferāt illum Canonem, vt explicantem vim naturalis consensus, & non vt legem à Pontifice cōfirmatam, adhuc optimè respōdetur non esse dictum alicuius Sancti, nec decretum Pontificum; sed à Gratiano desumptum ex Auth. quibus modis &c. nam per hoc ostēditur illud dictum nō habere vim declarandi per hæc verba explicari naturalem consensum, cum sit vnius particularis Doctoris nempe Gratiani; adhuc instat, Pontius, iam Sanchez concedit illud dictum esse desumptum ex d. Auth. ergo debet habere vim explicandi; nam per ipsum Sanchez dispositio civilis, quæ non est contraria Ecclesiasticæ constitutioni, habet pondus, vt docuerat hoc lib. 1. disp. 6. nu. 24. quod non tam cito debebat obliuisci.

Sed si Pontius dictum locum Authēticorum legisset, non immemorē Sācium appellasset. nam sibi Imperator loquitur in casu valde diuerso, vt patet ex eius verbis, ibi; (*quoniam autem assidue mulieres audiuius ingemiscentes, & dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant eas in domibus suis sacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurantes habituros se eas legitimas uxores, taliter eas habentes tempore multo; & forte suscipientes filios; deinde dum sesatiauerint earum desiderio, aut extra filios, aut cum filiis eas proicientes de suis domibus, iudicauimus etiam hoc oportere sancire, vt si mulier ostendere posuerit modis legitimis, quia secundum eam figuram vir eam domi acceperit; vt eam uxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem nequaquam pensius*

licentiam esse ei hanc de domo præter ordinem legis expellere &c.) ex quo loco factis claro videat Pontius quam longè diuersus sit noster casus, in quo quaeritur vtrum per illa verba habebo te, &c. simpliciter accepta exprimat consentus de præsentī, an de futuro, quod est valde diuersum ab eo, quod dicitur in d. auth. & hoc adeo est manifestum, vt nullus ex Auctoribus contrariæ sententiæ hunc textum authenticorum attulerit. Vide Guttier. lib. 1. can. 9. c. 21. n. 32. & Ang. d. Auth. quibus modis natur. eff. legis. coll. 6. qui ex hoc ipso textu tenet nostram sententiam; tantum abest quod hic locus faueat Pontio. Vnde dum Sanchez dicit hunc Canonem à Gratiano desumptū esse ex Auth. nil aliud addēs, non fuit suæ doctrinæ immemor, sed credidit nemini fore dubium quod illud auth. aliquid circa casum propositum explicet, vt iam vidimus ex ipso textu a me fideliter relato.

DISPVATIO XIX.

An per verba negantia, vt non contraham alia à te, vel quam tecum, vel præter quam tecum, vel nisi tecum contrahantur sponsalia, vel matrimonium.

Certum est in hac re non esse matrimonium, nec sponsalia, quando est pura negatio, vt nūquam aliam à te ducam, quia consensu non præstat per meram negationem; at promittens his verbis, vel similibus, quamuis non teneatur illam ducere, obligatur tamen ad hoc, vt si velit matrimonium inire, non possit cum alia sed cum illa, cui hæc verba dixit, quia dum negat omnia alia matrimonia, & addit illa verba à te, vel præter te, sensus est, non contraham cum alia matrimonio te sola excepta, sic etiam Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 1. nu. 10. Bart. Led. dub. 9. de matr. Adrian. q. 2. de matrim. dub. 12. Veracruz 1. p. specul. ar. 17. dub. 5. & alij.

Contra vero si addatur his verbis negatiuis affirmatio, erunt sponsalia.

si ea verba sint de futuro, vt non aliā, sed te ducam, vel ducam & non aliam nisi te; si vero sint de præsenti, erunt matrimonium, vt non aliam, sed te duco, vel duco & non aliam nisi te, quia per hæc verba negat ducere aliā; & affirmat hanc solam ducere.

- 3 Si quis dicat hæc verba sine alio addito: non contraham, nisi tantum tecum, vel nullam ducam præter te, vel nullam aliam ducam, quam te (nam hæc dictio quam te idem significat, ac nisi) ex Laurent. Valla *lib. 3. elegantiarum cap. 54.* nec matrimonium, nec sponsalia contrahit; sed tantum promittit cum conditione hac si aliquam ducam, te ducam; quia illæ particulae, nisi vel præter, in contractibus, & matrimonio, ex communi vsu loquendi, licet faciant sensum exceptiuum, non ita tamen vt si coniungantur affirmatiuæ negent, si vero negatiuæ affirment vt videre est apud Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1.* Gloss. *11. n. 73.* Vnde ille, qui sic promittit, poterit ab omni matrimonio abstinere, nisi appareat ex coniecturis voluisse per ea verba sponsalia, vel matrimonium inire. probatur ex *l. si sterilis §. pen. ff. de act. empt.* ex qua colligunt multi, quos refert, & sequitur Padilla *l. actione n. 11. cod. de transact.* promittentem non vendere nisi huic. non teneri huic vendere nisi casu quo vellet vendere. secundo ex *l. Titia §. fin. ff. de manum. test.* ibi Onesiphore nisi rationes reddideris ita ex The. Manuel *1. tom. sum. c. 216.* Veracruz *1. p. specul. ar. 17.* Enriq. *lib. 11. de matrim. cap. 13. nu. 4. fine* Angles floribus *1. p. q. 2. de matrim. condit. diff. 9.* Vega *lib. 6. sum. casu 92.* & alij cum multis Canonistis Cepola *conf. 1. ex ciuil. Alciat. l. actione C. de transf. n. 16. specul. tit. de spons. n. 3. vbi in additione* Io. Andr. Nauarr. *cap. 22. in sum. hij. n. 25.* Greg. Lopes. *l. 2. v. e prometo. tit. 1. p. 4.*

- 4 Vbi minus rectè Pontius *lib. 2. c. 10. n. 6.* asserit non rectè à Sancio probari ex *d. l. Titia* particulam exceptiuam sensum conditionalem efficere, cum ibi non ponatur, nisi, tanquam exceptio, sed tanquam conditio, ibi (vnde

non rectè Tho. Sanch. probat ea lege particulam exceptiuam sensum conditionalem efficere, nam ibi non ponitur tanquam exceptio sed tanquam conditio, & idem dixerim *d. l. si sterilis §. pen. ff. de act. empt. & vendit. nam ex ipsa facte facti colligitur illum contractum conditionalem fuisse non ex vi particulae, nisi, vt vult Sanchez; sed quia expressam fuerat) nam reuera illa particula exceptionem sonat, licet importet sensum conditionalem, vt dictum est, italicè enim ita sonat (non si libero se non haucrai venduto &c.) & patet ex tex. ibi (respondi ijs verbis, quæ proponerentur libertatè adimi potius; quæ dars.) & Accurtius dicit (nisi) positū in hac lege non ponit.*

Præterea aduerte Sanch. solum dicere ex *d. l. si sterilis* colligere multos apud Padillam promittentem non vendere nisi huic &c. Vnde falsò illi imputat Pontius *loco cit.* ipsum docere illam legem facere sensum conditionalem ex vi particulae (nisi.)

Cōtraria tamen sententia satis probabilis est, quæ vult has dictiones, nisi, vel præter, facere matrimonium, vel sponsalia iuxta significationem verbi, cui adiunguntur. Ratio eorum est, quia hæc particulae si sequantur negationem, affirmant, vt nullus currit nisi Petrus, sensus est, Petrus solus currit; ergo dum dicitur nullam aliam ducam nisi te, sensus erit, te solam ducam. sic Ant. *cap. ex parte nu. 10. de sponsal. vbi* Card. Præp. Abbas, *Alexan. con. 152. vol. 5.* Iacobus Leonissa *inter consulta. matr. cons. 52. nu. 3. vol. 1.* Villalobos *in communi 6. lit. M. nu. 56.* & alij multi Canonistæ, & ex Theologis Adria. *q. 2. de matr. dub. 12.* Palud. *in 4. d. 27. q. 1. ar. 1. num. 10.* Palacios *ibi fol. 572. col. 1.* & alij.

DISPUTATIO XX.

An si puberes, qui scilicet habent legitimam ætatem inuendi matrimonium contrahant inter se per verba de præsenti claudesine prolata, id est sine Parocho, & testibus, quo casu irritum est matrimonium Tridentinum, censeantur falsum

contrahere sponsalia, & obligentur ratione sponsalium saltem quādo iuramento talem contractum firmarunt.

Quod hic quæritur vno verbo ē an matrimonium clādestine cōtractum valeat saltē vt sponsalia dato quod sit irritum per Trid. quatenus matrimonium est.

R. probabilius est cōtrahentes clādestine nec obligari contractu matrimonij, quia nullū est cum fuerit clādestinum, nec teneri contractū sponsaliū quia per illa verba nō contrahunt spōsalia etiā si iuramento firmauerint. Ratio est quia Trid. ait (*ad sic contrahendū Sācta Synodus omnino inhabiles reddit*) ergo taliter contrahentes nec matrimonium, nec sponsalia efficiunt quia omnino sunt inhabiles. ita Nauatr. *lib. 4. cons. in 1. edit. tit. de spons. cons. 1. num. 3.* Guttier. *de iuram. 1. p. ca. 51. à n. 28* Albornoz *in arte contract. l. 4. tit. 8.* ex Theolog. Petrus Ledesma *de matr. q. 45. ar. 5. pun. 2. pos. 4. dub.* Manuel *1. to. sum. cap. 220. n. 1.* Palacios *in 4. d. 28 q. ult. & alij.* Quod autē hoc verum sit etiā posito iuramento probatur, quia ius tali contractui resistit, & is est contra bonos mores sic Azobedo *lib. 5. recop. tit. 1. l. 1. num. 23.*

2 Ad dō etiam cōtrahentem clādestine non teneri ducere etiam si foeminam deflorauit, etiam si contraxit animo eam decipiendi, quia quoties Virgo intelligit se decipi, vel debuit intelligere, deflorans non tenet ut ducere, ut dictum est *disp. 10. n. 7.* sed ista debuit scire se decipi, nam Trid. decretū irritans clādestinum matrimonium adeo vulgare est vt crassissima sit ignorantia illud nescire: ergo &c. Idē dicas maiori ratione quamuis vir vero animo contrahendi inijt matrimoniū illud clādestinum, & Virginem deflorauit; quia quando fictē contrahit maiorē infert iniuriam, est enim defloratio, & dolus; ergo si tunc non tenetur ut dictū est, nec etiam tenebitur quādo fictē cōtrahit, & eadem ratione dicendum est: hunc nec teneri restituere. quod cōfirmatur ex doctrina Sot. Enriq. Capuæ

quos citat Sanch. *hic n. 5. sine* qui dicunt promittentem inire cum cōsanguinea matrimonium si Papa dispēsauerit, & sub ea spe illam deflorantem non teneri Papa dispensante, illam ducere, quia putant talem contractum esse iure reprobatum. Contrarium tamē putant Petrus de Ledesma *l. c. concl. 2.* Manuel *l. c. n. 1.* & Vega *lib. 6. sum. casu 122.* dicentes in prædicto casu teneri ratione iniuriæ.

3 Idem etiam dicas quamuis habuerint animum se obligandi eo modo, quo possunt. adhuc enim nec sunt spōsalia; quia contractus ille externus nullus est, nec intentio sola quicquam facit. Quamuis Petrus de Ledesma *l. c. n. 1. concl. 3.* Metina apud Vegam *l. cit. casu 120.* & alij putent in hoc casu obligari ad sponsalia.

4 Contraria sententia satis probabilis docet matrimonium clādestinum à puberibus cōtractum obligare vt spōsalia. Ratio est quia *cap. unico de sponsal. impub. in 6. 9.* idem quoque, vbi dicitur matrimonium impuberum obligare vt sponsalia, redditur hæc ratio vt actus, qui non valuit eo modo, quo gestus est, valeat modo, quo geri poterit: ergo à pari ob eādem rationem si matrimonium puberum clādestinè contractum est nullū; debet valere vt spōsalia: quia Trid. non irritat sponsalia clādestina, vt *disp. 12.* dictum est. sic tenet Veracruz *Append. ad specul. dub. 9. concl. 2.* Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 5. n. 4.* asserens esse Cardinalium declarationem, Córdoba *sum. q. 52. sine* Vega *lib. 6 sum. casu 120.* Ortiz. *sum. c. 16. de matr.* est satis probabilis vt dixi.

DISPVATIO XXI.

An matrimonium siue clādestine, siue publice contractum inter impuberes, vel inter vnum puberem, & alterum impuberem habeat vim sponsalium, quando malitia non supplet ætatis defectum.

Dicendum est tū de iure antiquo, tum etiam attēto Trid. decreto matrimoniū contractū inter impube-

res quando malitia nō supplet ætatem (hoc est nō sunt potentes ad generā tū, & sufficientē vsum rationis nō habent ad se obligandum tali vinculo, vt infra explicabitur) præsumi vt sponsalia tū in foro externo, tū in foro consciētiae, quando nō constat de contraria intē- tione contrahentiū sic definitur C. *fin. de spons. impub. & C. unico §. idem quoq; end. tit. in 6.* & vbi forus externus nō in- nititur falsæ præsumptioni idē dicēdū est in foro consciētiae; quod autē hoc sit etiam verum attēto decreto Trid. *sess. 24. c. 1. de matr.* probatur quia Tri- den. solis matrimonijs clandestine ce- lebratis resistit; at matrimonia impu- berum, vel puberis cū impubere, non sunt vera matrimonia; ergo illis nō re- sistit, sed relinquit iuxta dispositionem iuris cōmunitatis. ita de hac secūda par- te Nauarr. *summa cap. 22. num. 57.* Lud. Lop. *2. p. inf. cap. 37. f. 1041.* & declara- tio Cardinalium, quo ad primam vero partem attento scilicet iure antiquo est etiam Ang. *ver. spons. Sylu. ibi q. 1. di- cto 1. Tabiena n. 3. Armill. n. 3. Couarr. 4. decr. 1. p. c. 3. n. 3. Brunell. de spons. con- clu. 6. n. 2. Cucus lib. 5. inst. moral. tit. 10. n. 14. Spino speculo Gloss. 15. n. 78. Co- stanus de spons. tit. quibus modis cōtraha- tur n. 3. habetur to. 9. contractuum & alij cum multis Theol. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 18. Soto 4. d. 35. q. 1. ar. 5. Enriquez lib. 11. de matr. cap. 13. n. 2. & c.*

DISPVATIO XXII.

An subarratio annuli sit sufficiens indicium sponsalium, aut matrimonij.

ANnuli traditio est ex se idifferēs, & si nullus præcessit tractatus nō erit signum sponsalium, nec matrimo- nij; quare erit matrimonij, vel spōsaliū signum iuxta loci consuetudinem, & si verba vnius præcesserint de matrimo- nio, alter mittens anulū, vel recipiēs censentur in matrimonium consētire, si vero fuerint verba de spōsalibus anu- li missio erit signum spōsaliū. ita Sylu. Armill. Tabien. *v. spons.* Couarr. *4. decr. 2. p. c. 4. nu. 3. Cepola cons. 1. ciu. nu. 14.* & ex Theolog. Bart. à Ledes. *dub. 9. de*

matr. Veracruz t. p. spec. art. 16. dub. 3. sed hoc ita accipiendum est vt tūc ma- trimonium præsumatur, quando anul- us ponitur in medio digito annulari. nā si sibi nō ponitur, præsumitur spō- salia. sic Ant. *cap. illud n. 7 de præf. Alex. de Neuo cap. fin. n. 138. de spons. vbi nus 4. Præp. Menoc. de præf. l. 3. præf. 2. à n. 1.*

2 Si vero habito tractatu iter amicos de matrimonio contrahendo, spōsa id sciēs accipiat arrhas, vel iocalia missa à sponso absque eo quod aliud expres- serit, sunt sponsalia Gloss. *C. tua de spōs. v. verba.* idem dicas ex Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 13. n. 6.* si pecunias nomi- ne sponsalitorum mittat, aut si foemi- na requisita spōte manum dedit ad fi- dem recipiēdam, aut suum corpus tra- deret petēti viro, cum promissione futuri matrimonij.

3 Quando vero parentes ipsi mittunt anulum, sine filij consensu non sunt sponsalia; vel si quis capiat foeminæ manum dicēs, do tibi fidē futuri ma- trimonij, & illa nil respōdeat, quia hoc nō est sufficiens signum. Vide de his D. Ant. *3. p. c. 18. tit. 1. Tabien. Armillam. v. spons.* Alex. de Neuo *cap. fin. n. 12. de spons. Abb. n. 7. Mascari. de prob. conclu. 1024. n. 6. Menoch. lib. 3. præf. 2. n. 8.*

DISPVATIO XXIII.

An sit sufficiens signum matrimonij, vel sponsalium, quando presentibus, & ta- centibus qui contrahunt, alij eorum no- mine respōdet absq; expresso eorū cōsensu

1 CASus propositus nō est quādo cō- trahētes cōstituūt procuratorem; de hoc *n. l. 2.* sed quādo cōtrahunt alij absq; ipsorū licētia, & tripliciter potest esse. primo vt illi, qui cōtrahūt nomi- ne eorū; qui presētes sūt, sint parētes, vt si pater, aut mater Titij contrahat cū patre, vel matre Marię, & Titius & Mariā sint presētes, & taceāt in hoc casu dico esse matrimonium verū, si contrahāt per verba de presēti coram Parocho, & testibus, vel vera spōsalia si cōtrahāt per verba de futuro nō so- lū in foro externo; sed etiā in foro cō- consciētiae; dūmodo filij interius cōsētiāt. habetur expressē C. *unico §. fin. de spons. impu-*

Impub. in 6. & hoc verū est et si filij, pro quibus cōtrahunt, sint spurij, aut emācipati, quia in hoc consideratur reuerentia parētibus debita, nec circa hoc aliquid est immutatum per Conciliū Tridentinum nam id docent multi ex infra citatis DD. qui post Concilium scripserunt.

Angelus *matr. 2. n. 5.* tamen Gabr. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. con. 4. & aliqui putāt non sufficere solam taciturnitatem, sed requiri aliud signum. & dictum caput vnicum dicunt intelligi de infātibus, pro quibus parentes possunt cōtrahere, non autē de doli capacibus.

2 Secundo modo potest esse casus, vt illi, qui contrahunt pro præsētibus, non sint eorum parentes; & tunc ad hoc vt constituantur vera sponſalia, vel matrimonium, non sufficit præsētia cum taciturnitate; sed requiritur aliquod signum exprimens consensum internum, vt saltem habeatur tacita ratificatio (nisi consuetudo loci obtinerit consensum explicari per alios, vt est apud Indos) vnde etiam si qui sunt præsētes, & tacent; interius consentirent, & constaret de interno consensu eorum, non erunt nec sponſalia, nec matrimonium in vtroque foro; cū eorum consensus non sit sufficienter manifestus per illam taciturnitatem. Ratio est quia *d. c. unico* tantum de parentibus id statuitur tanquam quid speciale; quia parentes plus filios, quā seipſos diligunt *listi quidē ff. de eo quod metus ca.* vnde præsūmitur rectē eos filijs consulere, quod non est in alijs. ita ex Theolog. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 1. concl. 1. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 2. Veracru. 1. p. *specul. art. 5.* & circa 24 Canonistæ Abb. Alex. Card. cap. 1. de *matr. contr. ver. præsente.* Innoc. cap. 1. de *spons. impub.* vbi Alanus, Tancredus, Vinc. Henricus, Ant. cap. tua de *spons.* Hyppolitus *lingul. 147. & c.*

3 At Victoria *summa nu. 250.* Petrus Ledes. de *matr. q. 45. ar. 2. dub. 3.* Lud. Lop. 2. p. *instr. de matr. c. 39. fol. 1055. col. 2.* Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 3. *vers. præsens autem.* Angles floribus 1. p. q. de *essential. matr. ar. 2. dub. 3.* & alij Theolog.

docent esse verum matrimonium, vel sponſalia in foro conscientiae, si illi, pro quibus contrahunt, extranei, internē consentiant. Ratio eorum est, quia agitur de re naturaliter appetibili; & fauorabili, in qua tacens consentire censetur.

4 Tertio modo potest esse casus, vt quando parentes cōtrahunt pro filijs, illi sint absentes; vel si sunt præsētes; sint infantes, qui doli capaces non sūt, & in hoc casu dico verius esse requiri ad valorem sponſalium, vel matrimonij, vt filij certiores facti de contractu à parentibus inito, illud ratificent vel expressē, vel tacitē per aliqua signa, de quibus dixi *disp. 22. supra* & tunc post talem ratificationem factam coram eodem Parocho, & testibus erit verū matrimonium; vel vera sponſalia, si tantum fuit promissio de futuro: probatur ex *ipſo tex. d. c. unico*, qui hanc distinctionem expressē ponit sic ex Theolog. Corduba *summa q. 193.* & Vega *lib. 6. summa cap. 31.* & alij Canonistæ. Ioan. Andr. d. c. *unico n. 2. domi 5. porro Francus nu. 4. & c.*

5 Contraria tamen sententia satis probabilis vult satis esse si filij certiores facti de contractu inito à parentibus, taceant, & non reclamant; quia in hoc casu eadem est ratio, ac quando ipsis præsētibus, & tacentibus, parentes contrahunt. sic D. Tho. 4. d. 27. q. 2. ar. 2. ad 1. Palud. *ibi q. 1. ar. 1. concl. 1.* Victoria *summa de matr. n. 267.* Sotus 4. d. 27. q. 2. ar. 2. ad 1. Enriquez *lib. 11. de matrim. cap. 13. n. 5.* & alij Theologi. cum Anchar. d. c. *unico 5. poro* vbi Imola dicit forte hoc esse verum.

* Putat hic Pontius valide vt gere noſtrum Sanc. qui vt vidimus asserit ex *C. unico de spons. impub. in 6. 5. fin.* vbi dicitur (*ex sponſalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt, si filij expresse consenserint, vel tacite; vt si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligatur, & ex eis oritur iustitia publica honestatis: & est idem si filij tempore sponſalium absentes, & etiam ignorantes, eadem sponſalia ratificauerint tacite, vel expresse*) ex hoc inquam tex-

tu afferit Sanch. duo: primum est, si filij sint præsentibus, sufficere taciturnitatem ad valorẽ matrimonij &c. quando Parentes contrahunt; si vero contrahunt extranei non sufficit taciturnitas; Secundum Sancij dictum n. 17. est, si filij sint absentes, oportet, vt quando parentes contrahunt pro ipsis, non solum taceant, & non contradicant; sed vt explicent consensum expresse, aut per aliqua tacita signa, de quibus egimus *dis. prac. & dispu. 16.* At Pontius ex secunda parte, quam Sancius ponit, existimat posse illũ vrgere: quasi nõ constantem in sua doctrina, & male textum intelligentem hoc pacto (*l. 2. c. 14. nu. 10. Præterea vrgo Doctores, secunda sententia, ex his quæ ipsi fatentur Concedunt secundam partem eius §. in d. C. unico, in qua agitur de sponsalibus, aut matrimonijs, filijs absentibus, contractis à parentibus, extendi etiam ad extraneos Sic Ant. de Butrio in C. tua de spons. n. 7. Car. c. 1. de spons. impub. & illos sequutus Thomas Sanch. dis. cit. n. 17. cum tamen constitutio Bonifacij tantum exprimat parentes; & fatentur etiam pari modo sponsalia contracta per parentes, & extraneos ratificari debere, æque in hoc discrimen esse inter parentes, & extraneos: cur ergo primam eius §. partem non intelligunt de vtrisque? verba enim Pontificis non latiorẽ viam aperiunt, vt prima pars de parentibus tantum; secunda de vtrisque intelligatur) at doleo tanti ingenij virum, tam aperte laborare in æquiuoco, ne aliud dicam.*

Dico igitur dictum textum §. fin., tam in prima sua parte, dum ait quod præsentia filij, & taciturnitas sufficit; quam secunda, quæ ait non sufficere taciturnitatem, si Parentes contraxerunt pro ipsis absentibus; sed requiri nouam ratificationem ipsorum, loqui de parentibus: cum hac tamen differentia. quod prima pars, quia est fundata in præsumptione amoris &c. vt diximus non aptetur alijs: nisi parentibus: de quibus solum textus meminit: secunda vero pars, quæ requirit vt filij de nouo ratificent tacite, vel expresse ad hoc vt valeat matrimoniũ,

Optime aptatur extraneis, tum à fortiori. si enim parentes nil agunt; nisi filij dum redeunt, vel sciunt matrimonium per ipsos contractum ratificent; multo magis requiretur eorum consensus, quando extranei contraxerunt. Pro ipsis absentibus: tum quia negãdo textus, quod valeat matrimonium contractum à parentibus pro filijs absentibus; nisi illi ratificent, relinquit illos æquales, cum alijs extraneis. & vt vno verbo dicam: Pontifex statuit taciturnitatem non esse signum consensus tacitè sufficientis ad valorem matrim. nisi quando parentes pro filijs præsentibus contrahunt; in alijs casibus requirit, vt ipsi expresse; vel tacite contrahant: vt est de natura ipsius contractus nam etiam consensus tacite expressus constituit matrimonium; vel sponsalia vt dictum est supra. sublata igitur est omnis æquiuocatio Pontio, cessabitq; vrgere Sancium, argumento illo, quod validũ putabat. Pone enim hoc exemplum: præcipiat Abbas v.g. vt Decanus die paschatis incedat cum baculo, in alijs diebus cum suo habito religioso: repræhendetur fortasse qui diceret: solus Decanus potest cum baculo die paschatis exire; in alijs diebus æquiparatur coeteris monachis; & tamen Abbas de solo Decano locutus est: sic ergo in casu nostro: dum Pontifex quando filij præsentibus tacet, dicit valere matrimonium si parentes contrahunt, non autem si filij sint absentes: optime dicit qui asserat in hac secunda parte parentes æquari extraneis; quia sicuti si extranei contraherent, requiretur consensus eorum, pro quibus contrahunt; sic dum parentes contrahunt requiritur consensus filiorum.

Addit præterea n. 11 Pontius (*Deinde quotquot per baptismum Ecclesia gremio adsciti sunt, legibus Ecclesiasticis teneri, cum iam sint intra Ecclesiam, dubium non est, nisi accedat Pontificis dispensatio: sed Thom. Sanch. ibidem fatetur Indos sufficenter contrahere, si præsentibus Gubernatori contrahenti pro illis, non contradicant; quia ita seruiiles sunt, vt sine Gubernatoris arbi-*

arbitrio nihil agant; cur ergo ad Indos ea lex extenditur? puto legendum non extenditur? Neque enim inter illos, dum Ethnici erant seruata consuetudo legi ecclesiastica, obesse potuit: imo multo minus nunc ferenda esset, eo ipso quod adeo seruilis animi sint, si quidem præsumi facile poterat etiam inuitos sepe contrahere. quis hoc non videt? quæ verba cum sapius accurate legerem, videntur indicare valde diuerso modo exprimere sententiam Sancij: Nam Sanchez non dicit, non sufficere taciturnitatem ex eo, quod lex Ecclesiastica prohibuit; sed cum supra egerit *dis. 22. de aliquibus actionibus*, quæ sunt signa taciti consensus in matrimonium, vel ex hominum institutione, vel consuetudine; nunc mouet quæstionem de taciturnitate; & ait hæc sufficere in parētibus cōtrahētibus pro filiis: quia ex dispositione iuris habetur pro tacito cōsensu: inquirit vterius: an taciturnitas sufficiat quando contrahunt extranei, & respondet negatiue, reddens rationem, non quia id lex ecclesiastica statuit, vt videtur Pontius sentire; sed quia ius disposuit taciturnitatem esse consensum, respectu parētum, & sic fuit præsumptio iuris. cum autem hoc de extraneis nō disposuerit; reliquit illos regulandos iuxta hominum cōsuetudinem, & naturam expressionis consensus; ad quam iam probauerat supra *dis. 5. n. 5.* nō sufficere taciturnitatem ibi *unde taciturnitas non est sufficiens consensus signum ad obligandam personam*, & in hac *disp. n. 15.* respondens ad argumentum *n. 6.* propositum quod scilicet tacens censetur consentire in re fauorabili vt est matrimonium? ait (*constat ex ratio. ne differentia assignata n. 7.*) ratio autē ibi fuit (*quia quamuis matrimonium appetibile sit, at cum certa muliere, vel viro contrahere, potest esse nocuum; quare cum parentum munus sit, filios matrimonio collocare, & præ nimio amore, quo ipsos prosequuntur, præsumatur fore vt ipsi bene consultant: iure optimo iudicatur consensus ex presentia filij tacentis, quæ ratio in alijs non ita militat.*) non ergo dicit Sanchez legem ecclesiasticam statuisse nō

sufficere taciturnitatem, & ab ea lege Indos esse exemptos, vt Pontius supponit verbis cit. ibi (*cur ergo ad Indos, ea lex non extenditur?*) sed dicit taciturnitatem non sufficere, nisi vbi est cōsuetudo; quod ea taciturnitas explicaret consensum, sicuti subarrahtio anulide qua *disp. præc.* sufficit; vbi est cōsuetudo: & ad hæc regulam generalē exprime ndam addit exemplum apud Indos, qui non solent verba proferre, sed eorum nomine gubernator. & multo minus dixit Sanchez. hanc consuetudinem requiri ad legem ecclesiæ abrogandam, vt annuit Pontius ibi (*neq; enim inter illos, dum Ethnici erant seruata cōsuetudo, legi ecclesiastica obesse potuit*) sed cum expressio signorum sit ad placitam, & ex hominum vsu, & institutione, id quod communiter non sufficit ad hoc vt censeatur consensum exprimi; sufficet posita consuetudine; & sic Pontij dictum videtur superfluum; vtrum autem in se verum sit, patebit ex dicendis *lib. 7. dis. 4.* nec obstat vltimum Pontij dictum de timiditate. nā posito quod illa taciturnitas accipiat ibi, ex consuetudine; pro expressione taciti consensus; si interius non consentirent, non esset in foro interno matrimonium: quod potest etiam euenire si verbis exprimerent, & pōt etiam euenire in filiis, vt iam diximus in hac *dispu.* & notat Sanchez. *n. 4.* sed hoc non tollit, quin illa taciturnitas nō accipiat pro signo consensus, vbi est talis consuetudo.

DISPVATIO XXIV.

An illi, qui promittunt matrimonium, vel sponsalia nomine absentum, qui tamen ea nolunt ratificare: teneantur ad aliquid, & si promiserint cum iuramento sint Periurij rei.

AD decissionem casus præsetis præmittendum est attento iure ciuili, & antiquo Castellæ promissionem facti alieni non obligare §. *si quis alicui de inut. stip. & l. 11. p. 5.* at si quis factū alienū promittat pœna adiecta valet talis

alis promissio *l. stipul. ista ff. de verb. obligat.* vel si factam eius promittat quæ cogere potest, aut si iuramento promissionem confirmet; quia in eo iuramento intelligitur se curaturum, & facturum; ut alius hoc, vel illud faciat; vel si promittat matrimonium aliteri, in his enim casibus valet promissio facti alieni attentio iure civili, vide P. Molinam *tom. 2. de iust. tract. 2. dis. 268. §. quod ad secundum Alex. de Neuo. ex literis 2. de spons. n. 12.* vbi Abb. *n. 6. Couarr. de pactis 2. p. §. 5. n. 1.* & Ant. Gomez. *tom. 2. vari. cap. 10. n. 23.* vbi multos habes.

2 In alijs etiam tribus casibus tum de iure antiquo Castellæ, tum communi obligat promissio facti alieni. primus est si quis promittat suos hæredes aliquid facturos, vel curaturos. Secundus, si promissio fiat in iudicio, ut promittit Franciscum ratam habiturum rem iudicatam &c. Tertius est si quis promittat rem pupilli fore seruandam *d. l. 11. p. 5. & d. l. fin. C. de contrab. & committ. stipul. l. 2. ff. rem rat. hab. l. prat. ff. de prat. stipul.*

3 Valet etiam promissio facti alieni secundum ius Canonicum, quod intelligit promittentem curaturum, vel facturum. sic Ant. & Abb. Alex. de Neuo P. Molina *vbi supra n. 1.* & secundum ius nouum Castellæ *l. 2. tit. 16. lib. 5. noua recop.* idem etiam disponitur quod ius Canonicum disponit; immo promittens factum alienum, tenetur in foro conscientie, quia ius non resistit, & per consequens oritur naturalis obligatio his positus.

4 Respondetur ad casum in titulo propositum. Promittens matrimonium pro absente, etiam si iuret promissionem non est periurij reus, sed tenetur absque vlla fictione facere quantum in se est, & adhibere omnem diligentiam, quam potest. Probatum quia iurans matrimonium, non iurat rem impossibilem, aut dubiam, cum intelligatur se curaturum, vel facturum ut alius ineat; ergo dum facit quantum in se est, ad nihil tenetur, & iuramento satisfacit. sic D. Tho. *4. d. 29. q. vni. ar. 4. ad 3.* Bonau.

ibi q. 3. Sotus q. 1. ibi. & alij Theologum cum 20. ferè Canonistis. Maranta practica disp. q. 7. n. 19. Couarr. de pactis 2. p. §. 5. n. 1. Host. Ant. Prep. cap. ex literis de spons.

5 Ex quo collige promissorem facti alieni teneri per se ipsam præstare, quod promittit, & si non potest, tenetur damna sequuta reparare quando fuit negligens. sic etiam P. Molina *tom. 2. de iust. d. 268. §. quod si is.*

DISPVATIO XXV.

An cum promissioni facti alieni, vel matrimonij adiicitur poena, ut promitto Franciscum ducturum Mariam sub poena certum soluendi, si promittens adhibita sufficienti diligentia id assequi nequeat tenetur ad poenam soluendam.

1 R. multo probabilius esse hunc non teneri ad poenam, nec ad interesse, et si promissioni addatur: promitto alterum cum effectu facturum; quia ea verba tantum important se curaturum ferio. Ratio conclusionis est quia vbi nulla est culpa, ut est in eo, qui facit quantum potest, nulla debet esse poena. iuxta illud *ex l. sancimus C. de pœnis poena tantum suos debet tenere Authores*) sic etiam Ang. Alex. Socin. Felin. Grotius, Sancellotus Thom. Grammaticus, Mut. de Afflictis hos, & alios, & est communis ferè omnium, ut ait Couarr. *multos referens de pactis §. 5. n. 3.* qui tamen *p. 2. §. 5. de pactis* vult non excusari à poena, & interesse de iure civili, nisi difficultas accideret non in eo, qui promittit, sed in eo qui facere debebat.

2 At si promittens sciebat se id, quod promittit minime posse obtinere, tenetur in foro conscientie pretium existimationis rei promissæ soluere promissario, si per eam promissionem causa fuit ut ille aliquem contractum onerosum iniret. tenetur Secundo quando constaret de contrahentium animo se voluisse in omnem euentum ad interesse, vel poenam adstringi; tunc enim est compensatio facti alieni, quod erat faci-

faciendum, non autem poena. Tertio si quis promisit sub certa poena Titium fore fideiussorem, tenetur si Titius non sit, alium æquè aptum adhibere; licet ad poenam non teneatur. sic Bald. Aret. Decius. quos refert Ant. Gab. *conclu. 2. n. 2. 3. 10. comm. lib. 3. de pactis.*

3 Hoc autem quod secundum dispositionem iuris communis dictum est à *nu. 1.* non est correctum secundum ius Castellæ. & *l. 11. t. 11. p. 5.* loquitur quando promissor fuit negligens in adhibenda diligentia. Guttier *de vir. 1. p. cap. 44. n. 3.* contra Villalobos *in antin. iur. ciu. & regij l. p. n. 522.*

In hac tamen quaestione Frac. Aret. Carolus Ruinus, & Alciatus apud Covarr. *loc. cit. supra* putant promittentem matrimonium sub poena teneri ad poenam soluendam iure communi: quia sibi imputare debet, cum factum promiserit dependens ex aliena voluntate

DISPVATIO XXVI.

Vtrum verba promissionis ad hoc ut sponsalia constituant, necessario ferri debeant in personam determinatam, & an sint sponsalia si Pater vnā ex filiabus promittat ipsis consentientibus. Vbi habes aliqua etiam notatu digna.

1 **C**ertum est non esse sponsalia, quoties verba in personam indeterminate feruntur, vt si Pater dicat: promitto me daturum vnā ex filiabus, quia sicut matrimonium est cum persona certa, ita debent esse sponsalia. est doctrina omnium.

2 At si Pater promittat alicui vnā ex suis filiabus, potest dare quam velit, quia electio est promissoris in omni promissione *reg. in alternat. de reg. iuris in 6.* & si omnes obierint, tenetur illam superstitem dare etiam in foro conscientiae; nisi promissio fuerit facta animo ficto, cū intentione scilicet obligandi se ad dandam aliquam certam & non vnā indifferenter; tunc enim non tenetur in foro conscientiae superstitem dare, quia fictè promittens matrimonium, non tenetur implere, quā-

do aliud damnum non sequitur, vt dictum est *dispu. 10*

3 Quod si sponsus copulam habeat cū aliqua ex filiabus à patre promissis, Pater nullam dare tenetur; non alias sorores ob affinitatem contractam per copulam, non illam corruptam; quia Patris est electio, & poterat alias dare; nisi forte hæc corrupta vera sponsalia contraxerit, nimirum ex eo quia ipsi specialiter fuit facta promissio. tunc. n. ea debetur.

4 Si Pater Titio promittat Mariam, & casu quo non possit alias sorores; tenetur seruare promissum, & quando non potest Mariam, tenetur dare alias sorores, nisi contracta sit aliqua affinitas, vel impedimentum cum alijs sororibus. sic Henr. *cap. ad audientiam de spons. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 18. ante §. 1.* Rosella *ver. sponsalia num. 5.* vbi Ang. & Sylu.

5 Si quis vero promisit vnā ducere ex pluribus consentientibus potest eligere quam vult, & illa tenetur, quæ repromisit.

6 Quamuis attento iure antiquo sponsalia conditionata per copulam carnalem, transferint in matrimonium secundum probabiliorem sententiam, vt docent Host. *summa de matr. nu. 17.* Ioan. Andr. *C. ex literis 2. de spons. nu. 10.* Rosella *matr. 3. n. 9.* & alij. Hodie tamen post Concilium non transeunt, quia cessarunt matrimonia præsumpta.

7 Quod si ille, qui promisit se ducturum vnā ex certis foeminis, habeat deinde copulam cum aliqua ex illis, non manent sponsalia pura per hanc copulam attento iure Tridentini, quia verius est sponsalia conditionalia non effici absoluta per copulam habitam etiam pendente conditione cum per affectum fornicarium non recedatur à conditione. at si prior promissio fiat coram Parocho, & testibus, & coram ipsis habeatur copula, fiet verum matrimonium.

8 Si vero conditio in sponsalibus fuit de dote constituenda; etiam si habeatur copula, & per eam fiat verum matrimonium, non idè tamen extincta est

est obligatio dotis soluendæ, quia hoc nullo iure deceditur. sic Sotus 4. d. 29. q. 2. ar. 3. post 3. concl.

DISPVATIO XXVII.

An sponsalia obligent sub culpa mortali.

Dicendum est tanquam certum sponsalia obligare sub mortali, probatur ex *C. Atho. C. desponsatas*, & *C. de coniugali* 27. q. 2. vbi & in alijs Canonibus habetur spōsalia obligare promittentem ex natura sua ad ea implēda; ergo obligant sub mortali, cum materia sit grauis, sic ex Theol. Palud. 4. dis. 27. q. 1. ar. 2. post 3. concl. vbi Sotus q. 2. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 18. Viguierius lib. inst. cap. 16. §. 7. ver. 7. Be. summa casu 18. Gaet. sum. ver. spons. & alij cum iurisperitis. Turrecrem c. vbi non est 30. q. 2. ar. 6. nu. 7. Couarr. 4. decr. 1. p. cap. 4. n. 2. Larmien. lib. 1. selec. c. 5. n. 3 & alijs.

DISPVATIO XXVIII.

Quando teneatur implere qui sponsalia contraxit nullo prefixo termino.

1. **D**icendum est si non est apposita dies, vt contraham tecum hinc ad mensem, promittens tunc tenetur implere sponsalia; quando ille, cui facta fuit promissio, petit executionem, si commodè potest, quia etiam in omni alio debito, non tenetur creditor soluere, nisi requisitus à creditore quando non est præfixa dies, vt constat ex *l. debitores presentes C. de pignoribus* vt id docet Gloss. v. *conueniendi*, Hoff. quem refert, & sequitur Abb. cap. fin. n. 9. de *prescript.* Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 2. n. 14. D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 2. §. 1. Armilla *mora* n. 1. Sylu. *votū* 2. q. 3.
2. At in foro cōscientiæ tenetur promittens spōsalia implere statim ac cōmodè potest, quando ille, cui fuit facta promissio, oblitus est, aut metu quodam reuerentiali non petat, vt bene docent Ang. Tab. Sylu. *loc. cit.* Nauarr. *sum. cap. 17. n. 29.* & Manuel 2. to.

si. c. 43. n. 4. in simili de debitore, à quo creditor non petit debitum, quia oblitus est, vel ob reuerentiam. Et ratio est, quia creditor sciens debitum, & potens petere, si non petit, videtur consentire dilationi, vnde debitor donec petatur, est tutus in conscientia.

* Dicta in hac disputatione nō attendit Pontius, & ideo inuehitur contra Sancium lib. 12. cap. 6. n. 1. ibi (incipit autem ea obligatio a momento contractus l. in omnibus obligationibus ff. de reg. iur. & l. cum qui §. quoties de verb. obliga. cuius oppositum immeritò docuit Thomas Sanchez lib. 1. disp. 28. n. 2. arg. textur in l. debitores presentes C. de pignoribus, ex quo textu constat debitorem non teneri solvere, nisi quassitum quando non est debito soluendo præfixus terminus, sed id perperam ex d. l. colligitur, nam ibi agitur de distractione pignoris, quod creditor habet, non enim valent pacta de pignore distrabendo propria auctoritate. At quando conuenit ne pignus debitoris distrabatur, & perpetuam moram soluendi faciat solemniter, ac cum testibus denunciare eidem possunt, ut pignus licet distrabere, vt in d. l. debitores, & docet Paulus & c. itaque perperam suam doctrinam ex d. l. colligit Thomas Sanchez) Hæc Pontius; vbi ni fallor, hic Auctor animum impugnandi Sanchez, impugnationem vero nullam præfert. nam primum Pontij dictum, quod scilicet Sanchez doceat non statim ac contrahuntur sponsalia oriri obligationem ea implendi, falsum est, Sancius enim non facit quæstionem à quo momento temporis incipiat obligatio sponsalium, hoc enim iam supra supposuerat oriri statim ac alter repromiserit, neque in hac re erat dubium, sed quærit an posita tali obligatione statim ex contractu teneatur promittens implere sponsalia; vt patet ex ipso titulo disputationis, vbi quærit (quando teneatur implere, qui contraxit sponsalia nullo prefixo termino) quod est valde diuersum, stat enim statim perfecto contractu cōtrahentes obligari; at nō teneri statim exequi. innumera sunt exempla in iure civili v. g. in commodato statim ac commodatarius accipit rem

rem commodatam, oritur obligatio illam restituendi; non tamen tenetur statim restituere, sed ad certum tēpus vt patet ex *l. l. §. i. ff. commodati*. quod Pontius debebat aduertere statim initio huius disputationis, noſter enim Sánchez. antequam ex propria ſententia ad caſum pro poſitum respondeat more ſuo contrariæ ſententiæ rationes ponit in hunc modum (*videtur hunc promittentem teneri, ſtatim habita com- modata opportunitate implere ex l. in om- nibus ff. de reg. iuris, vbi habetur in om- nibus obligationibus abſque termino præ- fixo contractis præſenti die deberi, & ex l. cum qui §. quoties ff. de verb. oblig. vbi quod ſine termino præfixo debetur, ſtatim debetur*) En quo pacto Sancius non diſputer an ſtatim oriatur obligatio, vt Pontius dicit; ſed an ſtatim debeat- tur executio, ſeu ſolutio. præterea de- buit id aduertere ex *l. quas ipſe citat*, quæ vt vidimus non loquuntur niſi de ſolutione. Quamuis Pontius eaſdem leges afferat ad probandum ſtatim ori- ri obligationem ſponſalium, vt vide- re eſt ex verbis ipſius ſupra allatis.

Denique ex ipſa Sancii reſponſione, quam *num. 3*, tradit ad leges, quas cō- tra ſe attulit *num. 1*, poterat Pontius, vel oſcitantèr intelligere Sancium nō negare obligationem ſtatim oriri, neq; de hac re quæſtionem facere; ſed ſolū docere non teneri ſtatim contrahen- tem implere ait enim (*ad primum ar- gumentum deſumptum ex duabus legibus dico eas intelligi quando creditor debiti conſcius illud petit, vel ſi nō petat inuitus ob timorem id faciat.*)

Docuit ergo hic Sanchez promit- tentem matrimonium, & ſpōſalia nul- lo præfixo termino non teneri ſtatim implere, ſed tantū requirente eo, cui promiſſio facta eſt, quam doctrinam, & ſi Pontius dicat perperam collectā fuiſſe ex *l. debitores C. de pignoribus*, mi- hi tamē ſalua pace potius videtur per- peram à Pontio id noſtro Auctori im- pigi nam Sancius ait (*vt conſtat ex l. de- bitores præſentes C. de pignoribus, vt id do- cet Gloſſ. v. conueniendi Hoſt. Abbas Ang. Sylu. &c. Pontius vero dicit ipſū*

perperā colligere ex *l. neq; addit iux- ta Gloſſ. & alios DD. quod aut Gloſſ. v. conueniendi* id doceat, habes ibi (*itē poteſt dici quod ex neceſſitate denunciet eis (nempe debitoribus) ſi non fuerat dies ſta- tutus, alias non.*) eandem etiā notati- onem laudat, & ſequitur Ang. *v. mora (ſi vero dies non eſt appoſita obligationi, nec aliqua conditio, requiritur monitio ſe- cundum Bal. & Fel. facit etiā quod legi- tur, & notatur in l. debitores C. de pignori- bus) Sylu. v. mora q. 1. (facit quod legitur & notatur l. debitores præſentes prius de- nunciationibus conueniendi ſunt.)* idem etiā alij ex eadem lege, & notatione, docent, quos breuitatis cauſa præte- reo; ſatis enim hi ſunt ad oſtēdēdum non eſſe deceptum noſtrum Sanciū, vt putat Pontius, etiā ſi in *l. agatur*, vt dicit Pontius de diſtractione pignoris, caſu quo conuentū ſit inter creditorē, & debitorem ne pignus diſtrahatur. nā & in hoc caſu poſita dilatione ſoluti- onis iuxta Pontium non poteſt credi- tor pignus vendere, niſi prius cōueniat corā teſtibus &c. debitore, quod mihi gratis videtur dictum, nam in *hac l. de- bitores præſentes*. duæ ſunt partes, vt patet ex textu, in prima dicit, debito- res præſentes prius denunciationibus conueniendi ſunt. & infra in ſecunda parte ait Imperator (*igitur ſi conuenti debito ſatis non fuerint, proſequenti tibi pi- gnora &c.*) vbi diſtinguit, & prius agit de conuentione circa debitū, & ſi de- bitor non ſatisfacit ait deinde, vt ſi per- ſequatur actione pignoris, ipſi perſe- quēti faueat &c. quod benè notauit Accurtius initio huius textus.

DISPUTATIO XXIX.

*An cogendus ſit à Iudice ſponſalia ſeruare
is, qui abſq; legitima cauſa ea implere
recuſet.*

I Difficultatem in hac quæſtione faciunt duo textus, qui vidētur ſibi contrarij. Alter eſt *C. ex literis*, vbi dicitur eſſe compellendū. Alter eſt *C. requiſiuit de ſponſ.* vbi dicitur potius eſſe monendos, cui conſonat *c. 2. eod. ibi (commonendi ſunt, & omnibus modis in- ducendi.)*

G Dico

2 Dico tamen probabilius est hūc nolentem implere fidem sponsalium, siue ea iuramento firmauerit, siue nō, prius à Iudice monendū esse, vt ea impleat; & si nolit compelli iū esse censura, vel per carcerem: tum per Iudicē Ecclesiasticum, tum etiam per secularē, qui potest etiam hūc nolentem cogere, quando constat de valore sponsaliū, etiam si iuramento firmata sint; sicut cogit ad nō violandā fidem aliorū contractuum. probatur ex *c. ex literis secundo de spons.* vbi habetur esse cogendū (*ibi mandamus vt eum moneas, & si monitis non acquieuerit, censura compellas, vt in uxorem recipiat*) Ratio est quia Iudex tenetur ex officio compellere ad reddendum id, quod est ex iustitia debitum; sed contrahens sponsalia etiam sine iuramento debet ex iustitia ea seruare; ergo cogendus est à Iudice, etiā si ea non iurauerit. sic Abb. Alex. de Neuo *cap. 2. de spons. vbi n. 13.* dicens esse cōmunem, & Couarr. *4 dec. 1. p. c. 4. n. 3.* vocans oppositam sententiā erroneam, & alij permulti Theol. D. Bonauen. Palud. *4. d. 27. q. 1. ar. 2.* Soto *lec. 18. de mat.* & Canonistæ Menoc. *con. 386. n. 1. vol. 4.* Carrer. *de spons. l. 1. cap. 11.* Brunell. *de spons. con. 16.*

3 At si Iudex per eam coactionē rationabiliter timeat graua scandala, & mala ex ijs nuptijs oriri; quāuis id non constet sibi iuridicē, sed ipse ex circumstantijs prudenter timeat, nō debet compellere, quia nō expedit fini matrimonij in hoc casu cogere quando mutuū obsequium impeditur, & turbatur: vnde Iudex videns sponsum obstinatum, & repugnantē consentiri matrimonio non debet vti exactissima coactione; sed potius monitione, & sic intellige *C. requisit de sponsal. ibi (monenda est potius quam cogenda)* quare si postquam tulit censuram, videt sponsum esse pertinacem, debet ipsum absoluere; quamuis sponsum absolutionem nō petat. sic Io. Andr. Henr. Prap. *dic. c. ex literis* & alij The. Philicari *de off. sac. 1. p. 2. lib. 2. c. 1.*

Lud. Lop *2. p. insb. de matr. c. 38. f. 1046.*

4 Sunt aliæ duæ sententiæ circa hanc rem. Prima dicit nunquā esse cogendū,

sed tantum monendum etiam si iuramento sponsalia firmauerit, videtur eā tenere D. Tho. *4. d. 27. q. 2. ar. 1. ad 2.* & tenet Angles *florib. 1. p. 9. de essent. matrim. ar. 4. diff. 4.* Armilla *verb. spons. nu. 7.* & alij probant ex *c. requisit* vbi dicitur monendū esse. Secunda dicit tūc esse compellendum quando iuramento sunt firmata spōsalia, & multa sperantur cōmoda, nullum vero incōmodum. sic Sotus *4. d. 27. q. 2. ar. 2. ad 3.* & Vega *l. 2. sum. cas. 513.* quamuis alij dicant absolutē cogendum, quando est iuramentum. sic Petrus, Greg. *Syntag. iur. p. 2. l. 8. cap. 2. Tab. spons. q. 8. nu. 9.* Minchaca *de succ. creat. §. 28. n. 15.* Cōr. Lagus *methodica iuris tit. de nuptijs* Alciatus *in l. Titia ff. de verb. oblig.* & alij iuristæ mouentur ex *c. ex literis.* vbi dicitur esse cogendum.

Hic Pontius *lib. 12. c. 6. n. 4.* ait nostrum Sanch. interpretari *c. 2. de spons.* *ibi commonendi sunt, & omnibus modis inducendi,* vt prius monendi sint sponsi, & deinde cogendi, ipsumq; notat non aduertisse textum hunc non esse ad rē, quia in eo textu agitur quando sponsalia mutuo consensu dissoluuntur. Hec sunt verba Pontij (*neque obstat tex. in c. 2. de sponsal.*) *ibi (commonendi sunt, & omnibus modis inducendi quem textū sic interpretatur Tho. Sanch. lib. 1. dis. 29. quod prius monendi sunt; postea tamen cogendi, nisi subsit iuxta causa, in eo enim non est sermo quando sponsalia vnus ex eis implere non vult, sed quando sponsalia mutuo consensu eorum, qui contraxerunt dissoluuntur)* Hoc tamen adeo est falsum, vt nesciam, quo pacto Pontium à mendacio excussem. Sanchez enim in tota hac disputatione non est interpretatus dictum. *c. 2. de sponsal.* sed *c. ex literis* ex quo deduxit esse compellendos post monitionem, vt vidimus *n. 1* *& c. requisit* & c. quem intellexit tunc monendos esse, quando timentur scandala ex illo matrimonio per coactionem Ecclesiæ contracto, vel cum Gloss. particulam (potius monendi) explicauit prius monendi, & sic in concordiam reduxit duos Canones, qui videntur sibi contrarij. De

cap. vero 2. de sponsal. nunquā meminuit, nisi in principio in ratione dubitandi, vbi postquam retulit verba *C. requisuit*, adiunxit cui consonat &c. Vnde Pontius apertè tempus terit in tota illa colūna dum probat id, quod Sanch. non negat, nec ad ipsum attinet vtrum ibi sermo sit quando vnus sponsus nō vult stare promissis, an quādo ambo; sed satis fuit aduertere quod sicuti in *d. c. requisuit* videbatur Pontifex velle, vt commonerentur, ita ē in illo *c. 2.* quod autem hoc consonare videbatur illi textui, patet ex ipsa gloss. quæ in *d. c. 2.* se remittit ad *C. requisuit*. & hoc est quod attinet ad rei veritatem.

Sed placet hic aduertere etiam si Sanchez dicto textu cap. 2. vsus fuisset, valde confirmasset suam sententiam, nam si quando ambo sponsi mutuo consensu volunt dissoluere sponsalia, Pontifex vult eos esse monendos, & omnibus modis inducendos ad ea perficienda, solum ad vitandum inconstantie vitium, vt vult Pontius, qua vi ac pacto vellent esse commonendum, & inducendum eum, qui contra fidem datam vult recedere à sponsalibus absque iuxta causa? qui modus argumentandi maxime valet non solum apud Theologos, sed etiam apud iurisperitos, vt passim notant scribentes.

Quod vero addit Pontius eodem loco num. 5. non cohæret (ni fallor) cum Sancij explicatione; ait enim non bene dixisse nostrum Sanch. ex *rex. C. ex literis* ibi (nisi rationabilis causa obstiterit) Ecclesiam nolle nunc cogi violatè fidem, & potius permittere violationem fidei, quod est minus malum quam perpetuas inimicitias, & seditiones, quæ oriretur. Hæc sūt verba Pōtij (quæ in hoc textu nempe *C. ex literis dicto* dixit Thomas Sanchez & alij sustineri minus malum scilicet violationem fidei, & periurium ad vitandum malus scilicet perpetuas inimicitias, ego tamen existimo eos non recte colligere ex illo textu, nam si rationabilis causa subsit; iudicat Ecclesia cessare sponsalium vim, & obligationem iuramenti adiectam, quia ob mu-

rationem status rerum, ob graues inimicitias, & scandala, quæ iam timeri possunt, cum tamen tempore contractus sponsalium non timeantur, cessauit eorum obligatio, & etiam iuramenti. quare non toleratur minus peccatum ad euitandum maius, sed decernitur am in eo casu non habere locum obligationem promissionis, atque iuramenti propter insignem factam rerum mutationem.)

Sed non videtur Pontius satis attēdisse nostri Auctoris explicationem. Sanchez enim non dicit non esse compellendos quando ex sponsalibus timeretur graua scandala &c. tunc enim vt bene ait Pontius, mutat o statu rerum cessat obligatio sponsalium, etiam si sit cum iuramento firmata; sed ait non esse compellendos, quando ex illa Ecclesie coactione, & Iudicis compulsionē timerentur scandala, quia v.g. spōsus coactus malè habebit vxorem, & eius parentes, vel illam relinquat &c. Et ita ly (nisi rationabilis causa obstiterit) intelligitur in hoc secundo sensu, scilicet quando est rationabilis causa non compellendi, vt si graua mala Iudex timeat ex inuitis nuptijs, quod bene concordat cum *d. c. requisuit*, & patet ex ratione, quam Pontifex subdit. ibi (cum coactiones soleant difficiles exitus habere) ex quo clare constat Sanchii expositionem esse optimam, nimirum Ecclesiam nolle coactiones, quādo ex his sequuntur mala, & scandala. solum restaret Pontio probandum nō posse dictos textus talem concordiam habere, quod non fecit, & mihi videtur difficile.

DISPVATIO XXX.

An in contractu sponsalium pœna diminuens patrimonium apponi possit, soluenda ab eo, qui frangit ipsorum fidem, vt si contrahas, centum solves.

R. Poenam hæc adiectam cōtractui spōsalium nullam esse, & irritam, & promittētem peccare venialiter, quare violās fidem nō cōtrahedo matrimonium, nō tenetur in vtroque foro eam



soluere. sic expressè habetur *C. gemma de spons.* & est communis omnium. Idè dicas siue apponatur à parētibus ipsorum cōtrahētium spōsalia, aut à cōsanguineis; siue ab amicis stricta amicitia cōiunctis cum spōsis, siue ab his, quibus spōsi subditi sunt, vt v.g. sunt Tutores, aut ab his, qui possunt graue damnum inferre spōsis ni cōtrahant. Ratio autem est quia per hāc pœnam tolleretur libertas, nam spōsi ne ipsi, aut eorum parētes, amici &c. illā pœnam soluāt, cōtrahēt matrimonium inuiti. sic Imola *l. Titia ff. de verb. obliga. n. 4.* Iason. *nu. 12.* Bart. *nu. 1.* Io. Andr. *C. gemma de spons. n. 2.* vbi Ant. *n. 3.* Car. *n. 3. q. 4.* & alij Sylu. *sponsalia q. 8. d. 1. vbi n. 14.* Angel. Mattienzo, Dialogo relator *3. p. cap. 17. n. 8.* Specul. *tit. de sponsal. §. 1. igitur n. 2.* & alij Iuristæ.

2 Nec valet talis pœna ob dictam rationem, quamuis fiat inter spōsum, & extraneum, vt si spōsus dicat Titio extraneo; ni matrimonium cōtraham, sol uam tibi cētum, aut si mulier promittat alicui se nō esse nupturam sub pœna soluendi 100. siue id promittat ad certum tempus v.g. ad mēsem, siue in perpetuum, vt docet Abericus *l. si. §. de spons. cōtra quōsdam ab ipso relator, qui dicunt valere si ad certum tēpus fiat promissio non nubendi; non vero si fiat in perpetuum; vel si promittens se non nupturam fore sit vidua.* similiter nec valet pœna appositane matrimonium dissoluatur per ingressam religionis, vel per diuortiū quando est iuxta causa, quia ius in matrimonio requirit plenam libertatem ex *l. Titia 34. ff. de verb. oblig.*

3 Et hoc quod dictum est pœnam scilicet esse nullam intellige etiam si modicæ quantitatis sit attentata contrahētium conditione v.g. si sint diuites, & pœnam ponant 10. aureorum, quia omnes textus, qui pœnam annullant, loquuntur indistinctè. sic multi Canonistæ Sylu. Rosella, Tabiena *v. sponsal. Montal. l. 39. fin. tit. 11. p. 5.* vbi Gregor. Lopez Couarr. *4. d. 2. p. c. 3. §. 7.* & alij contra Cynum, *l. fin. C. de spons. Ioā. Andr. & Henr. C. gemma de spons. op-*

positum sentientes.

4 In triplici tamen casu pœna appositata sponsalibus valet primo si apponatur à coniunctis ipsorum sponsorum, non ad hoc vt soluatur in eo euentu, quo matrimonium non sequatur, sed tantum si promittant sub aliqua pœna se curaturos, vel facturos, tunc enim non arctatur matrimonij libertas, sed solum ipsi parentes, vel consanguinei promittentes inducuntur ad curandū vt fiat matrimonium. Ita Imola, & Alciatus *d. l. Titia.*

5 Secundo si pœna sit appositae inter omnino extraneos ipsis sponsis, vt si Titius extraneis sponsis apponat pœnā soluendi centum Petro similiter extraneo; si matrimonium Meuij cum Berta non sequatur, & hoc faciat sine dolo promittendo scilicet ex proprijs bonis, aut si extraneus promittat pœnam contrahenti v.g. si contrahis dabo centum, tunc enim valet quia non impeditur matrimonij libertas.

6 Tertio valet pœna fauore matrimonij v.g. ne vir teneat concubinam, & cum hodie Evangelica lege repudiana non sint licita, valet pœna de matrimonio contracto non dissoluendo, vt si ponatur pœna centum aureorum si vir vel vxor repudiet coniugem, cum ea sit legi conformis. Sic Alciatus *d. l. Titia in prin. nu. 6.*

7 Tandem aduerte quod quāuis pœna sub ratione pœnæ irrita sit, valet tamen promissio soluendi interesse dāni emergentis sub ratione interesse. Vnde multò probabilior est posse peti pœnam ab eo, qui fregit si lem sponsalium ratione damni emergētis spōso decepto, quia v.g. ratione sponsalium expensas fecerat, nam etiam si hęc pœna non fuisset adiecta, tamen iniuste recedens tenetur restituere interesse; sicut tenetur is, qui iniuste recedit ab omni alio contractu. sic etiam Bald. *l. sponsalia ff. de spons. Salycetus l. fin. n. 9. C. de sponsal. & Præp. cap. gemma de sponsal.*

8 Aliqui tamen putant non posse peti nec ratione lucri cessantis, neque dāni emergētis, nisi violās fidē eo ani-

mo spōsalia inierit, vt alter sponsus dā-
num pateretur. sic Host. *summa t. de*
spons. § 1. n. 2. Bart. *l. Titia ff. de verb.*
oblig. Henr. C. *gemma.* vbi Iacob. Aret.
Abbas Anch. Rosell. Ang. & Sylu. v.
spons. & alij mouentur, quia lex Titia
omnino irritat pœnam.

DISPVATIO XXXI.

*An si pœna sponsalibus adiecta solvatur;
teneatur Recipiens restituere posito quod
nulla sit, vt disp. præced. vidimus.*

P Robabilius est recipientem pœ-
nam solutam ab eo, qui credēs
ad id obligari soluit; non teneri illam
restituere; nisi condemnetur à Iudice
ad restitutionem; quia iura pœnam ir-
ritantia nullo pacto dicunt impediri
translacionem dominij in recipiente,
probatum secundo à simili: is, qui per-
dit ludens pecunia credita, non tene-
tur soluere; at si soluit recipiens po-
test retinere secundum P. Mol. *t. 2. de*
iust. d. 515. §. quoad secundum. Manu.
t. 1. sum. c. 189. n. 9. Lud. Lop. *lib. 2. de*
contr. c. 22. Vega *lib. 3. sum. casu 288.* &
alios; nam nemo hanc disputationem
tetigit in proprijs terminis, huic tamē
soluenti pœnam conceditur repeti-
tio soluti.

DISPVATIO XXXII.

*Explicatur quid facere debeat is, qui pro-
misit contrahere matrimonium sub ali-
qua pœna, casu quo promissionem pœna
firmauerit iuramento.*

Ante huius casus decisionem, quæ
grauissima est.

QVÆRES I.

*Quo pacto iuramentum contra bonos mo-
res, communiter dicatur non obligare.*

R. Quod dum dicitur iuramentum
cōtra bonos mores non obligare, in-
telligendum est quando est cōtra bo-
nos mores naturales, nimirum si sit ali-

quod peccatum saltem veniale, illud
obseruare, & tunc non est necessaria
eius relaxatio; At si iuramentum sit
tantum cōtra bonos mores ciuiles, vt
scilicet res promissa nō possit impleri
absque eo, quod præiudicium afferat
bonis moribus, qui in bene ordi-
nata Rep. seruātur, promissum cum
iuramēto seruādum est; vnde js, qui
promisit vsurario sub iuramēto solue-
re vsuras, tenetur ex vi iuramēti eas
soluere; quia nullum ipse peccatum
committit eas soluēdo, quamuis vsu-
rarius peccet; sic etiam iurās aliquid
dare v.g. 100. metu compulsus tene-
tur, si in illis 100. dādis non est pecca-
tum. Ratio est, quia per iuramētum
acquiritur obligatio Deo, qui in testē
vocatur; vnde debet seruari vt Deo sa-
tis fiat, quādo res est licita C. *debitores*
de iureiu. § 6. 2. de pactis in 6.

QVÆRES II.

*An quoties iuramentum obligat iurantem,
toties confirmat contractum, cui appo-
nitur, ita vt is posito iuramento valeat,
non posito sit irritus. & contra quoties
non obligat toties reddat irritum
contractum.*

R. Negat inè quare dico iuramētū
aliquādo cōfirmare cōtractum, aliquā-
do nō cōfirmare, sed obseruādum esse
ob Dei honorem, donec relaxetur.
quādo cōtractum confirmat, tunc li-
cet secluso iuramēto si esset nullus, eo
tamen posito efficitur firmus, & irre-
uocabilis. nec licet amplius contraue-
nire tali contractui, aut petere absolu-
tionem iuramenti, aut facta solutione
repetere quod solutum est; quia con-
tractus omnino firmus, & irrenocabi-
lis manet per illud iuramentum ex au-
the. *Suaramenta puerum ibi (inuisi-*
labiliter custodiantur & C. 2. de pactis in
6. ibi omnino seruari debetis) quod si ali-
quando ratione lēSIONIS concedatur
relaxatio iuramenti, manet tamen fir-
mus contractus, qui tali iuramento
fuit confirmatus, nec potest veniri im-
mediatē cōtra eum; illum scilicet re-
scidē.

sciudēdo; nisi iurās plenē liberetur per Iudicem ab ipsa obligatione contractus iurati; quam liberationem Iudex concedere non potest nisi ipsi constet contractum minimē esse seruandum. relaxatio igitur iuramenti solum operabitur vt possit impugnare contractum, absque eo quod sit reus periurij, non autem vt contractus remaneat nullus, & irritus, *cap. cum contingat de iur. iuran. vbi Alciatus, Couarr. Gutierrez. & alij.*

3 At quādo iuramentum obligat, sed non confirmat contractum, relinquit illum in sua natura, ita vt si secluso iuramento esset validus, remaneat talis etiam post iuramentum, & si absque iuramento esset inualidus, remaneat etiam post iuramentum inualidus: iuramentum tamen obligat ne Deus testis falsus sit, vt *num. 1.* dictum est, & iuramento relaxato potest veniri contra contractum, illum annullando, & conceditur facile absolutio ab eo, ac potest promittens soluere vt verificetur promissio, sed postea solutum statim repetere, est communis doctrina, & probatur varijs iuribus *C. ad audiendam de his qua vi l. si quis pro eo ff. de fideiuss. vbi scribentes.*

QVAERES III.

Vndenam dignoscendum sit. quando iuramentum confirmat contractū quādo non.

4 Ad dignoscendum vero quando iuramentum firmat contractum, quādo vero non. duae regulae traduntur. Prima est quoties contractus ob publicā utilitatem principaliter prohibetur, licet secundario ob priuatam (quod tūc est, quando ex eius transgressione immediate laeditur bonum publicum, vt si sit lex, quae prohibeat ne pecunia de Regno extrahatur, aut arma) tunc iuramentum non confirmat contractū, quia haec lex principaliter respicit bonum commune, & secundario priuatum, si enim pecunia remanet in Regno, personae etiam priuatae ditiores erunt, & in hoc casu iuramentū est

inualidum, nec indiget relaxatione.

5 At quando contractus principaliter prohibetur ob priuatam utilitatem, & secundario ob publicam (quod tūc cognoscitur quando ex eius transgressione immediate laeditur persona priuata; mediate vero Respublica) tunc firmatur iuramento, siue prohibitio feratur in personam, vt si lex dicat nullus minor contrahat; siue in ipsum contractum dicendo ne celebretur talis, vel talis contractus, & sic si minor contrahat, & iuret contractus validus redditur propter iuramentum. Haec omnia sūt communia, & à multis DD. approbata. *Abb. c. cum contingat de iure iur. vbi Ant. Alex. de Neuo; Alciat. Paul. Auth. Sacramenta puberum C. si aduers. vendit. vbi in repetitione Humbertus, Bon. num. 115. Ant. Gomez 2. var. cap. 14. n. 24. Minchaca de success. creat. lib. 3. §. 28. &c.*

6 Secunda regula sit quod licet contractus ob priuatam utilitatem principaliter prohibitus semper confirmetur iuramento, ita vt in expugnabilis efficiatur; nec momentanea solutione, statim repetendo solutum possit seruari iuramentum tamen si sit reprobatus odio creditoris non confirmatur, quamuis iuramentum sit seruandum. Exemplum sit: iurat quis latronibus, qui metum illi inferunt, dare centum, hoc iuramentum non confirmat contractum, quia est reprobatus in odiū latronum, qui turpē accipiunt illam pecuniam, at iurans tenetur seruare iuramentum, & dare 100. aut petere ab eo relaxationem, ne Deus in falsum testem adducatur. Intellige dictū quādo est turpitudine de iure naturali, & diuino, vt est v.g. in latronibus, qui de iure naturali, & diuino tenentur acceptum restituere, nam si tantum turpitudine sit de iure humano, confirmatur talis contractus iuramento. sic *Gutierrez de iuram. 1. p. cap. 4. n. 5. Ant. Cui contingat de iure iur. Bald. l. non dubium C. de leg.*

7 Ex dictis inferitur Episcopum posse relaxare iuramentum, quando est turpitudine in recipiente, vt si quis iurauerit

rit soluere vsuras vsurario, aut iuravit vi compulsus, aut metu; quamvis id, quod metu præstare iuravit, debuisset facere absque metu, quia per illum metum passus est iniuriam; unde potest ab Episcopo petere relaxationem iuramenti; quæ quidem relaxatio, & absolutio à iuramento potest ab Episcopo dari non solum antequam ille periurium commisit, sed etiam post peccatum periurij, v.g. si Petrus metu compulsus promisit intra mensem dare 100. Potest mense non transacto obtinere absolutionem à iuramento, quo casu non peccauerat contra iuramentum, quia iam mensis non dum elapsus erat; & si post elapsum mensem non soluit, quo casu periurium commisit, potest nihilominus obtinere absolutionem ne teneatur amplius, cū nulla appareat ratio in cōtrarium, præsertim in foro conscientiæ.

8 Credo tamen hæc iuramenta adiecta contractui, in quo est turpitudine, vel iniustitia in recipiente, non posse commutari per Bullam, aut privilegia Religiosorum, quia hæc concedunt posse vota commutari, & privilegium Societatis Iesu concedit etiam vota iurata, at hoc iuramentum non habet rationem voti, cum promissio homini fiat, & Deus tantum vt testis vocetur. Possunt tamen cōmutari per aliquod privilegium, quod concederet relaxationem iuramenti absque tertij præiudicio. at Manuel l. 1. sum. cap. 231. & Bart. à Ledes. dub. 23. de matr. post 3. concl. tenent posse per Bullam, &c. relaxari, quia non acquiritur per ea iuramenta ius tertio vt dictū est n. 1. & 3.

9 Potest etiam iurans contractum casu quo nō vult petere relaxationem adire iudicem, vt compellat creditorem, in cuius fauorem iuravit vt iuramentum remittat, quod etiam potest præstare Iudex sæcularis quando constat de turpitudine recipientis, & res circa quam fuit præstitum iuramentum, pertinet ad forum sæculare; immo si pars nolit iuramentum remittere, ipse Iudex sæcularis poterit id remittere, decernendo iurantem non

posse adstringi eo iuramento. sic Alex. de Neuo c. 2. de iureiur. n. 9. & Mol. tom. 1. de iust. disp. 149. fol. 844. dum latè probat posse potestates laicas relaxare iuramenta, dum bono publico id expedit, his positis ad casum propositū.

An scilicet pœna sponsalibus adiecta firmetur iuramento, ita vt si solvatur non possit repeti ab eo, cui data est.

10 R. Probabilius est non firmari iuramento siue pœna sit modicæ quantitatis, siue non, quia talis promissio pœnæ in sponsalibus interdicitur ob utilitatem publicam. Ratio enim prohibitionis est ob matrimonij libertatem, vt dicitur expressè l. fin. C. de spōsal. sed quando actus prohibetur ob publicam utilitatem non firmatur iuramento. Secundo quia non solum est peccatum promissio illius pœnæ; sed etiam solutio; quia per eam solutionem videtur approbari promissio, cui tum ius ciuile, tum Canonicum resistit; ergo non potest iuramento confirmari; & præterea adeò nullum est iuramentum, vt non indigeat relaxatione vt patet ex dictis n. 1.

Hanc sententiam tenent ex Iuristis Bart. l. si quis pro eo num. 6. ff. de fideiuss. Ang. l. Tertia ff. de verb. oblig. Henric. Ferrã. addit. ad specul. tit. de spōs. §. 1. igitur ver. modicã arram. Præp. c. gemma de spōs. Ant. Cucus lib. 5. inst. maior tit. 12. n. 194. & alij.

11 Contraria sententia, quæ docet iuramentum pœnæ soluendæ obligare, & contractum cōfirmare est satis probabilis. Ratio eius est quia esto promissio talis pœnæ sit peccatum; eius tamen impletio non est contra bonos mores naturales; ergo iuramentum illud confirmat contractum, & obligat ex dictis supra num. 5. sic Tab. Armilla v. sponsalia Molina. tom. 1. de iust. disp. 151 fol. 863. & Minchaca, qui quavis expresse asserant iuramentum obligare, sentire tamen videntur confirmare etiam contractum, vt docet aperte Corneus.

12 Sustinendo tamen hanc secundam sententiam dicendum est hoc iuramentum non posse relaxari, nec satisfi er obli-i

obligationi soluendo poenam, & statim eam repetendo: quia posito quod tale iuramentum obligaret, solutio poenae non esset prohibita ob publicam utilitatem, nec est turpitudine in recipiente, quia is nullam vim, aut metum intulit, nec restituere tenetur acceptam, vt *disp. preced.* dictum est. Probaturo secundo quia in simili idem dicendum est, is enim qui ludit pecunia credita, si iuret soluere, quod amittit, non potest petere relaxationem ab Episcopo, nec satisfacit momentanea solutione, nisi dum iurat habeat in animo hanc intentionem soluendi, & statim repetendi; quo casu etiam potest ab Episcopo relaxari ante solutionem; vel nisi metu ad id fuerit compulsus. sic etiam P. Molina tom. 2. de iust. dis. 515. fol. 1682, vers. *utrum autem qui* quamuis aliqui oppositum sentiant in hoc casu de ludente pecunia credita, vt Manue s. 1. summ. c. 189. num. 9. Nauarr. *summa* cap. 19. nu. 17. in prima edit. Cord. *sum. qu.* 94. Guttier. de iuram. l. p. c. 53. num. 6. Enriq. lib. 7. de indulg. cap. 35. num. 8. Azebedo lib. 8. *recop. tit.* 7. l. 8. num. 7. Phil. Lud. Lop. & alij vnde idem docent de iurante soluere poenam, posse scilicet ab Episcopo relaxari, & momentanea solutione satisfieri obligationi.

DISPUTATIO XXXIII.

An poena, quae tantum consistit in lucro perdendo, vel in non acquirendo, valide possit apponi matrimonio, vt si quis dicat lego, aut dono tibi centum ea lege, vt in eas hoc, vel illud matrimonium, quod si inire nolueris, amittes legatum, vel donationem.

S Vpponendum est conditiones, quas ius rejicit a legatis, hoc est habet ac si adiectae non fuissent, vt sunt impossibiles siue defacto, vt si digito caelum tanges; siue de iure quales sunt illae, quas ius reputat turpes, vt sunt conditiones a matrimonio retrahentes v. g. si non nupseris, in utroque foro rejici, de quibus *disp. sequenti.*

Illae vero conditiones, quas ius in legatis admittit, de quibus in praesenti *disp.* tractamus tum in foro conscientiae, tum in foro externo admittuntur, & de hoc nemo dubitat. hoc posito.

2 Respondeo ad quaesitum. poena consistens in lucro non acquirendo, per quam non minuitur proprium patrimonium, est irrita si apponatur ab ipsis contrahentibus, vt promitto tibi centum si mecum contraxeris, quia praesumitur promittentem intuitu libidinis inducere alterum ad matrimonium l. *si ita stipulatus fuero te sibi* 97. ff. de verb. oblig. & ibi multi DD. vnde si haec praesumptio turpitudinis cesset, quia v. g. vir promittit foeminae matrimonium dicens si centum mihi dederis quo casu praesumitur velle centum causa dotis, aut si vir causa donationis propter nuptias promittat aliquid foeminae, vt si mihi nupseris, dabo centum, quia ea donatio est permessa, vt potest quae est in praemium dotis promissae l. *si constante C. de donat. ante nuptias*, tunc valebit poena apposita: & si illa alteri nubat, non debetur legatum &c. quoniam conditio si mihi nupseris subintelligitur; quamuis non fuerit expressa l. *stipulatio* ff. de iur. dotis. sicut etiam in dubio non praesumitur promissionem fieri causa libidinis, nisi vir uxori promittat, & non sit illa ignobilior, aut senior, tunc enim illa promissio cesset in compensationem nobilitatis foeminae, vel iuuentutis.

3 Dico secundo si poena haec non apponatur ab ipsis contrahentibus, sed ab alijs valida est vt si aliquid legetur Mariae ea lege vt Titio nubat, & sic si Maria non nubet Titio, amittet illud lucrum; sicut etiam valet conditio posita a Testatore vt foemina alicui nubat, siue ea ponatur per modum conditionis, quia scilicet suspendit contractum, & per particulam, si, explicatur; vt habes *infra lib. 5. disp. 1.* siue per viam modi, qui est quasi adiectio oneris, quod testator imponit, & explicatur per particulam, vt. communiter. *infra lib. 5. disp. 1.* v. g. relinquo hereditatem Mariae, vt Titio nubat. Ratio est, quia

hæc non est vera poena, sed potius est quædam inuitatio ad matrimonium, spe comparandi illud lucrum. sic *l. Titio, & l. cum ita legatum sit ff. de condit. & demonstrat.* & ibi DD. similiter valet cōditio, vt hæres, vel legatarius cōtrahat cum aliqua de familia; nomine vero familiæ non intelliguntur hi cōsanguinei in eo gradu, in quo requiritur dispensatio de iure Canonico, quia verba testamenti debent intelligi secundum ius commune. sic Couarr. 4. *decr. 2. p. c. 3. §. 3. nu. 1.* Mantica *de consecr. ult. vol. lib. 11. t. 18. nu. 1. ubi multos refert* & Molina *tom. 1. de iust. dis. 207. fol. 1265.*

4 At nulla erit conditio si apponatur in legitima, quæ competit de iure, tunc enim testator sicut nullam gratiam facit, ita nullum onus debet imponere, aut si hæres, vel legatarius grauetur, vt indignam personam accipiat in cōiugem; quia id possumus quod honestè possumus, & sic ea conditio rejicitur, & debetur legatum *l. cum ita legatum ff. de condit. & demonstrat.* similiter debetur legatum si dicatur Virgini vt nubat Titio, vel vt non nubat extra Pannormum, & illa ex cōsensu Patris hoc nō præstet, sed alteri nubat: quia ea cōditio intelligitur si honestè potest. at Virgo non potest honestè sine Patris cōsensu nubere. Bald. Retran. Minchaca.

5 Si vero illa, cui hæc conditio apponitur vt indigno nubat sit vidua, valet conditio, & intelligitur ne alteri nubat, nam cum non possit ob honestatē nubere indigno; debet intelligi ne aliud ineat matrimonium; quæ conditio nō nubendi in vidua, & viduo valet, vt dicemus *disput. sequenti.* ita Acofta *l. cum tale ff. de condit. & demonstrat.*

Numerantur varij casus, in quibus explicatur quando legatum relictum sub conditione nubendi cum aliquo, vel non nubendi debeat nec ne.

6 Ex dictis notandi sunt aliqui casus. Primus est nō deberi legatum illi, qui iussus contrahere cū nobili, duxit prima vice nobilem, & ea mortua accipit aliam ignobilem; quia in illa condi-

tionem includitur hæc negatiua: ne cum ignobili ducas, quæ perpetua est. sic Oldradus *cons. 16. num. 3.* Mantica *de consecr. ultim. vol. lib. 11. tit. 18. num. 3.* Gartian. *reg. 83. num. 10.* Peralta *l. vnam ex familia §. sed & si fundum num. 31. ff. de legat. & alij.*

7 Secundus, si quis sit grauatus vt aliquam ducat, & ni faciat statim iure legati, aut maioratus &c. priuetur; si hic statim ac requisitus fuit de matrimonio, renuat, amittit legatum &c. qua muus deinde se poeniteat, & velit ducere; quia iam acquisitum est ius alteri successori statim ac negauit; nisi forte sit minor, aut grauamen positum induat naturam modi, tunc enim si poeniteat potest habere, si velit parere conditioni, vt docet Palaez de Merez. *de maior. 1. p. q. 50. num. 15.* at si legans non priuauit statim legatarium ipso iure legati, si legatarius primo renuat, & deinde acceptet matrimonium, acquirat legatum &c. si omnia sunt integra, quia scilicet ius nemini est acquisitum. Vide plura apud Mantica *de consecr. ult. volunt. l. 11. t. 18. nu. 16. vsque ad 36.*

8 Tertius casus est si quis iussus à legante ducere Mariam, vel monacum fieri, ad hoc vt possit legatum accipere; si aliam ducit, & deinde viduus effectus, Mariam ducit, aut post matrimonium dissolutum sit monachus, non obtinebit legatum, quia deficit conditio, nisi, tamen eo tempore, quo legatum &c. ipsi defertur, pareat conditioni ducendo v. g. Mariam etiam si prius aliam duxerit, nam conditiones respiciunt tempus delatæ successionis *l. interuenit ff. de legat. prest. sic P. Molina lib. 2. de primog. cap. 13. num. 16.* Acofta *l. cum tale §. si arbitrato limit. 3. num. 2.* cum alijs contra Corneum apud Acoftam *loc. cit.* putantem non perdere legatum &c. qui post vxorem mortuam fit monachus.

9 Quod si grauatus aliquam ducere, velit implere conditionem, illa vero renuat, sed trāfacto aliquo tempore

deinde velit illū in maritum accipere, ille vero tunc nolit, non amittet legatum secundum aliquos Doctores; quia iam impleuit conditionem. Alij vero id negant. Vide Manticam vbi supra & Menoch. *de presump. lib. 4. praesumpt. 183.*

- 10 Quartus casus est: iussus contrahere cum sub aliqua poena amissionis legati &c. si non contrahat (quæ dicitur conditio mixta, nam pendet ex voluntate duorum) si ipse velit contrahere, illa vero renuat, acquirit legatum, cum conditio habeatur pro impleta *l. 1. C. de instit. & subst.* ita Menoch. *supra* sicut etiam acquirit legatum si illa aliū accipiat; & deinde vidua effecta vellet accipere in coniugem hunc, cui legatum fuit relictum; ipse vero nolit amplius eam ducere; quia censetur testator locutus de primis nuptijs vt docet Bald. Imola, & Acoffa apud Molinam *num. 8. cit.*

At si hæ conditiones ponantur in contractu irrevocabili cuiuscumque culpa nō adimpleatur conditio, amittitur legatum secundum communiorē sententiam in *l. 1. cit.* quia quod in ultimis voluntatibus statutum est non debet ad alios contractus extendi ita Alex. Corneus Molina, & alij quos ipse Molina refert *l. 2. de primog. cap. 13. num. 19.* contra plures relatos à P. Molina *l. 2. de iust. d. 285.*

- 11 Sed si testator utitur hac forma, lego Marię centum si Titius cum ea contrahat, tunc Titio non contrahente, acquirit legatum, quando testator voluit matrimonium illud favore ipsius Marię legatarie; secus vero si favore Titij, sic Greg. Lop. *l. 14. ver. si casare* *tit. 4. p. 6.* alij tamen putant absolute deberi legatum. Alij negant. Vide Menoch. & Manticam citatos *num. 9.*

Vnde infertur facientem quod in se est, incurrere in poenam, quæ consistit in lucro non acquirendo. sic Rosella Sylu. & alij *v. sponsalia.*

At si conditio mixta absque neutrius culpa, sed casu deficiat, vt si Maria legataria ea lege, vt Titio nubat, moriatur, vel ipse Titius, tunc non debetur

legatum, aut institutio habetur expresse *l. legatum. C. de cond. inst. & docent P. Molina Menoch. loc. cit. & alij multi.*

- 12 Excipe tamen primo, nisi legatum fiat favore alimentorum. Secundo favore libertatis. Tertio causæ piæ. Quarto si conditio fuit partim impleta. Quinto in primogenijs. Sexto quādo præceptū contrahendi conditionis naturam inducit, secus si habet naturam modi, nam modus deficiens casu fortuito habetur pro impleto. Septimo, nisi testatoris facto conditio deficiat, vt si testator legavit Parochiæ centū, si ibi sepeliatur, debentur centum, si decessit excommunicatus. vide Menoch. *loc. cit. pres. 184.*

- 13 Similiter si conditio mixta non impleatur defectu alicuius tertij, tunc amittatur legatum; sed legatarius habet actionem contra tertium hunc. vide Mol. *l. 2. de primog. cap. 13. num. 20.* & Menoch. *de presump. l. 4. praes. 184. num. 38.* multos referens, vbi etiam aliquæ sunt exceptiones. Prima est in Maioribus. secunda si Tertius non sit soluendo interesse, id est non habeat eas facultates vt possit soluere. tertia si iuste tertius impediuit. quarta si consensus tertij requirebatur. vide cit DD. & Greg. Lop. *l. 14. ver. se muera. tit. 4. p. 6.*

Aduerte hic verba exhortationis dicta à testatore, nec modum, nec conditionem esse. Merez de Maior. *1. p. q. 50. num. 16.*

QVAERES I.

An legatū relictū virginibus maritandis possit dari volētibus ingredi monasteriū.

- 14 R. cū hac distinctione si legatū relictū sit alicui determinatæ v. g. Mariæ, vt matrimonium ineat; deberi illi si Religionē ingrediatur. est cōmunis ōniū, vt ait P. Mol. *l. 1. de iust. d. 207.* sic Nat. *conf. 296. n. 4.* Fulgol. *con. 53.* Men. *lib. 4. praes. 184.* Gutierrez *con. 26. n. 13.* & Ratio est quia præsumitur volūtas testatoris voluisse vt legatū, quod ipse reliquit matrimonio collocāde; daretur ingrediē-

diēti religionē, & hoc fauore religionis.

15 Vnde si sūt coniecturæ quod testator intellexit de nuptijs carnalibus, nō debetur id legatum Religionem ingredienti; vt si testator leget puellæ, si nubat personæ certæ v. g. Titio, obtinebit tamen legatum si Titius moriatur antequam illa sit in mora, & ipsa non remaneat in sæculo, sed Religionem ingrediatur; at si ipsa non moritur, legatum n̄ debet conuerti in aliud matrimonium temporale, & non potest dari alteri puellæ Religionem ingredienti vt voluntas testatoris seruetur; aut si testator reliquit legatum tertio, si talis vel talis puella nupserit, tunc n̄ ille nō obtinebit legatum, si puella fiat Religiosa; vel tandem si relinquatur legatum negatiue, vt lego centum Titia si non nupserit, & hæc vidua sit, valet legatum, & intelligitur de nuptijs carnalibus; vnde si illa Religionem ingrediatur, obtinebit legatum, nam non est verisimile testatorem voluisse illam retrahere ab ingressu Religionis Mantic. *de coniect. ultim. vol. lib. 11. tit. 18. nu. 26. Menoc. loc. cit.*

16 Quod si legatum relinquatur indefinite, sic v. g. lego mille puellarū matrimonio applicanda; non possunt hæc distribui puellis Religionem ingredientibus; quia illa dispositio auth. *de Sanctiss. Episcop. 5. sed & hoc presenti*, exorbitat à iure, quod petit conditiones impleri in vera, & specifica forma; ergo non debet extendi nisi ad casus ibi expressos, sed illa auth. loquitur de legato relicto personæ certæ ad hoc vt nubat, quod vult posse dari Religionem ingredienti per præsumptionē voluntatis testatoris, vt dictum est nu. 16. ergo non potest extendi ad casum hunc; quando legatum relinquatur indefinite pro collocandis puellis in matrimonio solum, si hoc legatum relinquatur ad collocandas matrimonio neptes testatoris, tunc posset dari ipsis Religionem ingredientibus; quia propter præsumptam affectionem erga cō sanguineos, interpretandum est latius legatum *l. Aureolus ff. de liber. legat.* est sententia Barbatij *cons. 23. n. 2. vol. 1.*

Bald. *auth. nisi rogati nu. 11. C. ad S. C. Treb. Baezæ de non melior. cap. 14. nu. 9. Manticæ de con. ult. l. 8. tit. 5. n. 22. Loarez in repet. l. filius f. 5. dimi. n. 139. ff. de leg. 1. & aliorum. contra Natam con. 296. vbi alios citat. probat. ex dicta auth. & quia non est maior ratio quando relinquitur personæ particulari, ac quando relinquitur multis.*

DISPVATIO XXXIV.

An pœna consistens in lucro non acquirendo retrahens à matrimonio validè apponatur, vt si fiat legatum, vel donatio sub hac conditione ducendi vitam cœlibem.

1 Vt clarius procedamus, prius videndum est quando conditio retrahens à matrimonio, reijciatur, quod præstabimus per quatuor cōclusiones vsque ad n. 17. Deinde videbimus quando valet. supponendum hic tamen est cōditiones has reiectas à iure reijci ēt in foro conscientie, quamuis constet de contraria voluntate testatoris, vt disputat. *precedenti dictum est.*

2 Dico primo conditio abstinendi à matrimonio si contractui adijciatur; non reijcitur (hoc est nō habetur quasi non fuisset adiecta vt *lib. 5. à disput. 2.* latius hi termini explicantur) sed reddit irritum contractum, quando Virgini ea conditio imponitur, nomine autem Virginis venit, quæ aut non cōtraxit, aut non consummauit aliud matrimonium, etiam si aliàs sit corrupta. Vnde si quis Virgini promittat centum si non nupserit, ea promissio existimabitur nulla; quia ea conditio vocatur impossibilis, cum iure reprobetur *l. conditiones que contra bonos mores ff. de condit. at conditio impossibilis annullat contractum 5. si impossibilis instituit. de inut. stipul.* ergo hæc conditio annullabit promissionem.

3 Dico secundo conditio abstinendi à nuptijs reijcitur ab hæreditate, legatis, & donatione mortis causa, veluti non fuisset adiecta; vt reijcitur etiam conditio impossibilis, & sic si

virgini legentur centum, ea conditione si non nupserit, statim debentur, ac si illa conditio non fuisset posita; & si legentur Virgini 100. si nubat, & ducenta si non nubat; potest illa ducenta capere, & nubere; quamuis cōstet Testatorem noluisse dare illi si nuberet ducenta, vt *disp. preced.* dictum est. habetur expressè *l. quoties 22. ff. de condit. & demonstrat. l. Titia si non nupserit*, & alibi, quamuis Metina *de restit. q. 23. ver. itaque quatuor condit.* putet conditiones nō turpes, nec impossibiles, quę prohibent matrimonium, tunc annullari, quando legatarius matrimonium inire vellet.

4 Nec dicas cum Acoſta *l. cum tale §. si arbitrato ff. de condit. & dem. l. ult. ultim. num. 5.* legatum relictum Virgini sub ea conditione ne nubat, amitti, si illa, postquam prima vice nupſit, aliud ineat matrimonium; non autem si solū prima vice nubat; quia Testator illam cōditionem pro primis nuptiis apposuit: nam sermo simpliciter prolatus pro prima vice intelligitur *l. bonus ff. de verb. signif.* ita Ant. Gomez 2. *var. cap. 4. num. 18.* Mol. *lib. 2. de prim. cap. 12. num. 40.* & P. Mol. *tom. 1. de iust. d. 2. fol. 206.*

5 Similiter reijcitur conditio, per quā sobolis procreatio impeditur, aut si extraneo legentur 100. si Virgo aliqua v. g. Titia non nupſerit, aut si mulier, cui relinquitur legatum sub conditione, si non nupſerit rogata esset illud restituere, vt lego Titia 100. si non nupſerit, vt det Titio. tunc enim etiamsi nubat, potest accipere legatū, & Titio restituere, habetur expressè *l. non dubium ff. de leg. 3.* & si dicatur lego 100 si non nupſerit, & si nubat det Titio, potest retinere, & non dare Titio. ita *l. quoties ff. de consil. & demonstr.*

6 Idem dicas si legatum relinquatur sub ea conditione Patri, Tutori, vel amico arcta amicitia coniuncto, vt lego 100. Patri, &c. Titie si illa non nubat, tunc enim debetur illis legatum, quia ea conditio reijcitur, nam mulier abſtinere potest à nuptiis, vt det illud lucrum patri &c. & sic impeditur om-

nimoda libertas in matrimonio contrahendo. at si relinquatur Titia, & extraneo si illa nō nupſerit, ea nubēte amittitur pars debita extraneo, quia pro eo tenet cōditio. vide de his Ant. Gomez 2. *var. cap. 4.* Maticam, *de conc. ultim. vol. lib. 11. t. 19.* & Acoſtam, *l. cum tale §. si arbitrato ff. de cond. & dem.*

7 Dico tertio conditio ineundi matrimonij arbitrato, vel consensu tertij reijcitur à legatis; habetur expressè *l. cum tale ff. de condit. & demonstr.* vnde si Pater relinquat filio legatum ultra legitimam cum hac conditione ne absque cōsensu matris vxorem ducat, vel si alicui, qui violauit puellam, centum legentur, si illam ducat de consensu patris, debentur hæc legata; quamuis matrimonium ineanť absq; consensu prædictorum. nam quamuis honestum sit filios in matrimonijs cōtrahendis voluntatem parentum sequi; iura tamen, vt consulant omnimodæ matrimonij libertati, omnes has conditiones reijciunt. sic Acoſta, *d. §. arbitrato Suar. l. 3. fori tit. de los casamientos. l. 2. nu. 21.* Mol. *lib. 2. de prim. cap. 13. num. 35.* & ex Theologis Enriquez *lib. 11. de matr. cap. 6. num. 6.* contra Ioan. Lupum, *cap. peruesiras not. 3. §. 2. num. 4. de donat. int. vir. & vx.* Peræz de Merez *de maior q. 50. p. 1. nu. 8.* putantes valere quando filius ultra legitimam grauat, ne nubat absque matris consensu, & contra Anton. de Prato, *apud Mantica. de conc. ult. vol. t. 18. num. 8. lib. 11.* & Burgos *de pat. con. 20. num. 5.* putantes valere conditionem ne absque patris consensu, vxorem ducat.

8 Verum si conditio sit tantum petendi consilium, vt lego 100. Titio, si matrimonium ineat cum consilio Petri, valet conditio; & si Titius init non petito prius consilio à Petro, amittit legatum; quia iussus facere aliquid consilio alterius, tantum tenetur petere ab illo consilium, & expectare aliquantulo tempore, donec derur consilium, non verò tenetur illud sequi. *l. cum pater ff. de legat. quæ petitio non*

non officit libertati; nam etiam si Petrus det consilium, vt non ineat matrimonium, ille poterit inire, & lucrari legatum, sic etiam multi Iurista Abb. Hof. Menoch. *con. 69. n. 17. vol. 1.* Mantica, *l. c. cit. nu. 10* & alij cum Enriquez Manuel, Lud. Lop. Theol. *apud Sanch. num. 24.*

9 Potest tamen in aliquibus casibus Titius legatarius accipere legatum, quamuis non petat cōsiliū, vt si non satis esset petere consilium; sed necessario esset sequendum; aut esset periculum magnum in eo consilio petendo destruendi contractum matrimonij, aut si is, à quo consilium petendum est sit absens, & periculum sit in mora. Hæc Abbas, *Clem. 1. de foro comp. Mol. l. 2. de prim. cap. 13. num. 39. & 58. Fel. & alij, quos refert Molina, ibi.* aut denique si is, cuius consilium peti debet, decessit viuo testatore, quia quoties per legatarium non stetit, non debet legatum amittere. sic Mantica latè id probans *de con. vltim. volu. l. 11. tit. 18. num. 11.* contra Suar. *lib. 3. fori tit. de los casamientos l. 2. n. 23.* Alex. & Moli. *l. cit. num. 40.* volentes amitti legatum in prælieto casu.

10 Dico vltimo si legato adijciatur cōditio hæc; si Titia non nupserit, habeat post mortem suam centum; reijcitur conditio, & tempus; & statim debetur legatum; at si aliquod tempus determinatum apponatur, vt post biennium, &c. tunc reiecta conditione illa: si non nupserit, ac si non fuisset apposita; remanet alia de tempore, & illo impleto centum dabuntur. habetur expressè *l. cum tale. ff. de condit. & demonstrat. & est omnium.* sic etiam in ista conditione lego 100. Titia si nupserit arbitrato Francisci v. g. reijcitur hæc pars de sequendo Francisci arbitrio, & remanet illa si nupserit, quia matrimonio est fauorabilis; & sic postquam nupserit, debetur legatum. sic Acofta *l. cum tale. ff. de cond. & demonstrat. ampl. vltima,* vbi multa ponit circa hanc rem.

QVAERESI.

An conditio retrahens ab ingressu religionis similiter reijciatur, ita vt inualida sit hac conditio, relinquo Titio centum si religionem non ingrediatur.

11 Respondeo negatiue; atq; adeo non deberi legatum si Titius ingrediatur Religionem, quia ius non tribuit hunc fauorem Religioni, sicut tribuit matrimonio. sic Couarr. *1. var. cap. 19. num. 10.* Mantica *de con. vlt. l. 11. t. 18. num. 31.* citans Alex. Decium, & Paulum P. Mol. *tom. 1. de iust. d. 207. sine & alij.*

12 Vnde si Titio legentur 100. si ingrediatur Religionem, & ducenta si matrimonium duxerit (quod quidem iustissimè fit non vt à Religione auertatur, quod esset impium, sed quia in sæculo remanenti maiores diuitiæ necessariæ sunt) debet seruari voluntas testatoris, & dari tantum 100. Titio ingredienti Religionem; quia vt diximus, conditio à Religione retrahens non est inualida. ita Bald. Paul. Raynutius, & multi alij apud Couarr. *l. cit. num. 8. 9. & 10.* Menoch. *de pra. lib. 4. pr. 83. num. 26.* Mantica *l. cit. num. 29.* ex Theologis P. Mol. *Dis. cit. fol. 1037.* Ludou. Lopez *1. par. inst. de matr. cap. 36.*

13 Contraria sententia est probabilis, tenet Sylu. *legatum 1. q. 9. Rolan. cōf. 55. num. 20.* Euer, *loco a matrimonio carnali ad spirituale nu. 5* Rosella, *v. legare n. 27.* Ang. *v. haeres num. 21.* & alij canonistæ putant hanc conditionem reijci, & ducenta deberi etiam si Religionem ingrediatur. Ratio eorum est, quia hæc conditio tanquam aduersa Religioni reijcitur.

14 Quod si alicui fiat legatum hac cōditione, vt Religionem ingredia- tur, vel vt Sacerdos fiat v. g. relinquo 100. Titio si Religionem ingredia- tur; valet conditio, quia iustum est spe præmij ad Religionem &c. vocare, & tantum indirectè retra- hitur

bitur à matrimonio. sic Bald. *Auth. cui relictum num. 3. codice de ind. viduis. vbi num. 4.* Paul. Couarr. 1. var. cap. 19. nu. 10. Mol. tom. 1. de iust. dist. 207. & alij.

15 Hoc autem legatum sub ea conditione relictum si ingrediatur Religionem; vel si fiat Religiosus (quod idem est in communi modo loquendi secundum communiolem sententiam) debetur illi, qui nondum expleto nouitatus anno egressus est. probatur ex *l. si quis heredem 7. C. de inst. & subst.* ex qua scribentes omnes colligunt satis esse conditionem semel temporis momento impleri. sic Lud. de Roma. *l. permisceri 52. §. species nu. 4. ff. de acq. poss. & Iason d. l. si quis heredem nu. 13.* & probatur à simili, quia satis fit voto ingrediendi Religionem; si quis ingressus exeat in probatione, vt omnes docent, & satisfacit mulier grauata assumere habitum tertij ordinis, si illum semel assumptum relinquat. sic Iason. *loc. cit.*

16 At si hic eo animo ingrediatur, vt statim exeat, nō comparabit legatum, quia testator non intendit actum vanum, vel si absque vlla causā deserat Religionem; quia testator ad aliquid astringere voluit per illud legatum: ergo saltem ad hoc vt non exeat absque causa, nam ingrediens Religionem ēt secluso omni legato, tenetur sub veniali in ea permanere, si omnia grata inuenerit, quod etiam probatur ex paritate de voto Religionis; non enim in his casibus egrediens satis facit voto secundum multos, & graues Doctores D. Tho. 22. q. vltima ar. 4. ad 3. vbi Gaet. Riccar. 4. d. 38. ar. 8. q. 3. vbi Paludan. Atq; hæc de cōditionib; irritis nūc,

QVAERES II.

Quando conditio prohibens nuptias sit valida, ita vt si ea non impletur, legatū amittatur.

17 Dico primo valet conditio nuptias prohibens viduæ, aut viduo imposita, 22

quia honestum est eos à secundis nuptijs abstinere; probatur *Auth. de nuptijs §. qua vero collat. 4. C. de indic. viduit.* sic Ant. Gomez *l. 16. Tauri nu. 8.* Mattienzo *lib. 5. recop. tit. 1. l. 3.* Gloss. 2. nu. 14. Mol. tom. 1. de iust. d. 207. Grati. *regul. 83. nu. 14.* Couarr. 4. *decr. 2. p. c. 3. §. 9. n. 11.* multos citans. & alij.

18 Vnde dicendum est valere conditionem hanc viduæ impositam si arbitrato alterius nupserit, & si ille iuste arbitretur, tenetur sequi arbitrium illius; alias legatum amittet: si vero iniuste poterit mulier petere officium Iudicis. sic Acoſta *l. cū tale §. si arbitrato ff. de cond. & dem. ampli. vltima n. 5.*

19 Secundo valet conditio nō contrahendi matrimonium in impotētibus, non verò in sterili muliere, quia sterilitas nō est perpetua, nec impedit matrimonium. sic etiam Acoſta. *lim. 1. à num. 1.*

20 Tertio valet fauore piæ causæ, vt si legas Virgini 100. si nō nupserit, & si nupserit trāſſeratur legatū ad causas piæ quia valet hæc cōditio si fiat fauore libertatis, vt docet Tiraq. *de priuil. piæ cause priu. 18.* & multi alij; ergo etiā fauore piæ causæ, cū libertas, & pia causa æquiparentur, vt probat Euerardus *l. à libertate ad piæ causam.*

21 Quarto quoties conditio impedit nuptias ad certum tempus valet, & si ea non impletur, legatum amittitur: vt si testator dicat lego Titia; si non nubat intra duos annos, vel donec expleat vigesimum annum, quod si tempus nimium protrahatur: Iudex determinabit quanto tempore erit expectandum; non enim valet si in tam longum tempus matrimonium differatur vt verisimile sit Virginem non inuenturam tunc virum.

* Quod non est ex inaduertentia dictum, vt putauit Pontius *l. 3. c. 7. n. 17.* sed quia iam supra probatum erat, vt vidimus *num. 1.* cōditionem perpetuo impediētem matrimonium nō valere: magna aduertentia nunc dicit eam nō valere; si ita protrahatur matrimoniū, vt Virgo non sit virum habitura.

Cōtra vero si dicat, relinquo Titia

si nupta non erit, quia hæc conditio non prohibet nuptias; sed tantum vult vt cum testator obierit, non sit nupta.

39 Quinto valet conditio retrahens à matrimonio solum respectu aliquarum personarum, vt si dicat testator, si matrimonium non contrahat in hac Ciuitate, & extra illam potest commodè illud contrahi; vel lego Titie si Caio non nupserit, casu quo spectatis circumstantijs esset illi moraliter liberum cum alijs contrahere, & legatum non debetur nisi post mortem Caij; quia est conditio perpetua cum sit negatiua; habes pro his omnibus varios Doctores Acostam d. 9. si arbitrata am. 8. Meres de maior. 1. p. q. 51. à num. 1. P. Mol. d. dis. 207. Maticã de coniec. l. 11. sit. 19. & alios

30 Idem dicas si apponatur conditio non contrahendi cum ignobili, aut cum descēdente à Iudæis quo casu valet conditio, & legatum amittit, si legatarius ignobilem ducat, siue in primo matrimonio nobilem ducat, aut non Iudæã, & in secundo ignobilem, siue in primo ignobilem, in secundo vero nobilem, quia ea conditio cum sit negatiua, oēs nuptias claudit. Vide plura apud Meres de maior. 1. p. q. 5. num. 36. nisi tamen matrimonium illud esset irritum; tunc enim non amittitur legatum. vt deduces ex lib. 3. disp. 2.

4 Quæ omnia aduertit optime Säch. satis enim consequenter loquitur posita doctrina, quam tradidit à num. 1. vt supra retulimus, scilicet non valere conditionem Virgini matrimonium perpetuo impediens, quia posita hac doctrina apertè sequuntur hæc corollaria, cum ex his non habeatur conditio perpetuo matrimonium impediens, sed ad tempus, quo casu supra dictum est valere conditionem, vnde Pontius lib. 3. cap. 17. nu. 16. minus bene ait non aduertisse hæc Sancium, quod tamen Pontius non probat, vt videre ibi est. (testator sicuti potest inducere conditionem perpetuo non nubendi, ita etiam potest in tam longum tempus protrahere matrimonium quamuis ad contrahendum inhabilis postea remaneret, quod non attendit Thomas Sanchez disp. sit. nu. 16.

Neque adeò efficax videtur Pontij argumentum, quod num. 15. contra Sancium proponit; vt eo ductus illum reprehenderit *hæc lib. c. ultimo num. 14.* quod dixerit valere conditionem Viduæ impositam vt arbitrio alterius nubat: est autem argumentum Pontij (*Ratio est aperta; quia possum indicare vt abstineat à secundis nuptijs honesta enim res est à secundis nuptijs abstinere, ac si nuptias permittam non possum earum libertatem restringere, & in alterius arbitrium conijcere.*) at hoc argumentum facile solui potest; posito enim quod leges tum ciuiles, tum Canonice permittunt vt viduis possit apponi conditio; qua omnino matrimonij contrahendi facultas tollatur: multo magis poterit apponi ea conditio; vt contrahant iuxta prudens iudicium alicuius iuste, & bene pro ipsis arbitrantis; hoc enim supponimus, vt habet Sanchez. num. 32. neque hoc est tollere libertatem, in matrimonio; sed id quod absolute est negatum, & iure negari potest: permittere cum prudenti limitatione. neque in hoc casu legatarius cogeretur ducere in conjugem quã nollet vt ait Pontius *loc. cit.* nam si ille arbitrium fert prudenter, & iuxta eius morem: maxima erit libertas in eo matrimonio contrahendo; si vero male arbitratur; non tenetur eius arbitrio stare, vt dictum est. si vero prudenter quidem, & iuste fit iudicium, seu sponsi electio, & adhuc puellæ in us placet: poterit abstinere ab eo matrimonio: neque compellitur metu amittendi lucri, vt ait Pontius: quia iam consequitur legatum; abstinendo à secundis nuptijs; quod est iuris consuetudinis sensus enim conditionis est; vt si velit nubere, non nisi de consensu alterius nubat neque &c. neq; eius conditio fit deterior: posito quod potuisset testator omnino eam cogere ad abstinendum à nuptijs si legatum consequi vellet. Immo sicuti Pontius lib. 2. cap. 1. num. 29. posse filios exheredari si nubant contra iustam parentum voluntatem: ex eo quia nulla fit Sacramento iniuria; nam valet etiam si cō-

trahant ijs inuitis: additque non valere prætextum damnandi leges exheredantes; quod opponantur libertati matrimonij: cum possit iuste, & rationabili causa libertas impediri, etiam per Principem, Iudicem &c. vir in casu nostro dicit hanc conditionem esse contra libertatem, præsertim positam viduæ; cui potest testator utroque iure permittente omnino nuptias prohibere; aut quod peius est tam facile asserit Sancium, non recte loqui: cum is nullum pro se asserat doctorem, nec meo iudicio tam solidum argumentum, uti ex dictis non fuerit satisfactum: Sancius vero præter allatam rationem: auctoritatem tot Doctorum sequatur, quot numerat Acofta §. si arbitrato l. cum tale. ff. de cond. & dem. limit. ult. num. 5. Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. num. 17. Grat. reg. 83. num. 14. quos tamen Pontius tacet, & solum Sancium nominat. perinde quasi singularis esset in hac sententia.

DISPVATIO XXXV.

An in contractu sponsalium possint apponi Arrha amittende ab eo, qui frangit fidem sponsalium, & in qua quantitate & materia.

NOMINE arrharum hic intelligimus, pignus, quod solent tradere sponsi in signum contrahendi matrimonij, & debet expressè dici, quod detur in signum futuri matrimonij.

De his ergo arrhis conueniunt Doctores posse apponi, habetur expressè l. Arrhis. & l. final. C. de spof. l. 1. §. 1. p. 4. debent tamen necessariò tradi, quia leges permittentes arrhas loquuntur semper de traditis, & earum receptio probatur sola confessione acceptantis secundum probabiliorem sententiam; unde si quis dicat do tibi 100. pro pœna, si tecum matrimonium non contraham, & tradat illa 100. nõ erit pœna; sed traditio arrharum valida; quia reuera arrhæ sunt non pœna. probantur hæc ex multis Iuristis Imola l. Titia num. 6. ff. de verb. oblig. ubi Iason, & Paulus Tiraquell. de viroq. vet. lib. 2. §. 7.

nam. 55. Matienzo. lib. 5. recop. tit. 2. rub. gloss. 2. num. 3. Ioannem Andr. &c. cum Ludou. Lop. Theologo. 2. p. instr. de matr. cap. 36.

2 Hæ autem arrhæ possunt apponi secundum probabiliorem sententiam in quacumque quantitate; quia leges cõcedentes arrhas indistinctè loquuntur sic Host. sum. t. de spons. §. 1. num. 2. Cardin. c. gemma de spon. Paulus. l. Titia d. num. 4. ubi Cum xnum. 6. Imola num. 7. Gregorius Lop. l. 39. v. la pena t. 1. p. 5. Mansuerius inter cons. matr. Zileti. & alij cum Lud. Lop. loc. cit. contra Salyc. Suar. Præp. apud Sanch. num. 8. volentes non posse excedere dotem, vel donationem propter nuptias, & dum hæc non sunt, non posse excedere tertiam partem bonorum.

3 Est tertia sententia satis probabilis, quæ asserit arrhas non valere quando tantæ sunt, ut attentata contrahentium qualitate verisimile sit illos contrahere metu amittendi arrhas. Ratio est quia ideò permittuntur arrhæ, & non pœna, quia hæc solent esse modicæ, & illa magna; ergo ubi Arrhæ sunt magnæ quantitatibus non valent. sic Ioannes Andr. & Abb. d. sap. gemma Rosella Sylu. Ang. v. sponsalia.

4 Verus item est arrhas posse constitui in specie v. g. in aliquo fundo, & non esse necessarium, ut in quantitate numerata constituentur, & posse utrinque constitui, altero tradente v. g. 100. & altero similiter reddente aliquam quantitatem v. g. 20. vel etiam 100. Ratio est quia leges absolute permittunt arrhas, nec est vana hæc mutua traditio, quia dans arrhas perdit quas dedit, & restituit quas accepit quando per ipsum non est sequutum matrimonium. Sic Cum as l. Titia. ff. de verb. oblig. ubi Paul. n. 4. Aret. n. 9. Alciat. nu. 17. Greg. Lop. l. 84. v. tal. vna t. 18. p. 3. Azebedolib. 5. recop. tit. 2. l. 2. num. 6. Specul. tit. de spof. §. 1. igitur n. 1. Couat. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 7. n. 7. & alij contra nonnullos contrarij asserentes Abb. cap. gemma de spons. n. 8. ubi Alex. de Neuo, n. 26. Rosella, v. spofalia n. 7. Suarez l. 3. fori t. de las arras l. 1. in initio.

DISPVATIO XXXVI.

Ad quem pertineant Arrha siue matrimonium sequatur, siue non.

1 **S**I matrimonium nō sequatur culpa illius, qui tradit arrhas, eas amittit *l. fin. C. de sponsal.* si vero absque sua culpa nō sequatur matrimonium, non amittit, vt si postquam contraxit sponsalia, impedimentum, quod prius ignorabatur, appareat; vel si antequā ipse fuerit in mora contrahendi, alter obiit; quia vbi culpa abest, debet etiam abesse poena *l. san. C. de poenis.* est cōmunis. Nec sponsa per osculū aliquid lucratur, cum nullo iure id sit definitū.

2 Dico secundo quando vnus tantum ē contrahentibus tradit arrhas, & matrimonium non sequitur culpa recipientis, hic tenetur restituere duplum id est si recepit 100. debet restituere 200. vel triplum, aut quadruplum, si ita conuentum sit inter eos; vnde si arrhæ vtrinque traditæ sunt, & quantitas est æqualis, vt 100. ex parte vtriusque, ille, per quem nō est sequutum matrimonium, soluet duplum, & sic restituat 100, quæ accepit, & amittet 100. quæ tradidit; & hoc est verum non solum de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, quia in his non militat eadem ratio, quæ militat in poena. nam non impeditur libertas matrimonij. est communis sententia.

3 Solum excipe quando contrahens spōsalia sit minor 25. annis; & nō impetravit veniam ætatis; tunc enim iste nō tenetur ad duplum &c. sed tantum ad restituendum id, quod recepit. sic habetur expressè *l. fin. C. de spons.*

Pater item tradens arrhas, & promittens tradere suam filiam vxorem alteri, si faciat quod in se est, & filia nolit nubere, non amittet arrhas; quia hæ succedunt loco poenæ; sed poena non debetur quādo promittēs facit quod in se est, vt *disput. 15.* dictum est.

DISPVATIO XXXVII.

An in foro conscientia ante Iudicis sententiam is, qui fidem sponsalium sua culpa

non seruauit, teneatur soluere poenam dupli legibus præscriptam, vel quadrupli conuentionalem.

1 **R.** Certum est poenam dupli, quæ *l. fin. C. de sponsal.* præscribitur, non deberi ante Iudicis sententiā, quia poena lege imposita, vt omnes tenent, debetur posita Iudicis sententia ante illā solum tenetur restituere quod accepit ita Palud. *d. 27. q. 1. ar. 2. conc. 3. nu. 13.* Sylu. *verb. arrha q. 4. Armilla v. arrhanum. 4. & alij.*

2 Probabilius item est poenam quadrupli, vel tripli, quæ est conuentionalis (est enim imposita ex conuentione contrahentium) non deberi ante Iudicis sententiā, quia nulla apparet ratio cur dicamus solā petitionem creditoris habere vices sententiæ Iudicis, atq; adeo deberi nō expectata alia Iudicis sententia. præterea contrahentiū intētio ea videtur esse, vt per tales poenas ipsi compelli possint ad fidē seruādam, & ad eas teneantur sequuta condēnatione. sic Adrian. *quod l. 6. ar. 1. Victoria, quem refert Lud. Lop. lib. 1. de contr. cap. 31. & alij Theol. cum Nauarro sum. c. 23. n. 67. Gutier. q. cap. l. 2. cap. 20. n. 13.* vnde potest hæc poena conuentionalis præscribi, ita vt si spatio 30. annorū nō petatur, nō possit apli peti.

3 Sunt tamen due sententiæ oppositæ satis probabiles. vna ait deberi has poenas conuentionales statim ac alter petit, quia petitio habet vices sententiæ Iudicis. sic Corneus *conf. 69. vol. 2. Menoc. de arbit. lib. 2. cō. 3. casu 260. n. 40. & alij Iuristæ cū P. Mol. t. 1. de ius. dis. 97.*

Altera vero ait statim soluendā esse ī foro conscientia, mouetur; quia pactū soluendi poenas, se habet sicuti condēnatio. sic Palud. *n. 1. cit. & pauci Canonistæ. Anch. Fel. Dec. apud Sanch. nu. 2.*

DISPVATIO XXXVIII.

An in contractu sponsalium possint interuenire fideiussores, & pignora.

Certum est posse interuenire fideiussores, & obligari ad id, ad quod ipsi cōtrahentes obligari possunt; quia
I nullo

nullo iure id prohibetur. At loquēdo de pignore veri^o puto posse iteruenire, si præcedat stipulatio; vel promissio arrharū; sec^o vero si præcedat stipul. poenę nā accessoriū, quod est pign^o, sequitur naturā principalis; ergo cum arrhæ stipulatio valeat, poenæ vero promissio nulla sit, sequitur vt pignus sequens arrhas, validū sit; inualidū vero dū sequitur poenam, quod si nulla mentio fiat poenæ, nec arrharū, valet pignus quia, præsumitur datum pro arrhis arg. l. 3. ff. de milit. sch. etiam si dicatur trado poenam, quia nomine tenus poena est. sic Bart. l. Titia ver. matr. ff. de verb. oblig. Alber. l. fin. n. 3. Co. de spons. vbi n. 14. Salyc. Anchar. Henr. cap. gemma de sponsal. Alex. Carrerius lib. 1. de spons. c. 5. cōtra Ang. & Sylu. v. spons. & alios putantes tantum interuenire posse pignus pro interesse ex l. fin. C. de spons. & contra Azor sum. tit. de spons. n. 12. vbi §. prima igitur Specul. Host. §. 1. ibi: & alios admittentes pignora quæ realiter traduntur, quia admittuntur loco arrharum.

DISPVATIO XXXIX.

An in matrimonio spirituali, vt ingressa religionis possit promitti poena, vel tradi arrhæ?

Dico primo si poena apponatur in contractu ingrediendi Religionem cum ipsis Religiosis inuito, vel cum alio homine, non valet; quia eadē militat ratio libertatis requisitæ in matrimonio spirituali, ac in matrimonio carnali, ergo si in matrimonio carnali ob libertatē, nulla est poena; vt dictum est, etiam nulla erit in matrimonio spirituali; at si promittens poenā apponat in voto, promittendo Deo ingressum Religionis, & si nō igitur dare 100. valet hæc poena sicut valet in voto in eundi matrimonij, casu quo tale votū validū est iuxta superi^o dicta. sic Host. C. pen. sine qui filij sint leg. Castillo l. 49. Tauri nu. 14. Gratian. reg. III. n. 6. Co. uarr. 4. decr. 2. p. cap. 6. n. 12. alios referēs Flam. de relig. benef. & alij multi.

Arrhæ vero valēt, vt si quis promittat Religioni, se ingressurum eam Re-

ligionem, & tradat arrhas; quia hæ valent etiam in matrimonio carnali.

3 Dico secundum licitum est non solum gratis offerre munera ad captandam beneuolentiam alicuius, ad hoc vt fiat Religiosus, aut baptizetur, cum nullum sit pactum; ita vt accipiens ea munera, & dona, non peccet si Religiosus non fiat, quamuis conscius sit, dantem ea intentione donasse aut mediante pecunia impedimenta auferre, quæ retardant à baptisimi susceptione, vel Religionis ingressu, vt soluendo debita, quibus ille non poterat fieri Religiosus; sed etiam licitum est secundum probabiliorem sententiam offerre munera ea lege, & pacto inuito, vt is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia v. g. vt baptisimū recipiat, ingrediatur Religionē &c. modo non dentur in pretiū. probatur quia in sacris literis passim Deus promittit bona temporalia per modū pactiis, qui seruabunt eius præcepta. ex Gen. cap. 12. vbi dicitur Abrahæ egredere de terra tua, & de cognatione tua, faciāq; te in gentē magnam, &c. 17. quæ verba continent pactū vt dicitur luc. 1. (sicut iurauit Abrahā patrem nostrum &c.) Secundo quia vlū cōmuni receptū est donare vitam infidelibus ad mortē cōdēnatis; si baptizari velint, & parētēs solent inducere filios ad opera bona promittēdo illis vestes, & pecunias. hæc sententiā, quā multis rationibus prosequitur Sanch. tenet etiā P. Molina late probans to. 1. de iust. 17. 2. disput. 93. Angl. floribus 2. p. q. quis conuencat restituere.

4 Cōtra D. Th. Hug. Ho. Syl. Ang. & alios n. 1. ad Sanch. relatos putātes esse simoniā offerre munera pacto apposito, vt Religionē ingrediatur, & multi ex hīs idē tenent de baptisimi receptione. mouētur ob textū C. quamquā 1. q. 2. ex Bonifacio Papa ibi (dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio) & C. fin. de pactis &c. quælitum de rerum perm. vbi idem ferē habetur. Sed hi Canones secundū verum intellectu dānāt veluti simoniaca omnia pacta in rebus spi-

spiritualibus, quando aliquid traditur, vel recipitur; at in nostro casu id non habetur, cum ingrediens Religionem nihil tradat, & tradens pecuniam nihil recipiat.

DISPVATIO XXXX.

An valeat pactum in sponsalibus adiectū, ut vir teneatur in certo Oppido morari cum vxore, & si vir fidem frangat, & ad alium locum migret, teneatur vxorem sequi, & an valeat poena imposta fidem frangenti.

Multo certius est valere id pactum, & virum teneri ibi habitare, vbi conuētum est, probatur quia sicuti in traditione rei suæ potest quilibet pactum apponere *C. verum de cond. app.* ita quando se ipsum tradit per matrimonium, secundo quia *l. Titio 100. ff. de cond. & demonstr.* vbi dicitur nō valere hoc pactum, loquitur de legatis expressè, & intelligitur etiā quando ea conditio habitandi in certo loco vana est, & in nullius fauorem; nā si est in fauorem alicuius, valet talis conditio; sicuti etiam valet quando relinqueretur legatum Titio sub hac forma & modo. Relinquo 100. Titio dū habitauerit in tali Oppido. quia in hoc casu non inuitatur ad speciem seruitutis; sed spe lucri, vt in certo loco habitet. Hanc sententiam tenent Host. *sum. tit. de coniug. senc. num. 5. Ioan. And. Præp. cap. 1. qui matrim. accusare possunt* vbi Abb. antiquus Petrus Alex. de Neuo & alij Canonistæ, & ex Theolog. *specul. consciētiae tract. 2. c. 36. Pedraza 6. præc. 9. 17. Manuel 1. tom. sum. cap. 15. num. 2. & alij contra Diaz, Azebedo lib. 5. recop. tit. 6. l. 11. num. 21. Salzedo addit ad reg. 800. & alios perpetuos volentes nullum esse id pactū. quare in hac sententia nec ad poenam obligabitur, qui pactum illud non seruat.*

2 Vnde infertur solutio alterius partis quæsitæ nimirum vxorem teneri virum comitari, quando ille noua causa superuenienti domicilium mutet, quia

v.g. inimicitias graues in illo loco contraxit; tunc enim pactum non valet, nec intelligitur fuisse positum pro eo casu, etiam si iuramento confirmatū esset: immo nec possunt confuges ad id se obligare pacto expresso iurato *C. tua de iure iuran.*

3 At si sine causa pactum violet, non tenetur vxor illum comitari, & vir poenam appositam soluere debet; quia cum pactum valeat vt *num. 1. dixi*, & poena nullo iure prohibita sit, obligabit violatorem. habentur hæc omnia ex Alex. de Neuo *l. cit. num. 1. Angel. Sylu. Armill. ver. vxor. Ber. Diaz*, & alijs locis *num. 1. citatis.*

4 Ex dictis infertur valere conditionē appositam in successione maioratus, vt successor teneatur habitare in tali loco sub poena amissionis Maioratus, quia interest defuncti suam memoriā conseruare in tali loco, & sic amittet Maioratum si absque causa locum mutet. sic Palaez de Merez, *de maior. 1. p. q. 57. num. 2. & Azebedo l. 5. recop. l. 11. t. 6. num. 22.*

DISPVATIO XXXXI.

An si non sit appositum pactum ut vir teneatur in loco vxoris habitare, astringatur vxor ipsum comitari dum alio migrat.

Dico primo vxor tenetur sub mortali sequi virum mutantem domicilium; nec in hoc contraria consuetudo valet vt pote aduersa iuri diuino. Est sententia D. Augustini, & habetur expressè *C. vnaquæque 13. q. 2.* Ratio est, quia coniuges tenentur ad mutuuum obsequium sibi præstandum; ergo tenentur simul cohabitare; ergo cum vir, qui est caput mulieris Ephes. quinto eligit habitationem, tenetur vxor illum sequi, etiam si mutet absq; iuxta causa modo ea causa non sit turpis, & inhonesta, aut si vir vellet pertrahere vxorem ad peccatum, vel illā vellet necare, aut si absque graui periculo vitæ sequi illum non posset. sic Rosell. Tab. Ang. Sylu. *ver. vxor.* & alij

2 Dico secundo vxor non tenetur sequi virum, qui non vult habere certā fedem; sed vagari hinc inde; etiam si habeat iuxtam causam, quando vir tēpore contracti matrimonij non solebat vagari, vel vxor id ignorabat; nam grauissimum onus est ipsam ad vagandum adstringere, nisi tamen facile posset illum vagantem sequi; tunc enim tenetur sequi, & vitare pericula fornicationis cum facile possit.

3 At si sciebat vxor maritum vagari solere, tenetur eum sequi quando non vagatur ex causa turpi, & inhonesta; quia videtur ad hoc onus se obligasse. habes pro hac sententia Host. cap. 1. qui matrim. acens. possunt Abb. C. de illis num. 4. de spons. vbi Hericus nu. 3. Alex. de Neuo nu. 9. Gulielmum de Cuno l. obseruare §. proficisci ff. de off. proc. Bart. l. meua §. vxore num. 3. ff. de annuis legatis vbi additio ad Glossam. Mōtalicus l. 11. tit. 1. lib. 23. fori Nauarr. sum. cap. 14. num. 20. Turrecr. cap. si quis necessitate 34. q. 1. Corsetum & alios 16. ferē Canonistas & aliquos Theologos apud Sanchez num. 6.

4 Dico tertio si vir in aliquem locum se transferat animo redeundi post longum aliquod tempus, tenetur vxor illum sequi, si causam iustam habeat talis peregrinationis, etiam si ea longa sit; at si peregrinatio esset longa, & vir haberet animum cito redeūdi ad propria, tunc non tenetur illum sequi. cōtra vero tenetur quādo peregrinatio, seu iter non esset longum. sic intellige Rosel. Sylu. Angel. v. vxor. Angel. de Aret. in it. ad Sen. Conf. Tert. §. 1. n. 12. Prep. & alios nu. preced. citatos.

5 Dico quarto probabilius est quod vxor teneatur sequi virū ob delictam missum in exilium, quia vxor tenetur sequi viri infortunium l. cum dotem §. sin autem ff. sol. matr. hinc fit; vt vxor teneatur alere virum Bannitum, aut inopem culpa sua factum, ex fructibus dotis, aut bonis paraphernis, vt docent Ant. Gabr. tom. 2. comm. lib. 9. fol. vlt. & Iul. Clarus lib. 5. recept. in pract. crim. §. fin. q. 82. stat. 2. duēnas reg. 68. lim. 10. & alij hanc sententiam docent etiam

Alex. de Neuo cap. de illis de sponsal. Specul. t. de dot. post diuo. rest. §. formatis num. 20. Henr. & alij Canonistæ apud Sanchez nu. 12. contra Imolam Bald. l. si cum dotem §. si maritus ff. sol. matr. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 10. nu. 4. & alios paucos putantes in tali casu nō teneri.

6 Dico tandem vir tenetur vxorem sequi, quando ea ex causa necessaria mutaret domicilium; quia vir, & vxor pares sunt, quoad mutua obsequia cōiugalia, & solum in hoc est disparitas, quod vxor tenetur sequi virum mutantem domicilium absque causa; vir autem non tenetur sequi vxorem, nisi quando ex causa iusta illud mutet. ita Host. Hēr. Alex. de Neuo & alij d. cap. de illis de sponsal.

DISPVATIO XLII.

An per ingressum Religionis professione nō sequuta dissoluantur sponsalia.

R Espondeo multo probabilius est per solum ingressum Religionis dissolui sponsalia ex parte vtriusque; ita vt non solum ille, qui remanet in sæculo, statim possit aliud matrimonium inire; sed etiam ille, qui egreditur de Religione tempore Nouitiatus si bona fide ingressus est; nam si fecit dolosē animo statim exeundi, remanet obligatus casu quo alter vellet cōtrahere matrimonium; fraus enim nemini debet patrocinari C. ex tenore de rescriptis. Ratio conclusionis est; quia ex quadam proportione duci potest argumentum, vt sicuti professio dissoluit omnino matrimonium ratum. ita & ingressus absque professione dissoluat omnino sponsalia, ita vt ex parte vtriusque cesset obligatio. præsertim quia hæc dissolutio sponsalium non solum oritur ratione notabilis mutationis, seu ratione renunciationis, quam videtur facere ille, qui ingreditur, sed et ratione status, sic Angel. ver. sponsal. n. 22. Sylu. ibi q. 10. casu 2. Nauarr. summa cap. 22. num. 23. & Greg. Lop. l. 7. v. excusation tit. 1. p. 4. & ex Theol. Sot. 4. d. 27. q. 2. ar. 5. ver. hoc tamē Cord. sū. q. 136.

p. 1. Viuald^o, *Cædelabro. l. 1. p. t. de spös. c. 5. n. 4.* Enriquez. *l. 11. de mat. c. 14. n. 3.* & alij, qui quamuis non ponant explicitè dissolui sponsalia ex parte ingredientis Religionem; tamen absolutè dicunt per ingressum Religionis dissolui sponsalia.

2 Contraria sententia est satis probabilis, quæ docet non dissolui sponsalia nisi professione sequuta. est Durandi, *4. d. 27. q. 3. art. 3.* Palud. *ibi q. 1. ar. 3. casu 5. v. de ord. vero Religionis n. 23.* Ce-laia *ibi q. 3.* Couarr. *4. dec. 1. p. c. 5. n. 11. verb. 6.* Brunellus *de spons. con. 8. num. 1.* habetur cum Canerio *lib. 1. de spons. c. 15.* & Costano *tit. effectum sponsalium n. 8. tom. 9. tractatum.* Viguerij, & aliorum, apud Sanch. *hic num. 1.* qui mouentur ex eo, quod ingrediens non videtur statim cedere iure suo; sed sub conditione si professio sequatur.

3 Probabilissimum item est non dissolui sponsalia per ingressum Religionis; nisi ex parte vnius remanentis in sæculo, quia quamuis ingrediens cedat iure suo; tamen manens in sæculo minimè cedit, nisi alia sponsalia contraxerit; ergo ille tenetur seruare fidem sponsalium, si exit è Religione casu quo alter velit cōtrahere. sic Petrus de Ledesma, *de matr. quest. 43. art. 3. dub. 2.* & Enriquez *l. cit. num. 1.*

DISPVATIO XXXXIII.

An is, qui sponsalia contraxit cum iuramento, possit non contracto matrimonio ingredi Religionem.

1 **R**espondeo iurans sponsalia potest Religionem ingredi, nec tenetur prius contrahere ad hoc vt feruet iuramentum. Ratio est quia iuramentum fortitur naturam actus, cui additur *C. quemadmodum de iure iuran.* Sed cōtractus sponsalium intelligitur cum hac conditione tacita; nisi promittens aliud melius elegerit; ergo etiam iuramentum intelligitur cum hac conditione. citatur pro hac verissima sententia à Sanchez *hic nu. 2. 16.* Canonistæ, *gloss. cap. commissum de spons.*

*verb. tutius vbi Innoc. num. vnico Host. eod. verb. Io. Andreas num. 6. Card. n. 1. Præp. num. 4. Nauarr. lib. 3. cons. tit. de voto in priori edit. con. 6. sine in posteriori con. 3. Couar. 4. dec. 1. p. cap. 5. num. 11. Lancell. inst. iuris C. l. 2. tit. de spons. verb. consultius, & ex Theol. Riccar in 4. d. 29. ar. 2. quest. 4. Palud. ibi d. 27. quest. 1. art. 3. num. 22. ver. 5. de sponsal. Caet. sum. verb. periurium promissorium cap. 2. vers. intellige secundo Ledes. 2. p. 4. q. 53. art. 2. fol. 468. col. 4. Corduba, sum. q. 136. sine Enriq. l. 11. cap. 13. num. 3. Petrus Ledesma *de matr. q. 43. art. 3. dub. 1. diff. 2. Manu. 1. tom. sum. 2. edit. q. 244. num. 5.* & alij contra paucos Nauarr. Ledes. Maiolū Angles, & Vegam. apud Sanch. *hic num. 2.**

2 Immo verius est peccare mortaliter hunc contrahentē matrimonium animo ingrediendi Religionem ob iniuriam, & deceptionem, quam affert. Sic Ledes. 2. p. 4. q. 53. art. 2. f. 468. col. 4. & Manuel. *l. cit. num. prac.* licet etiam probabile sit non peccare *ex c. commissum de sponsal.* & tenent multi Doctores.

3 Quod si quis iurauit sponsalia, & postea emisit votum Religionem ingrediendi, vel castitatis, non potest absque culpa læthali contrahere matrimonium cum animo non consummandi, sed Religionem ingrediendi, quia exponitur periculo mutandi animi, & votum violandi per illum contractum matrimonij. ita Host. *d. c. commissum ver. tutius. vbi num. 9.* Ant. Præp. *num. 5.* Ledesma 2. p. cit. Manuel. *l. cit.* fauēt Corduba, Enriquez *loc. n. 1. cit. Rosella impedimentum 4. vbi Tabiena. 2. quest. 5.*

4 At si notabilis esset metus, quamuis non cadens in virum constantem famæ, vel vitæ amittendæ, vel quia non posset alio modo votum implere, vel ad vitandum magnum scandalum, licet huic post votum Religionis contrahere matrimonium animo ingrediendi Religionem.

5 Contraria sententia est probabilis, quæ asserit hunc post votum ingrediendi Religionem aut castitatis posse licite

tè inire matrimonium animo non consummandi, quia id votum tantum obligat ad non contrahendum animo consummandi matrimonium. & eam tenent Petrus de Ledes. *de matrim. quæst. 53. ar. 1. dub. 1. post 2. concl. vers. secunda pars Ant. c. ex publico de conu. coniug. num. 9.* Henr. *c. commissum d. num. 8. vbi num. 9.* Alex. de Neuo, & probatur ex doctrina multorum asserentium voto castitatis ligatū, si matrimonium contrahat eo animo, non peccare mortaliter hi sunt Caet. *sum. ver. matrimonium cap. 1. vers. & scito peccatum esse Angles floribus 2. p. q. 11. de imped. mari. vbi de voto art. 3. dub. 1. fol. 591.* Petrus Ledesma *l. dub. 1. num. 1. cit.*

6 Aduerte tamen in vtraque sententia illum, qui astrictus voto castitatis matrimoniū inijt animo non consummandi, sed ingrediendi Religionem non teneri matrimonio contracto ingredi, quia nec ex vi prioris voti castitatis tenebatur ingredi, nec ex illo proposito, cum votum non fuerit, sed licet non possit petere, potest tamen reddere debitum, nec peccat cum prima vice reddit secundum probabilior sententiam. sic Ang. *ver. matrimonium 3. impedimento. 5. n. 2.* & Penna. quos refert Enriquez. *l. 12. de matr. c. 2. nu. 8.* dicens esse probabile.

Hic obiter nota Pontii *lib. 12. c. 10. n. 11.* dicere, Sācium impugnare sententiam eorum; qui dicunt teneri cōtrahere matrimonium eum, qui promisit spōsalia cum iuramento, antequam ad religionem ingrediatur, rationibus parum efficacibus. & dum vtitur, illa Sācij eodem prorsus pacto, quo ipse in *hac dis. num. 3.* posuit; Sācium nō nominat; nec dicit illam rationē esse ipsius Sāchez. Verba Pōtiji sūt hanc tamen interpretationem impugnat Sanchez. nōnullis rationibus parum efficacibus. Illa potissima ratio quia iuramentum sortitur naturam actus, cui adijcitur c. quemadmodum de iur. iurā. & l. fin. C. de nō numerata pecunia sed oblitus est Pontius dicere eam ipsam rationem, quam vt potissimam adhibet excripsisse ex Sanchez. est .n. secundum argumentum, quo

ipse vtitur, & ego n. 1. posui. verba Sācij sunt 2. *quia iuramentum sortitur naturam. & conditionem actus super quo interponitur c. quemadmodum de iur. iurando. & l. fin. C. de non num. pecun.* hæc Sanchez; debuit ergo Pōtius vtrumque asserere, & alia duo esse parum efficacia (quod vix puto fore alium, qui dicat) & tertium quod potissimum putat, ab eodem Sancio acceptū esse.

DISPVATIO XXXIV.

An post sponsalia contracta cum Virgine, & sub ea spe deflorata liceat defloratori ingredi Religionem siue non contracto matrimonio, siue eo contracto ante consummationem.

1 **R**espondeo sponsalia contrahens, & sub ea spe Virginem deflorans, non potest Religionem ingredi, sed tenetur Virginem ducere, quod est verum etiam si cum ea copulam non habuerit, sed puella notabilem famæ iacturam pateretur, & hoc verum est quamuis non esset Virgo, sed vidua bonæ famæ, quia moraliter loquendo nō potest in his casibus aliter satisfieri, quam ineundo matrimoniū, & illud consummando; vnde non sufficit illud tantū inire. sic Enriq *lib. 11. de matrim. cap. 13. n. 3. in cōm. litera* loquēs expressè de Virginis defloratore, & ait ita sēsisse Theologos, & Iuris peritos cōsultos. Corduba *sum. q. 182 dīcens id tutius & Lud. Lopez. 1. p. init. c. 77. vers. sed grauius dubium.*

2 Idē dicas etiam si sponsalia vera nō esēt ex eo quia promissio fuit ficta; nā in casibus, in quibus fictus promissor tenetur Virginem ducere, de quibus supra *disp. 10.* nō potest ingredi Religionem ob eandem rationem.

DISPVATIO XXXV.

An qui prius emisit votum Religionis, aut castitatis, & postea Virginem deflorauit promittēs illam ducere, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum.

Respondeo probabilius est teneri ad matrimonium ineundum, quam

quamuis illa, cui promisit matrimonium, nō sit Virgo, sed vidua bonæ famæ, nō infimæ conditionis, & votum viri ignorabat. Ratio est, quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis vt docent omnes DD. sed hic est magna mutatio, interuenit enim damnū infamæ &c. sponsæ.

2 Tenetur tamen post dissolutum matrimonium ingredi Religionem, si votum fuit Religionis, & si fuit castitatis, non potest eo matrimonio durante petere debitum, ac si dissoluatur, tenetur seruare omnimodam castitatem. sic etiam alij doctissimi viri de Societate Iesu, & DD. Salmentini apud Manuel *infra allegandis*.

3 Cōtraria sententia est valdè probabilis eam tenent Nauarr. *l. 4. cons. in 1. edit. tit. de spons. cons. 2. in 2. tit. qui cler. vel vouit. cons. 1.* Manuel *so. 1. sum. 2. edit. v. 208. num. 11.* & Viualdus *Candelab. 3. p. s. 14. num. 65.* quia cum obligatio posterior non potuerit priori voto derogare, tenetur ad prius votum seruandum & non ad ineundū matrimoniū.

DISPUTATIO XLVI.

An sponsalia dissoluantur per votum simplex castitatis post ipsa emissum.

1 Probabilius est votum simplex castitatis non dissoluere sponsalia prius inita, quia Deus nō acceptat promissionem rei prius alteri promissæ, & in illius præiudicium. sic Gloss. *C. veniens qui cler. vel vouen.* vbi Alex. de Neuo *num. 6.* Abbas *num. 5.* Tab. *v. spons. sine Nauarr. sum. cap. 22. num. 27.* Lin. *cap. rursus qui cler. vel vou. num. 1.* Héricus *n. 2.* Io. Brunellus *de spons. con. 8. nu. 2.* Ant. Cucus *lib. 10. inst. mai. tit. 10. n. 84.* & alij Canonistæ cum Palud. *4. d. 27. q. 1. ar. 3. casu 5. nu. 23.* D. Ant. *3. part. 1. cap. 18. s. 2.* Corduba *sum. q. 136. punt. 4. opi. 5.* Phil. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 1.* & alijs Theol. Enriq. Astens. Viualdo Lud. Lopez apud Sanchez *hic nu. 9.*

2 Nec taliter vouens aliquod peccatum committit si habeat animum ingrediendi Religionem vel matrimonio

fnito implendi sponsalia, & ad castitatem se obligandi in quantum potest: nam non tenetur ingredi Religionem aut ordines sacros accipere; sed potest si velit sponsalia perficere quia ea non sunt dissoluta, nec is Religionem, aut ordines sacros vouit.

3 Contraria sententia est probabilissima, quæ ait licitè posse emitti votum castitatis post sponsalia, & illa dissolueri; ita vt si taliter vouens iniret alia spōsalia, faceret cōtra votum; sed non cōtra priora sponsalia; nam iam fuere irrita. Ratio est quia promissum non infringit in melius commutans *C. peruenit de iur. iuran.* hanc videtur tenere T. Tho. *4. d. 38. q. 1. ar. 3. quæstion. 2. ad 1.* Riccar. *ibi d. 27. ar. 3. q. 4.* Caiet. *sūma v. per iurium promiss. sine var intellige cap. 2.* Sotus *4. d. 27. q. 2. ar. 5. ver. vtrū.* Manuel *1. tom. sum. 2. edit. cap. 245. num. 2.* Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 14. num. 4.* Petrus à Led. *de matr. q. 43. ar. 3. dub. 3.* qui tres postremi cū Caiet. idē tenent de spōsalibus iuramēto firmatis & alij Theolog. cum multis Canonistis Calder. *cap. veniens qui cler. vel vou.* vbi Ant. *num. 9.* Præp. *num. 2.* Cardinal. *c. rursus eod. tit. num. 2. q. 1.* Costan. *de spōsal. tit. effectus spons. num. 9.* Alex. Corr. *lib. 1. cap. 6. de spons. habentur tom. 9. tractatum.*

4 Hac tamen secunda sententia retēta dicendum prorsus est vouentem obligari ad votum; ita vt si sponsa remittat fidem sponsalium, vel matrimonium dissoluatur; teneatur castitatem seruare; sicut etiam retēta nostra priori sententia probabile est vouentem castitatem teneri ad Religionem ingredi, vel ad ordines sacros, quia per accidens ad hoc intelligitur obligatus, cum votum non possit alia via seruare. Sylu. *v. spons. q. 7.* Nauarr. Palud. Corduba & alij *num. 1. relati.*

5 Tandem in omnium sententia certum est alterum spōsum liberum remanere ab obligatione spōsalium: quando alter castitatem vouit, quia res sūnotabiliter mutata, & vouēs eo ipso videtur spōsalibus renūciare. Secūdo est certum votū castitatis præcedēs spōsalia

ſalia illa dirimere, & votum ingrediēdi Religionem diffoluere ſpōſalia, ſicut votum ſolemne diffoluit matrimonium ratum.

6 Tercio certum eſt propoſitum ſeruandi cælibatum in ſæculo non dirimere ſpōſalia, quia non conſtituit tale propoſitum ſtatum. hæc ex Enriquez *lib. 11. dema. cap. 14. num. 4.* Petro de Ledes *in præſenti q. 43. art. 3. dub. 1. & 3.* Nauar. *ſumma cap. 22. num. 27.* Philiarco *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 1. & alijs.*

DISPVATIO XXXVII.

An ſponſalia dirimantur per votum aſſumendi ſacros ordines; liceatq; ſponſo illos aſſumere.

1 **R**espondeo Negatiue. quia cum vorū in ordine ſacro incluſum ex natura ſua, ſit ſimplex; & ſolo iure eccleſiaſtico per accidens ſit ſolemne, nō dirimit ſpōſalia vt de voto ſimplici *diſ. præc. dixi.* Immo nec ſi ſpōſus eligatur Episcopuſ à Papa diffoluūtur ſpōſalia; niſi faciat ex certa ſciētia eorum *ex l. nec annuſ C. emanc. liber.* ita etiam *Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. caſu 5. num. 21.* Contra Sotum *lib. 7. de iuſt. q. 1. art. 3. verſ.* & pariter ad ſecūdam Enriquez. *lib. 11. hic cap. 14. num. 4.* Cordubam *ſum. q. 136. pu. 4. opin. 5.* putantes ſatis probabiliter poſſe ſacros ordines ſuſcipere, eorumq; votum dirimere ſpōſalia cum in ſacris ordinibus ſit votum caſtitaſis ſolemne.

At ſponſa libera eſt à fide ſpōſalium; cum ſpōſus cēſeatur hiſ renūciare, ſicuti certum eſt ordines minores non dirimere ſponſalia, nec per eos cenſeri renūciantionem fieri, vt notat etiam *Palud. ſupr. num. 21.*

Circa præſentem diſputationem ait Pontiuſ *lib. 12. cap. 11. nu. 3.* Paulo poſt principium *adde etiam quod cap. ſeq. dicemus. etiam poſt ſponſalia licitum eſſe, & obligatorium votum de ſuſcipiendis ordinibus: non ergo peccatum eſt ſuſcipere ſacros ordines poſt ſponſalia, alias votum eſſet de re iniqua, atq; adeo non ſeruandū,*

quod non ſatis attendit Tb. Sanchez. diſ. eit. 47. cum admittat eius voti obligationem Ego tamen puto verius dicturū, qui aſſerat vtrumq; ſtare poſſe, & validum eſſe votum, ac parere obligationem; vt ſi ſpōſa remittat fidem datam; teneatur ordines ſuſcipere, qui illos vouit, & peccare ſi ordines ſuſcipiat, ſponſa inuita diffoluenſo ſponſalia: ob rationes in hac diſputatione allatas, in & præc. in re ſimili: argumētum autem Pōtij parum meo iudicio vrget: hoc pacto. illud in forma propono: votum ſuſcipiēdi ordines ſacros eſt, obligatoriū ergo nō eſt peccatum ſuſcipere ordines ſacros: probat conſequētiam quia ſi eſſet peccatum; eſſet de re iniqua, & ſic non ſeruandum. Reſpondeo diſtinguendo añs remiſſa fide, & diſſolutis ſponſalibus. concedo nō diſſolutis. nego & eodem pacto diſtinguo cōſequens: non eſt peccatum recipere ordines non remiſſa fide ſpōſaliū, vel alia via licita diſſolutis, cōcedo cōſequentiā: ea nō remiſſa: nego. & ſic patet reſpōſio ad probationem illam quod ſi eſſet peccatum ſuſcipere ordines ſacros, eſſet de re iniqua, & ſic fuiſſet iure ipſo irritum: nam hoc verum eſſet, quando vouens ordines ſacros intēdiſſet eos nō aliter ſuſcipere; quam fidem frangēdo ſpōſalium quod tamen nec in dubio præſumēdum eſt; quia cum poſſit tale votum licite fieri; nō eſt præſumēdum fieri modo illicito: cum delicti præſumptio ſit vitāda *l. merito. ff. pro ſocio,* & quia actum, efficit; videtur velle vt valeat aptiori modo poſſibili, ex Menoch. *lib. 6. præf. 5. num. 1.* neq; Sanchez in eo caſu loquitur, vt ex hac, & diſputationibus præc. patet; ſicut qui iam contracto, & conſummato, matrimonio votum Religionis emiſit; ſi habuit animum ingrediēdi ſtatim ſine vxoris licentia, nō tenetur eo voto, quia nullum eſt: contra vero tenetur, ſi abſolute vouit ingredi religionem, & diſſoluto matrimonio &c. debet illud ſeruare; ſic etiam in caſu noſtro, & miror Pōtium oblitum eſſe huius doctrinæ; quam *lib. 10. cap. 5. num. 9.* tradidit hiſ verbis

De voto Religionis dicendum est si emittatur statim implendum sine cōiugis licentia nullam esse votum, cum sit de re illicita: at vero si absolute fiat non determinato tempore, tenetur implere: vel si coniugis licentiam praebeat &c. & idem dicit circa finem de voto suscipiendi ordines, licet breuius perstringat; suppositis dictis, cuius sane doctrinae si Pōtius meminisset, Sancium non impugnasset, dicto argumento: nam potest cōtra ipsū Pontium fieri hoc pacto: peccat cōiugis implendo votum, & assumendo sacros ordines, sine licētia vxoris; ergo id votum non obligat, & est irritum, vel obligat votum Religionis, vel ordinis sumēdi à coniuge emissum: ergo nō est peccatum implere, sine licentia coniugis: alias si esset peccatum; fuisset de re illicita, & sic non seruandum. Eūdem idem argumentum à Pontio propositum; quod tamen ab ipso soluendum esset, tradita à nobis distinctione: quis igitur non satis attendit? Sanch. qui semper sibi constans est, & doctrinam hic traditam sequitur, & cōfirmat lib. 9. à disputat. 34. & hic ex ibi dicendis vtitur, vt ipsum legenti patet: an Pontius qui eo argumento impugnat hic Sancium; quod debet ipse omnino soluere, & aduertere aliud esse: peccat vouendo; aliud peccat implendo. potest enim quis vouere eleemosinam: v.g. & teneri ad votum, & potest peccare si illam, velit dare, ex ea pecunia, & eo tempore; quo tenetur debitum ex iustitia reddere sunt hæc satis clara.

DISPVATIO XXXXVIII.

An sponsalia dirimantur per matrimonium cum alia contractum, ita vt eo dissoluto adhuc remaneat obligatio priorum sponsalium.

R Espōdeo probabilius est ita extingui sponsalia per posterius matrimonium validum (nam si irritum est, adhuc remanet vinculum sponsalium secundum omnes)

vt si illud dissoluatur morte alterius, omnino ille, qui sponsalia priora contraxit, sit liber ab eorum obligatione; quia per illud matrimonium iam sponsalia extincta sunt C. si inter de sponsal. & C. 1. de sponsal. duorum; obligatio ergo amplius non potest reuiuiscere, quia obligatio semel extincta nunquam reuiuiscit l. queres ff. de solut. ita Palud. in quarto d. 28. qu. 1. artic. 1. con. 4. num. 8. Manuel 1. tom. sum. in secunda edit. cap. 245. Ioan. Andr. C. sicut num. 4. de sponsal. Ant. num. 11. Card. qu. ultim. Anchar. num. 6. Præpo. num. 9. & alij.

2 Et hoc verum est quamuis sponsalia fuerint firmata iuramento, & quamuis Virginem deflorauerit spe matrimonij, casu quo alia via satisfecisset; nam si non satisfecit, tenetur ducere non ratione sponsalium, sed damni. sic Adrian. 4. qu. 2. de matrimon. ad secund. in paruis volum. fol. 394. col. 2. Bart. à Ledes. de matrimon. dub. 19. fol. 1295. & Enriquez l. 11. de marrim. c. 13. nu. 3.

3 Probabile tamen est soluto matrimonio teneri ad priora sponsalia, sic Vega; Petrus de Ledes. & alij Moderni doctissimi quos laudat Sanchez hic num. 2. Ratio est quia sicuti non extinguitur promissio simplex ingrediēdi Religionem per matrimonium consummatum, ita neque promissio sponsalium.

DISPVATIO XXXXIX.

An priora sponsalia dirimantur per posteriora copula subsequuta cum spensa posteriori.

Certum est priora sponsalia obligare etiam post sponsalia secunda cum copula, quia fides posterioris data in præiudicium fidei prioris est irrita; vnde quamuis ex parte sponsæ cessarit obligatio ex eo, quod vir per posteriora sponsalia videtur recessisse à fide data, ipse

K tamen

tamen tenetur ad priora sponsalia, quæ per copulam habitam cum secunda sponsa, remanent in suo vigore, nisi hæc secunda sponsa esset consanguinea in primo gradu cum prima sponsa, tunc enim non potest contrahere cum prima, quia est facta sibi affinis ob copulam habitam cum eius consanguinea, nec cum secunda, quia est impedimentum publicæ honestatis ob sponsalia cum prima ita etiam Nauarr. *sum. c. 22. num. 26. casu 3. Phylar. de off. Sacerd. t. 1. par. 2. l. 2. cap. 1.*

- 2 Ex quadam tamē æquitate aliquādo tenetur spōsus cōtrahere cum secūda ob graue damnum; quod huic immineret, & ob magnam famæ iacturam; quia prior tenetur modicū damnum pati ad vitādum proximi grauisimum. sic Lud. Lop. 2. p. *instr. de matrim. cap. 38. fol. 1046. & Henriq. lib. 1. cap. 13. num. 3. de matr.* loquēdo tamen absolutè verius est nō dissolui priora spōsalia per posteriora cum copula ratione damni, quia iniuria facta posteriori nō auferit ius acquisitum priori spōsæ. sic *loc. cit. Henriq. & Manuel 1. t. sum. 2. editione c. 245. nu. 8.*

DISPVATIO XXXXX.

An priora sponsalia dissoluantur per posteriora iuramento firmata.

- 1 **R** Espōdeo nō dissolui, quia iuramētum factum in præiudicium tertij, & de re iniqua, quale fuit istud nō obligat. citat Sanchez *hic num. 2. l. 7. Theolog. Bonau. Riccar. Palud. & totidem fere Canonistas, Innoc. C. Accut de spons. nu. 1. Ioa. Andr. n. 4. Anch. nu. 3. Abb. nu. 4. Ant. sine. Alex. Carcerium lib. 1. de spons. c. 11. Sanc. instr. iur. l. 2. t. de sponsal. ex parte tamen illius, cui prior fides data est, dissoluantur, vt sæpius, & *disput. preced.* dictum est.*
- 2 Immo addo quod si casu aliquo priora spōsalia dissoluātur ātequam celebretur matrimonium, posteriora spō-

salia nō obligāt, etiam si iuramēto firmata fuerint, ita vt ille, qui à primis liber māsit, nō teneatur hæc posteriora perficere; quia nulla fuerunt etiam in ratione promissionis, cum fuerint rei illicite promissio, & posito quod ab initio valida nō fuerint, nō fiunt valida deinceps decursu temporis reg. non firmatur de reg. iur. in 6. quamuis Couarr. 4. dec. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 10. putet teneri ratione promissionis.

- 3 At si cōtrahens posteriora spōsalia quādo cōtraxit, habebat iustam causā recedendi à primis spōsabilibus, tenetur ad hæc posteriora; sicut etiam tenetur ratione damni illati, vt quia corrumpit Virginem, vel viduam bonæ famæ, vt dictum est *disput. 48.*

DISPVATIO LI.

Titius & Berta impuberes contraxerunt sponsalia, statim ac Titius habuit 14. annum completum dissensit: Queritur An sponsalia fuerint dissoluta per dissensum solius Titij.

1 **R** Esponsio est spōsalia dissolui per solum dissensum vnus; qui ad pubertatem peruenit, probatur ex C. de illis de spons. impub. nec debet expectare, donec alter fiat pubes; quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus C. cum contingat de off. de legat. requiritur vero vt statim pubertate adempta resiliat; nam si non reclamat adempta pubertate; eo ipso spōsalia manent indissolubilia. Ratio est quia ex eo quod statim nō cōtradixit, videtur cōsentire; tunc vero statim reclamare dicitur si triduo ante vel post pubertatem reclamet ex l. fin. C. de errore aduoc. Fel. cap. veniens 2. de test. num. 15. Mandosij de monitorijs q. 31. nu. 8. sic et Hoff. Ioan. Andr. Innoc. Anchar. Card. Abb. Henricus d. cap. de illis Ang. v. spōsalia n. 37. vbi q. 10. casu 12. Sylu. Couarr. 4. dec. 1. p. c. 5. §. 1. nu. 2. Nauarr. Gutierrez. Paludanus, D. Ant. Petrus Ledesma, Vega, Lud. Lop. & alij apud Sanch. *hic n. 6. & seq.*

Quod

2 Quod si impubes ante pubertatem dissentiat sponſalibus, & poſtea non mutet eum diſſenſum, nec amplius illius recordetur poſt pubertatem, manent diſſoluta ſponſalia; quia videtur perſiſtere in ſuo diſſenſu. ſic videtur tenere Hoſtens. Ant. Alex. de Neuo, & Præp. cit.

3 Immo ſi hic impubes toto tempore antecedenti perſiſtat in ſponſalibus, at ſtatim ac fit pubes diſſentit interius; ſatis eſt ad ſponſalia diſſoluenda pro foro cōſcientiæ; quia in hoc caſu nullus eſt tacitus conſenſus coram Deo, ſed expreſſus diſſenſus, ergo ſponſalia non ratificantur coram Deo.

4 Dico ſecundo ante pubertatem adeptam neuter eorum, qui cōtraxerunt, poteſt à ſpōſalibus reſilire, etiam ſi præſentent mutuū conſenſum reſiliendi ante pubertatem. conſtat ex c. de illis el. primo & c. à nobis de ſponſ. impuberum. & Ratio eſt ne ob debile iudicium paſſim contrahant, & reſiliāt. ita etiam Hoſt. Io: Andr. Ant. Couarr. Abbas Præp. Henricus cit. num. 1. & ex Theol. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. caſu 10. num. 28. Enriquez lib. 11. cap. 14. nu. 7. Viualdus Cand. p. 1. de ſponſ. c. 5. nu. 44. qui cum alijs n. r. relatis, & Greg. Lop. l. 7. v. excuſacion t. 1. p. 4. Matienzo l. 5. rec. t. 1. rub. gl. 1. nu. 51. Gutier. q. can. lib. 1. c. 18. n. 10. volunt præd. textus C. de illis & C. à nobis intelligi de ſponſ. impub. contra paucos nonnullos aſſerentes intelligi de ſponſ. infantium ita Laur. & Vinc. apud Hort. ſum. tit. de ſponſ. impub. §. quid uiris nu. 11. no 1011

5 Idem dicas, non poſſe ſcilicet ante pubertatem reſilire, etiam ſi ſpōſalia ſint præſumpta facta ſcilicet per verba de præſenti, & quando contracta ſunt à parentibus pro iſſis impuberibus, ſic etiam multi ex cit. DD.

6 Nec impubes ante pubertatem reſilire poteſt etiam ſi cōtrahat cum pubere, quamuis pubes nunquam poſſit reſilire à fide ſponſalium etiam cum conſenſu impuberis durāte impubertate. habetur expreſſè d. c. de illis, & docent multi ex citatis DD. nu. 1. & 4. & ſic ſi maior ſeptennio contrahat cū

infante, id eſt non habente ſeptennium nō poteſt reſilire. donec ille ſeptennis fiat, & remittat obligationem, vt dictū eſt diſpoſ. 6.

7 Vnde abſque vlla alia cauſa vterque ſponſus ſtatim ad epta pubertate poterit reſilire à ſpōſalibus cōtractis tēpore impubertatis; quia iura id cōcedentia loquuntur etiam pro foro cōſcientiæ nam ius hoc conceſſit impuberibus, vt eorum immaturo conſilio conſuleret ſic Henr. ſecu. de ſponſ. nu. 9. ſum. conſ. tit. de ſponſ. q. 17. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. cap. 10. nu. 28. Lud. Lopez. 2. p. inſt. de matr. cap. 38. fol. 1049. ſine.

QVAERESI.

An ſi impuberes ſint doli capaces, & iurauerint ſponſalia, poſſint puberes facti reſilire.

8 R. Negatiuè; quia per illud iuramentum confirmantur ſpōſalia ex C. ex literis el ſecundo de ſponſ. ſic tenet Alex. de Neuo, Abbas Præp. Io. Andr. Anch. cap. de illis 1. de ſponſ. & d. cap. ex literis Couarr. 4. decr. 1. p. c. 5. §. 1. nu. 3. & alij Canoniſtæ ex Theol. Enriq. lib. 11. de matr. c. 14. nu. 7. Viualdus Candelabro de ſponſ. p. 1. c. 5. n. 46. & Lud. Lop. 2. p. inſt. de matr. c. 38. fol. 1050. contra Ant. Henr. Card. d. cap. de illis & alios antiquiores vt teſtatur Io. Andr. loc. cit. putantes non confirmari ſpōſalia iuramento impuberum; quia C. pueri & C. paruuli 2. q. 5. impuberes iurare prohibentur, & non caret probabilitate hæc ſententia.

9 Quinam vero dicātur doli capaces quoad hunc effectum nō conſtat inter Doctores. Dicendum tamē eſt cum Couarr. Viualdo loc. cit. & alijs tūc eſſe, quando ita proximi ſunt pubertati, vt intellectum, & diſcretionem habeāt ad reddenda firma ſponſalia; dicuntur autē proximi pubertati maſculus excedens decimum, & dimidium ānum, foemina vero excedens nonum, & dimidium, ſic in alijs cōtractibus Dueñas reg. 259. lim. 3. cum multis alijs; melius tamen id relinquatur determinādum Iudicis

arbitrio, ita vt si non habeat inaximas coniecturas nō iudicet impuberes fuisse proximos pubertati ante prædictā ætatem, & contra, vt scilicet non iudicet nō fuisse proximos pubertati; post eam ætatem. sic Dueñas *loc cit.* Couarr. 4. *decr.* 2. p. c. 5. n. 5. Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 1. casu 57 nu. 52.*

10 Indiget tamen impubes relaxatione iuramēti ab Episcopo, quādo non est ita doli capax, vt eius iuramentum cōfirmet spōsalia; nam cum habuerit vsum rationis potuit Deo obligari, at relaxatio facile concedi debet, sic etiā Couar. 4. *dec.* 1. p. c. 5. d. 1. num. 4. Ludou. Lop. *lib. 2. de contr. cap. 39. f. 485.* & Grat. *reg. 1. num. 4.* & in alio simili, nam docent ceteros impuberum cōtractus non firmari iuramento, eius tamen relaxationem desiderari.

Doctrinam à num. 8. relatam impugnat Pontius *lib. 12. cap. 9. num. 8.* quasi contradictoria inuolueret hoc argumento; si ad hoc vt sponsalia firmētur iuramento, debēt fieri à proximis pubertati, si eo tempore malitia supplebat ætatem, iam erant sponsalia puberum, quia proximi pubertati quando malitia supplet ætatem, nō solum spōsalia, sed etiam matrimonium valide contrahere possunt; ergo si eo tempore iurauerunt, nō sequitur quod spōsalia impuberum fuerunt iuramento firmata, sed puberum. Pontij verba sunt *mibi longè probabilius videtur etiā si iuramentum interponatur, adhuc remanere sponsalia impuberum eiusdem rationis; inducor hac manifesta ratione, quia iuramentum, vt dixi cap. præc. in principio sequitur naturam obligationis, cui adiungitur, sed sponsalia impuberum iure communi dissoluantur. altero eorum reclamante, cum ad pubertatem peruenit; ergo idem etiam est quamuis iuramentum accedat. Vt enim dicamus alium effectum habere iuramentum, deberet esse in hoc specialis iuris dispositio, quæ non est. idque constat, quia ex c. ex literis quod adducit Thomas Sanch. non colligitur valida fuisse impuberum sponsalia, quod ex ipsius doctrina manifestè conuincit: si vt iuramentum eam vim haberet, deberet fieri à pro-*

ximis pubertati si eo tempore malitia supplebat ætatem, iam erant sponsalia omnino firma, & non erant sponsalia impuberum. Constat manifestè quia si proximi sūt pubertati quando malitia supplet ætatem, possunt validè contrahere matrimonium, multò à fortiori possunt valida omnino inire sponsalia; ergo si eo tempore iurauerunt, non conficitur sponsalia impuberum firmata fuisse illo iuramento; sed puberum, cum malitia suppleret ætatem; & ex consequēti ex eo ad probandum sponsalia impuberum confirmari iuramento non rectè sumitur argumentum. Deinde addit circa finem. in qua non rectè loquitur Thomas Sanch. (scilicet quod Impubes nō proximus pubertati, si iuret sponsalia, debet petere relaxationem iuramenti. ad hoc vt resiliat pubes factus tuta conscientia) quia cum ablata materia promissionis sponsalitis auferatur etiam obligatio iuramenti, nulla opus est relaxatione iuramenti hæc Pontius dicto num. 8.

Tamen nec Sanch. sibi contradicit, nec Pontij argumēta, vt mihi videtur pondus vllum habent. ad primum enim concedo vltro sponsalia impuberum proximorum pubertati vt explicatum est num. 9. esse valida etiam nullo posito iuramento vt vidimus supra *disput. 16.* Nego tamen nihil operari iuramentum. nam facit vt impubes proximus pubertati, qui sponsalia contraxit cum iuramento, nō possit pubertate iam plenè adepta resiliare, quod posset facere si ea non confirmasset iuramento.

Nec Pontius quicquam noui asserit dum ait *dict. cap. ex literis* intelligi de sponsalibus impuberum proximorum pubertati, hoc enim iam docet apertè Sanchez nam cum addit limitationem illam, vt tunc iuramentum confirmet sponsalia, & reddat omnino irreuocabilia, quando impubes est doli capax, & proximus pubertati, iam intelligit omnes supradictas probationes, & *dict. cap. ex literis* ita esse intelligendum; præsertim cum asserat id dicendum esse cum Ludouicus Lopez, & Couarruius qui apertè *dict. cap. ex literis*

liferis intelligit de iuramento impuberis proximi pubertati. Quod vero addit Pontius pro confirmatione sui dicti, scilicet impuberes proximos pubertati, si malitia supplet ætatē posse matrimonium contrahere, est falsū, si per ly malitia supplet ætatem intelligit idem, quod est esse doli capax, hoc est vt sensum, & discretionem sufficientem habeant ad faciendum vinculum perpetuum, falsum inquam est, quia præter hoc requiritur potentia ad generandum, vt videbimus latē *disp. 104. lib. 7.* si vero intelligit vtrumque, nulla est paritas, nam ad reddēda omnino indissolubilia sponsalia per illud iuramētū sufficit tantū habere discretionem, & intellectū, quale est in proximis pubertati, nec requiritur potentia ad generandum, quam vero consequenter dictum sit, non sufficere ad hoc vt iuramentum confirmet sponsalia rationis vsum, qui inuenitur in habentibus septennium, patet, nam cum is nō sufficiat ad matrimonium ex eo quod sit vinculum perpetuum, ita neque sufficere debet ad sponsalia indissolubiliter constituenda, cum ea sint via infallibilis ad matrimonium.

Vt respondeam secundo argumēto Pontij opus est, vt reuocemus in memoriam doctrinam à nobis supra traditam & à Sanch. *disp. 31. ex Bart. Abb. Felino & alijs* differentiam magnam esse inter has duas propositiones, iuramentum firmat contractum, & nō firmat contractum, sed obseruandum est ob diuini nominis honorem, & inter cæteras differentias, quæ ibi allatæ sūt; vna est hæc, quod quando iuramētum obligat, sed non confirmat cōtractum, relinquit cōtractum in suo esse nullū; si reuera erat nullus, validū si erat validus, & nullum robur addit, sed iuramētum obseruandum est, ne Deus videatur testis falsus, donec relaxetur: quādo vero cōfirmet cōtractum, quādo non; vide ibi in citata *disp. 31. supra.* hac posita doctrina iam patet solutio ad Pōtij argumētum, stat enim quod iuramētum impuberis nōdum proximi pubertati nō cōfirmet sponsalia, &

tamē indigeat relaxatione ob honorē Dei vocati in testimonium, si per illud iuramētum cōfirmarentur sponsalia nō posset peti relaxatio, nec facile concedenda esset vt patet ex *c. 2. de pactis. in 6. ibi* (omnino seruari debet) quæ dictio omnino importat absque vlla dispensatione, vt notat Dominicus *nu. 3.* & Francus *nu. 4.* & alij, vt diximus et supra *disput. 31.*

Nec doctrina Pōtij habet locum nisi casu quo illud, quod cum iuramēto promittitur, esset peccatum, & turpitudine inesset in illius obseruatione ex parte obseruātis reg. nō est obligatorium *de reg. iur. in 6. vt fuse hoc lib. disp. 31. & infra lib. 4. disp. 20. & seq.* at quod peccatū est sponsalia contrahere, & matrimonium promittere, aut quæ turpitudine in adimplente? quare patet quā consequenter ad suam, & saniorē doctrinam locutus sit noster Sanchez dum dixit iuramentum præstitum ab impubere casu quo nō cōfirmet sponsalia, indigere relaxatione, cuius oppositum nondum Pontius probauit, vt vidimus.

DISPVATIO LII.

An sponsalia mutuo contrahentium consensu dissolui possint quamuis fuerint iurata.

Respōdeo sponsalia puberum possunt mutuo cōtrahētium cōsensu dissolui, quia omnis res per quascūque causas nascitur, per easdem dissoluitur *c. 1. de reg. iuris;* ergo cum sponsalia consensu mutuo nascantur, & fiant, eodem mutuo consensu dissolui poterūt; etiam si iuramēto fuerint confirmata, nam remittente homine promissionē sibi factam, remittit etiam Deus. sic est *D. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad 2. Dur. in 4. d. 27. q. 3. ar. 3. ubi q. 1. ar. 3. casu 2. n. 18. Palud. Sot. lib. 8. de iust. q. 1. ar. 9. ad 2. Enriq. l. 11. de mat. cap. 14. n. 6. Abul. c. 5. Matt. q. 319. Driedo lib. 2. de lib. chris. c. 1. propef. 4. & alij permulti Theologi, quos refert Sanchez hic *num. 2. & 6. cum 30. ferè Canonistis Specul. tit. de legato 8. nunc ostendendum. ves. hoc quoq;**

quoque sub ven. 24. Henr. cap. 2. de spons. nu. 8. vbi Alex. de Neuo nu. 16. Card. 4. Ant. 9. Brunel. de spons. concl. 9. num. 1. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. cap. 103. n. 2. Mascardus de prob. concl. 1035. nu. 17. Petrus Greg. in Synt. virif. p. 2. lib. 8. c. 2. nu. 8. Couarr. de pactis 1. p. §. 3. num. 1. Mart. de Garatis inter cons. marr. Zileti cons. 15. nu. 11. Armilla Angel. Tab. Sylu. locis à Sanch. relatis hic nu. 6.

2. Quod verum est etiam si iuramentum sit praestitum principaliter ob honorem Dei, vt si quis intuitu pietatis iuret foeminae pauperi se eam ducturum; quia etiam in hoc casu ipse Deus recipit iuramentum in vtilitatem partis, quae est foemina illa; ergo ipsa poterit remittere, sicuti etiam & alia debita condonare, sic ferè omnes Doctores citati, qui indistinctè dicunt sponsalia iurata posse dissolui partis remissione.

3. Contrarium tamen tenet Sotus loc. cit. cum Sylu. Ang. Rosella v. sponsalia Alex. Carr. lib. 1. de spons. cap. 15. Canonistis, qui docent non posse dissolui remissione partis sponsalia iurata, quando iuramentum est principaliter appositum ob pietatem. Ratio eorum est, quia iuramentum hoc voto aequiualeat: at in voto nil potest persona priuata remittere, cum ius Deo acquiratur, & haec sententia est probabilis.

4. Aduerte tamè non esse tutum in conscientia sponsum, cui fit remissio, quando alter remittens non liberè facit; sed quasi coactè ne illi inimicitias incurrat &c. quod fusè explicabitur lib. 4. disp. 9. quoties vero vnus resilit, quauis is non sit liber ab obligatione; alter tamen non amplius tenetur ad spons.

QV A E R E S.

Quando alter dicatur resilire à sponsalibus, ita vt alter sit liber ab obligatione.

5. Respondeo quando nullus est prefixus terminus, si vnus ex sponsis ab altero requisitus renuat tanto tempore contrahere, vt sit in mora, peccetque lethaleri iuxta dicta disput. 28. supr., tunc alter liber erit ab obligatione,

quia frangenti fidem, fides seruanda non est l. cum proponas C. de pactis. Reliqua habes disput. sequenti. Quando vero contrahentes sponsalia sunt impuberes, vel vnus tantum est talis, dixi disput. praecedenti,

DISPUTATIO LIII;

Solent contrahentes sponsalia terminum statuere, in quo matrimonium inire debeant, vt promitto ducturum Antoniam intra tres menses. Queritur an transactis tribus mensibus Antonia remaneat libera ab obligatione, vel ipse sponsus, si per ipsum non stetit.

1. Respondeo cum hac distinctione; si terminus sit appositus ad sollicitandum effectum, nempe contractum matrimonij; vt scilicet eo transacto is, qui non implet, constituatur in mora; (quod in dubio mentis contrahentium, censetur, quando sponsalibus iam contractis tractatur de die matrimonij celebrandi) tunc lapso tempore non cessat obligatio ex parte neutrius; quia ibi sunt quasi duo contractus, vnus faciendi, alter vero certo termino v. g. intra mensem; ergo licet contrahens deficiat in contractu termini, ex eo quia elapso mense non contraxit matrimonium, manet obligatus alter contractu faciendi. sic ex l. celsus 1. de recep. arbit. & c. cum dilecti de dolo, idè etiam dicas si terminus tantum apponatur ab vno contrahentium, vt si promittam vendere tibi equum intra mensem te non affecto ad emendum. Si vero terminus apponatur ad extinguendam obligationem (quod in dubio tunc praesumitur quando in ipsa contractu apponitur etiam dies, quo adimplendus est; vt si dent sibi fidem non contrahendi absolutè, sed tali die v. g. 8. Septembris) tunc lapso termino liber manet ab obligatione is, per quem non stetit. si vero stet per vtrumque contrahentem, tunc cessat obligatio ex parte vtriusque; & idem dicas de alijs contractibus, & ratio est quia omnes contractus ex consensu contrahentium accipiunt vim

obli-

obligandi reg. contractus *de reg. iur. in 6.* ergo si voluntas contrahentium fuit interponere tempus ad obligationem finiendam, eo elapso cessat obligatio. sic Abb. *d. c. sicut de spons. num. 11.* Ang. *v. sponsalia num. 27.* vbi Sylu. *q. 11.* Tabiena *v. obligatio num. 7.* Brunel. *de spōs. con. 8. nu. 4.* Ant. Cucus *l. 5. in it. ma. l. 10. num. 67.* & *seq.* Lud. Lop. *2. p. inst. de matr. cap. 38. fol. 1047.* Couar. *4. decr. 1. p. c. 5. initio nu. 8.* Lancell. *inst. iur. can. l. 2. tit. de spon. v. terminum* & alij, qui ita intelligunt text. *cap. sicut, de spons.* qui videtur esse contrarius *d. l. celsus*, nam videtur decidere eum, per quem non stetit impletio sponsalium contractuum prefixo termino liberum esse ab obligatione contrahendi termino elapso.

2 At si is, per quem stetit, culpa vacet, aut si vterque iusto impedimento fuit detentus, non cessat obligatio, quia legitime impedito non currit dies reg. cum non stat *de reg. iur. in 6.*

3 Quod si terminus à Iudice sit prefixus (potest enim id facere ob imminens fornicationis periculum) eo elapso is, per quem non stetit, potest aliud inire matrimonium, quia censetur appositus ad obligationem extinguendam.

4 Cōtraria sententia docet elapso termino sponsalibus adiecto semper ea dissolui, vt possit aliud inire matrimonium ille, per quem non stetit: mouetur *ex d. c. sicut*, qui indistincte id dicit, & videtur fauere D. Th. Palud. D. Ant. Sot. Tab. & alij. quos refert Sanchez hic *n. 4.* expressè tamen eam docet Enriquez *lib. 11. de matr. cap. 14. num. 5.* & est probabilis.

DISPVATIO LIV.

An sponsalia dissoluantur ob absentiam alterius sponsi in longinquum profecti absque licentia alterius.

1 SI sponsus in Regionem longinquam se transferat absque licentia sponsæ, nec est spes de proximo reditu, potest sponsa relicta tum in foro conscientiæ, tum etiam in foro exter-

no aliud matrimonium inire, etiam si sponsalia iurata fuerint; nec expectanda est sententia Iudicis, vbi manifestè constat sponsum in longinquum esse profectum. probatur ex *C. de illis de sponsal. ibi si quis iurauit aliquam ducturum, & postea dimittit terram se ad alias partes transferens, liberum erit mulieri cum alio contrahere, recepta de perurio penitentia si per eam stetit* ita etiam Card. *d. cap. de illis ver. quare quæ fuit ratio.* Alex de Neuo *num. 15.* Prep. *num. 5.* Brunellus *de spons. con. 8. num. 3.* Couar. *4. decr. 1. p. c. 5. initio nu. 5.* Alex. Carrerius *l. 1. de spons. cap. 15.* Milingerius *c. quoniam frequenter 9. porro num. 17. vt licite non cōtestata.* Tab. *sponsalia q. 9. n. 10.* Armilla, *ibi nu. 12.* Lancell. *inst. iur. can. lib. 2. tit. de spons. verb. liberum* Viuald. *card. 1. p. de spons. cap. 5. à num. 36.* Lud. Lop. *2. p. inst. de matr. cap. 30. f. 1047.* & alij volentes cum Enriq. Phillar. Soto & alijs Theol. & Canonistis apud Sanchez, hic *num. 6.* correctam esse dispositionem Iuris Ciuilibis (de qua *num. seq.*) vt videtur sponsæ fornicatio ob absentiam sponsi.

2 Sunt tamen aliqui Doctores, qui probabiliter putant sponsam non posse aliud inire matrimonium ob discessum sponsi, vt dictum est *num. 1.* sed debere expectare tempus secundum Ius Ciuile præscriptum, quod est tale secundum communiorem sententiam: quando scitur locus, in quem sponsus se transtulit, & ille abest ob causam necessariam v.g. ob mortem parētis &c. debet expectari donec cesset impedimentum, si vero abest ob causam iustā, sed non necessariam, debet expectari biennio si sit intra eandem prouinciā; si vero extra prouinciā expectandus est triennio. Ratio eorum est, quia Ius Canonicum *d. c. de illis* non negat tempus lege præscriptum esse expectandū; ergo non corrigit Ius ciuile. sic Hoff. Ioa. Andr. *d. cap. de illis* Greg. Lop. *l. 8. t. 1. p. 4. verb. falsa* Sylu. *v. sponsalia q. 10. casu 4.* & alij Canonistæ cum Palud. D. Ant. Viguero Petr. Ledes. Theologis. quos vide apud Sanch. hic *n. 5.*

3 Tandem infertur ex dictis sponsam de

de futuro non teneri sequi sponsum, vagante m vt docent Abbas C. de illis de sponsal. nu. 4. Henricus nu. 1. Alex. de Neuo n. 7. Præp. nu. 3. & si post sponsalia contracta sponsa aduertat sponsum velle mutare domicilium, non tenetur cum ipso contrahere, quia est notabilis mutatio.

DISPVATIO LV.

An sponsalia ob alterius fornicationem dissoluantur.

I Sponsus, vel sponsa fornicetur, dissoluantur sponsalia antea inita, etiam si iurata fuerint, ita vt is, qui est innocens possit resilire C. *quemadmodum de iur.* ille vero, qui fornicatus est, teneatur seruare fidem quando alter vellet, non enim ex suo delicto hoc comodum reportare debet, vt ab obligatione liber sit C. 2. de translat. Prælatorum, & idem dicas si fiat hereticus. sic ex C. *quemadmodum de iur. iur.* quia in his casibus est notabilis mutatio. ita communiter Doctores tum Theologi, tum Canonistæ. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 18. §. 1. casu 6. Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. casu 1. Enriq. lib. 11. de matr. cap. 14. n. 6. Viualdus cand. 1. p. spons. cap. 5. nu. 34. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 5. casu 455. nu. 6. Couarr. 4. dec. 1. p. cap. 5. initio nu. 2. Brunel. de spons. concl. 8. n. 4. Sarmiento 1. select. cap. 5. n. 3. Ant. Cucus lib. 5. inst. maior. t. 10. nm. 62. Alex. Carre. lib. 1. de spons. cap. 5.

2 Idem dicas etiam si sponsa tantum amplexus, vel oscula habuisset, vel si vi præcisè cognita esset, quia est notabilis mutatio, & vir maximum dedecus haberet, si sponsam acciperet tali pacto violatam, ita quo ad hanc partem quando vi præcisè violaretur ex cap. raptor. 17. q. 2. Host. C. *quemadmodum de iur. iur. v. iuramentum* Io. Andr. n. 15. Ant. nu. 13. Alex. de Neuo n. 17. Abb. nu. 12. Greg. Lop. v. robada l. 8. t. 1. p. 4. Nauarr. sum. cap. 22. n. 27. ver. nono. Ant. Cucus lib. 5. inst. maio. tit. 10. n. 62. Brunellus de spons. concl. 8. n. 4. Palud. Sor. Petrus de Ledesma, & alij Theologi,

& Canonistæ, quos sequitur Sanchez. in præsent. num. 7.

3 Contra vero si vir vi præcisè, & inuitus fornicaretur, vel tactus, oscula, &c. pateretur, non potest sponsa per id à sponsalibus resilire, quia vir nullū peccatum commisit, nec dedecori est foeminae viri fornicatio. fauent huic sententiæ DD. citati num. præced. contra Glossam C. sic quippe 27. q. 2.

4 Vnde nõ datur compensatio delictorum si vterque fornicetur, ita vt neutri liceat à sponsalibus resilire; sed poterit vir ob sponsæ fornicationem, quando ipsa fornicata est, nam multo turpior est fornicatio in foemina. sic colligitur ex doctrina Tiraquel. l. 1. connub. nu. 45. & Couarr. cap. Raynuti⁹ de testam. initio nu. 15. licet Palud. affirmet dari compensationem. in 4. d. 27. q. 1. ar. 3. nu. 17. vers. quarto incõpensado.

DISPVATIO LVI.

An sponsalia dissoluantur ob superueniens iuris impedimentum.

1 Respondeo si impedimentum sit dirimens, vt quia contractis sponsalibus oriatur affinitas in primo, & secundo gradu, est certum secundum omnes dissolui sponsalia, cum nec possit esse matrimonium, nec tenetur is, cuius culpa hoc impedimentum ortū est petere dispensationem, quando ea magnis expensis esset petenda, & magna mora requireretur; nisi vir foeminam deflorauerit, vel notabilem ipsa iacturam famæ pateretur, nisi ducatur in vxorē; nam promissio matrimonij intelligitur, quando res in eodem statu manent.

2 At si impedimentum sit impediens tantum de quibus latè lib. 7. non dirimuntur sponsalia (excepto voto castitatis, de quo disput. 46. dictum est) quia hæc impedimenta tunc impediunt matrimonium, quando res est integra, non tamē quando sunt contracta sponsalia.

DISPVATIO LII.

An sponsalia dissoluantur ob fœditatem notabilem, aut amissionem nasi, aut oculorum, vel morbum contagiosum superuenientem alteri sponso

Dissoluuntur sponsalia etiam iuramento firmata oculorum, vel nasi amissione, vel alia turpiori infirmitate, vt paralyfi, aut lepra, habetur expressè *C. quemadmodum de iur. iuran.* & idem dicas de quocumque alio morbo contagioso, vel graui infirmitate incurabili, vel si os malè oleat, & exeat fœtor; vel etiam si deformitas animi superueniat, vt si furti; vel criminis turpis damnatus sit, vel si tantum vnum oculum amittat (quamuis id *Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. casu 7. n. 2. 5. neget*) sed reuera vnius oculi amissio causat notabilem deformitatem.

2 Et quamuis aliqui negent dissolui sponsalia quando sponsa ex pulcherrima fiat deformis *Couarr. 4. decret. 1. p. ca. 5. initio num. 6. Alex. Carrer. lib. 1. spons. c. 15. fine & Matienz. lib. 5. recopil. 1. sub. glo. 1. n. 47.* tamen verius est etiam in hoc casu dissolui; quia est notabilis mutatio, & militat eadem ratio, qua *C. quemadmodum* in prædictis casibus statuit ea annullari. vide de his *D. Th. 4. d. 27. q. 2. art. 3. ad 3. vbi Sotus q. 2. ar. 5. casu 9. Nauarr. summa cap. 22. n. 27. casu 8. Ant. Cucum lib. 5. inst. maior. 1. 10. n. 63. Philiarcum de off. Sacerd. 1. 1. p. 2. lib. 2. c. 1. & alios citatos à Sanchez hic à num. 2. ad 5.*

3 At si ille, qui nullam habet læsionē, velit contrahere tenetur læsus, nisi quādo esset aliquis morbus incurabilis, qui notabiliter noceret ægroto; tūc enim hic non tenetur contrahere cum tam notabili salutis detrimento.

DISPVATIO LVIII.

An propter morum asperitatem notabilem seu seuitiam alterius denno cognitam; vel propter capitales inimicitias inter ipsos sponso ortas dissoluantur sponsalia prius contracta.

Respondeo dissolui, probatur quia seuitia alterius coniugis, vel notabilis morum asperitas est causa sufficiens diuortij matrimonij *C. iteras de rest. spoliat.* ergo multo magis erit causa sufficiens dissoluendi sponsalia. nam quælibet causa sufficiens ad diuortium, sufficit ad sponsalia dissoluenda. inimicitia vero ortæ faciunt notabilem mutationem; ergo possunt sponsalia inita dissoluere, sic etiam ex *The. Sotus 4. d. 27. q. 2. art. 5. cas. 11. Veracruz 1. p. spe. ar. 21. casu 15. & 13. Enriquez lib. 11. de mat. cap. 14. nu. 6. Lud. Lopez 2. p. inst. de mat. c. 38 fol. 1051.* cum alijs Theologis & Canonistis *Armill. sponsalia nu. 13. vbi num. 41. Ang. Sylu. ibi q. 10. casu 15. Tab. q. 9. num. 10. fine Nauarr. sum. ca. 22. num. 26. casu 11. Abbas cap. veniens qui cler. vel vou. nu. 2. vbi Alex. de Neuo num. 2.*

DISPVATIO LIX.

An sponsalia ob superuenientem paupertatem dissoluantur, vt si sponsa, qua erat diues, pauper fiat.

Si sponsa fiat pauper, dissoluuntur sponsalia, nec sponsus eam ducere tenetur, siue ea dotem promiserit, siue non. Ratio est quia si dos promissa est, sponsalia celebrata sunt sub ea conditione; ergo deficiente ea conditione ob sponsæ paupertatem, etiam sine culpa fœminæ non obligabunt sponsum. si vero dos non est promissa; licet non fuerit contractus celebratus spe dotis; tamen maxima est mutatio, & talis, quæ si principio fuisset, impediisset contractum sponsalium, nec sponsus contraxisset. ita quando dos non est promissa. *Bart. à Ledes. dub. 13. de mat. casu 10. & Petr. Ledes. de mat. q. 43. ar. 3. casu 9. Manuel 1. t. summ. in 2. edit. c. 245. nu. 5. Sotus 4. d. 27. q. 2. ar. 2. casu 6. Vegalib. 3. sum. casu 325. Greg. Lopez l. 7. v. excusacion 1. 1. p. 4. Menoc. de arbitrarijs l. 2. cent. 5. casu 455. n. 6. & alij, quādo vero est promissa dos tenet *Enriq. l. 1. de mat. c. 14. n. 6. Ang. v. spons. n. 33. vbi Sylu. q. 10. casu 9. Nauarr. sum. cap. 22. n. 27. & alij.**

2 Et idem dicas si spōsus ditissimus tempore cōtract' sponſalium fiat pauper, & quamuis sponſalia fuerint cōfirmata iuramento, quia iuramentum intelligitur ſeruādum eſſe rebus nō mutatis notabiliter *C. quemadmodum de iure iurando.*

3 At ſi vnus ſponſus maneat in eodē ſtatu, & alter fiat ditissimus non diſſoluentur ſponſalia, quia alter non eſt effectus deterioris conditionis. ita doctissimi moderni.

4 Satis tamen probabile eſt nō diſſolui ſponſalia ob paupertatem ſponſæ, quando nulla dotis promiſſio antecēſit, quia dote non promiſſa non eſt verum omnia bona in dotem ſponderi. ſic ex iuriſperitis Alex. de Neuo *d. cap. quemadmodum n. 16.* Couarr. *4. dec. 1. p. c. 5. initio n. 5.* Ioan. Andr. *d. c. quēadmodum n. 15. ſine* Ant. Gabr. *to. 2. comm. lib. 17. v. ſponſalia fol. 312.* Menoc. *con. 386. n. 3. vol. 4.* Pet. Greg. Synt. *iuris p. 2. lib. 8. cap. 9. n. 9.* cum Palud. Manuele, Ludou. Lopez Theologis apud Sanch. hic *nume. tertio.*

DISPVATIO LX.

An ſi quis iurauit ſe ducturum eſſe Mariam v. g. & nulla fuit dos promiſſa, teneatur ducere ſi illa fiat diues, nec velit dotem aſſignare.

1 **P**robabilius eſt nō teneri in dicto caſu Mariam ducere, quia nō eſt decens vt dote priuetur etiam ſi matrimonium conſtare poſſit ſine dote. ſic Palud *4. d. 2. 8. q. 1. ar. 2. con. 4. nu. 14.* qui loquitur etiam caſu quo defloraret Virginem ſub ſpe futuri matrimonij, quia intelligitur cum hac cōditione vt dos iuxta propriam poſſibilitatē cōſtituatur. eſt pro hac ſentētia Syl. *v. nuptialis* apud Gutier. *de iura 1. p. c. 37. n. 3. ſine* Lanelot. quē ſequitur Gutier. Bald. *cap. iurauit de prob. n. 3.* Menoch. *de arbitr. l. 2. cent. 5. caſu 455. n. 6.* & Ioā. Lupus *C. per veſtras de don. inter vir, & vx. notab. 3. §. 2. nu. 4.*

2 Probabilis tamen eſt contraria ſententia quę docet teneri ducere quā-

do vir ita diues eſſet vt poſſet ſuſtinere onera matrimonij; quia cōditio cōſtituendi dotem, eſt extrinſeca matrimonio; ergo niſi explicite apponatur, non intelligitur *ſi ita ſtipulat. ff. de ver. obligat. ſic* Couarr. *4. dec. 1. p. cap. 5. init. n. 5.* Matienzo *lib. 5. rec. t. 1. rubr. gl. 1. nu. 47.* Ant. Cucus *lib. 5. inſt. mat. t. 10. n. 71.* ex Theol. Manuel *1. t. ſum. 2. edit. ca. 97. n. 8.* & Lud. Lopez *2. p. inſt. de matr. cap. 38. fol. 1048.*

DISPVATIO LXI.

An ſponſalia poſſint diſſolui Pontificis, aut Episcopi diſpenſatione.

1 **C**ertum eſt poſſe Pontificem diſpenſare ad hoc vt ſpōſalia diſſoluantur, quando eſt iuſta cauſa; nā probabiliffimum eſt poſſe etiam diſpēlare in matrimonio rato tantum, id eſt cōtracto per verba de præſenti non dum copula ſequuta. vt habes *l. 2. diſput. 14.*

2 Episcopus vero non poteſt, quia nullus poteſt auferre ius, quod eſt tertio acquiſitum, niſi princeps ſupremus. at in ſpōſalibus eſt acquiſitum ius tertio, nempe alteri ſponſo, ergo non poteſt hoc ius ab Episcopo auferri, qui non eſt ſupremus Dominus. ſic etiam Paludanus *4. d. 27. qu. 1. artic. 2. num. decimoquarto.*

DISPVATIO LXII.

Afferuntur alie regula generales ad cognoscendum, quando ſponſalia diſſoluantur, etiam ſi iuramento ſint firmata.

1 **P**rima regula ſit quoties ſunt duo vincula paria, & incompoſſibilia, eiufdemque rationis; priora præualent, & ſic ſponſalia poſteriora diſſoluantur per priora; at ſi ſunt diuerſæ rationis vincula, aliquando fallit hæc regula, & ſic profeſſio ſoluit matrimonium ratum, quod eſt maſus vinculum, vt pote contractus, & Sacramentum.

At

At quando duo vincula sunt inæqualia, tunc vincit fortius vinculum; quāuis sit posterius. Ita Card. *cap. sicut de spons. n. 1.* Henr. C. *rūsus qui clericus, vel vou. initio Sylu. v. sponsal. q. 7.* vbi Tab. *q. 10.* & alij. verum hæc regula deficit in multis v. g. sponsalia iuramento firmata sunt fortius vinculum non iuratis, & tamen hæc prævalent, vt dictū ē

2 Secunda regula est quādo post contracta spōsalia supervenit aliquod inconueniens notabile, aut noua causa, quæ si à principio fuisset, impediret ea contrahere; tunc iusta causa est dissoluendi sponsalia contracta; quia in hoc casu virtualis intentio promittentiū ē non se obligare indissolubiliter, & hæc regula traditur à Veracruz. *1. p. specul. ar. 21. casu 16.* Enriquez *lib. 11. de mat. cap. 14. fine.* D. Ant. *2. p. 1. 10. cap. 6. §. 5.* Phylar. *de off. Sac. t. 1. p. 2. cap. 1. lib. 2.* & alijs Theologis cum totidem Canonistis. Host. *sum. tit. de iure iur. nu. 3.* Ant. C. *quemadmodum de iure iur.* Greg. Lopez *1. 7. tit. 1. p. 4. ver. excusacion.*

3 Vnde credendum esset in utroque foro asserenti se minime promissurum fuisse si à principio fuissent illæ circumstantiæ, quæ tunc accidunt, quando id prudentis arbitrio verisimile ē. sic Nauarr. *sum. cap. 18. n. 7.* & alij, quos refert Mascard. *de prob. con. 45. nu. 48.* Gratia-reg. *270. n. 1.* quia ea, quæ in animo sūt, aliter probari non possunt.

4 Quod si causa sufficiens ad sponsalia dissoluenda accidat post tempus præfixum, vt si constituantur duo anni ad contrahendum, & sponsus culpa sua non contrahit intra duos ānos, adhuc ob dictam rationem *nu. preced.* non tenetur contrahere, si post illos duos annos accidat causa dissoluendi spōsalia, sed tamen debet damnum resarcire, vt optime docet P. Mol. *1. 2. de ius. tra. 2. dis. 272. fol. 121. §. sunt vero nonnulla.* quia à tēpore moræ iniustitiā admisit

probabiliter ignorata, ita vt sicuti sponsa v. g. potest resiliere quando post sponsalia morbus gallicus accidit sponso. ita etiam possit resiliere, si sponsus laborabat eo morbo, antequam contraxit sponsalia.

1 **R**espondeo affirmatiuè, atque adeò possunt sponsalia dissolui, si antequam fuerunt contracta sponsus v. g. morbo gallico laborabat, vel quouis alio ex *dictis disp. 57.* & id à sponsa ignorabatur, quia si quis vēdat v. g. equum, & occultat vitium, est causa sufficiens dissoluendi contractum venditionis; ergo etiam à pari. sic Sot. *4. d. 27. q. 2. ar. 5. casu 9.* Petr^o à Ledesma *de mat. q. 43. ar. 3. causa 5. & 11.* Enriq. *lib. 11. de mat. c. 14. n. 6.* Viguer. *lib. inst. c. 16. §. 7. ver. 7. fine* & alij.

2 Idem est si sponsa antequam sponsalia contraxit fornicata est, siue à spōso existimaretur Virgo, siue vidua, tūc enim sponsus potest resiliere à sponsalibus etiam iuratis tum ob dictam rationem *num. 1.* tum quia notabilem mutationem facit hæc causa de nouo cognita. sic etiam DD. *num. preced.* allegati cum alijs Canonistis *loquētib. expressè quando sponsus putabat Virginem esse Rosella v. sponsalia nu. 9.* Ang. *n. 29.* Armill. *n. 12.* Corduba *sum. q. 49.* quāuis Hugo C. *raptor 27. q. 2.* Sylu. *v. spons. q. 10. casu 6.* & Enriq. *loc. cit.* id negent, cū mulier est vidua. cōcedit tamē fere expressè Molina *1. 2. de iust. tra. 2. d. 272.* deinde si mulieri.

3 At si spōsus fornicatus est ante spōsalia contractum, & hoc sponsa ignorabat non potest à sponsalibus contractis recedere, postquam id sciat, quia nulla ignominia est foeminae viri fornicatio præcedens. si vero sponsus reperiatur valdè vitiosus, tunc potest sponsa recedere à sponsalibus ob notabilem mutationem.

DISPVATIO LXIV.

DISPVATIO LXIII.

An cause sufficientes ad dissoluenda sponsalia, quando post ipsa accidunt, sufficiant etiam si ea præcedant quando fuerunt

An dum cause iusta dissoluendi sponsalia probabiliter ignorata præcesserunt non solum concedant ius ipsa dissoluendi, sed ipso iure ea irrita efficiant.

1 **C**asus propositus est, Titius contraxit sponsalia cum Berta, quæ erat corrupta, diximus *disp. præc.* esse iustam causam dissoluendi sponsalia. nunc querimus an ipso iure sint irrita, ita vt non sit necessarium, vt Titius reclamet.

Respondeo si hæ causæ dissoluendi sponsalia ignoratæ fuerunt dolo, & culpa alterius sponsi, vt si sponsa rogetur an sit Virgo, & ipsa affirmet, nec dicat se violatam fuisse, & dolus dedit causam contractui, hoc est si seculo ep dolo, & veritate cognita sponsus non promississet matrimonium; tunc ea sponsalia sunt ipso iure irrita, ita vt non confurgat impedimentum publicæ honestatis, quia omnes contractus bonæ fidei ex huiusmodi dolo initi sunt ipso iure irriti. *l. & eleganter ff. de dolo. ita Bart. d. l. & eleganter initio n. 6. Iason. in lit. de action. §. actionum nu. 31. Couarr. multos referens reg. possessor 2. p. §. 6. sine Molin. tom. 2. de ius tra. 2. d. 352. con. 1. cum multis quos citat. nec ille, qui decipit, tenetur stare sponsalibus, nisi ratione damni illati alteri spõso; & in pœnam fraudis post Iudicis sententiam; quia contractus sponsalium non potest claudicare; vt si irritus ex vna parte, & validus ex altera, quod fusè probabitur *lib. 4. dispu. 15.**

2 Quando vero dolus dat causam contractui sponsalium, sed alter spõsus nõ fuit particeps talis doli; sed alius tertius, vel falsa quædam spõsi existimatio putantis illam v.g. esse incorruptam; verius est sponsalia tunc esse valida; & ex his confurgere impedimentum publicæ honestatis: poterit tamen deceptus illa dissoluere. Probat quia cæteri contractus bonæ fidei non sunt irriti in hoc casu; sed possunt irritari; nam non deficit substantialis consensus: error enim non contingit circa substantialia contractus, vt probat *Bart. d. l. & eleganter initio nu. 6.* sed circa causam inducentem ad contrahendum, nec ius humanum illos irritauit, nisi quando alter contrahens particeps fuit doli ex *l. 57. t. 5. p. 5. idem videtur tenere Palud. 4. d. 29. q. 2. ar. 1. conc. 1. n. 5. D. Ant.*

p. 3. l. 1. cap. 19. §. 5. post principium Sylu. matrim. 3. q. 12. contra Metinam q. 33. de rebis. paulo post principium, & Corradum de contrac. in summ. operis circa qu. 57. dic. 3. qui videntur asserere etiam esse in hoc casu irrita sponsalia, quia deficit consensus cum ex errore sit præstitus.

3 At si dolus non dedit causam contractui sponsalium, sed in ipsu incidat, quod tunc est quando etiam veritate cognita contraxissent sponsalia, tunc ea non sunt irrita, quia non deficit consensus, ita omnes ferè DD. citati.

* Aduerte hic Pontium notare Sanchez dictum initio huius disputationis: scilicet cognitionem huius rei in illa propositæ valde necessariam esse propter publicæ honestatis impedimentum; si enim sponsalia valida sunt, quamuis postea irritentur, orietur vtique tale impedimentum, quod secus est si ipso iure irrita sint: tunc enim non pariunt impedimentum reg. quod nullum de reg. iur. notat inquam hoc Pontius *lib. 12. c. 18. n. 3. ibi (hanc questionem magni momenti existimat Sanchez, vt iudicetur an oriatur impedimentum publicæ honestatis: sed iure nouo parum refert ad id eius cognitio; cum iuxta Trid. ex sponsalibus quauis ratione inualidis, non oriatur impedimentum publicæ honestatis; quare si postea irrita sint nec etiam oriatur impedimentum. Sed neque iure antiquo cum sponsalibus inualidis defectu consensus non oriatur impedimentum; in his autem, si est defectus aliquis, in ipso consensu est, cum nihil tam contrarium consensui, quam deceptio)* Ex quibus verbis poterit quibus aduertere absque mea opera, quã longe distet Pontius ab eo, quod intendit Sanchez. nam etiã iure nouo Trid. & eo potissimum spectato, necessariu est scire: an sponsalia contracta cum causis sufficientibus ad ea dissoluenda, si postea sciuntur hæ causæ; fuerint inualida & irrita ipso facto: an vero valida; sed posse dissolui: nam si fuerunt irrita nõ pariunt impedimentum vt diximus; contra vero si fuerunt valida, & Conc. Trid. nõ dicit quod ex sponsalibus validis, & postea dissolutis non ori-

oritur impedimentum; sed ex sponsalibus irritis: alias sequeretur quod si Titius contraheret sponsalia cum Berta, & postea contra fidem datam, aliam ducat; mortua vxore posset ducere sororem Bertæ, quia iam fuerunt sponsalia dissoluta; quod esset maximum absurdum. ita in casu nostro si sponsalia fuissent valida, non obstante illa causa ignorata; etiam post Trid. & ex vi ipsius decreti, oriretur impedimentum. Immo etiam de iure antiquo oriretur impedimentum, cuius contrarium supponit vt certum Pontius; nam eo attento sponsalia non erant irrita defectu cōsensu, vt cumq; sed defectu consensu naturalis vt in furioso, infante &c. qui naturaliter consensum habere non possunt. vel externo vt trad. gloss. eo C. unico de spōs. in 6. Arch. ibi num. 9. Io. And. num. 5. Fran. nu. 8. ad finem Domin. ibi in princ. nu. 12. Vnic. cap. ad audientiam de spōs. vbi Henric. nu. 3. Duran. 4. dis. 41. q. 2. num. 5. vbi Palud. q. 2. ar. 3. concl. 2. D. Ant. 3. p. 1. cap. 10. notabil. 1. supplem. Gabr. 4. d. 41. q. unic. ar. 1. col. 4. ver. cum autem dicitur Brunel. de spons. concl. 10. num. 4. Couarr. 4. decr. 2. p. cap. 6. §. 2. n. 3. & alij ergo neq. hoc fuerat a Pontio supponendum vt Sācium impugnarēt.

DISPVATIO LXV.

An cum dolus nō dedit causam contractui sponsalium, quia scilicet sponsus eo affectu contraxit, vt etiam si sciuisset causas iustas dissoluendi sponsalia adhuc ea cōtraxisset, possit nihilominus ea dissolvere si postea sciat præcessisse causas iustas dissoluendi sponsalia.

Respondeo non posse in predicto casu sponsalia dissolui. Ratio est quia non permittitur decepto contractum rescindere, quando dolus non dedit causam; sed tantum agere ad interesse, vt probat P. Molina t. 2. de iustitia tractat. 2. disp. 352. cum alijs. at si contrahens dubitet an illam voluntatem habitualement habuerit scilicet contrahendi sponsalia etiam si sciuisset ad-

esse causas iustas ea dissoluendi, talis voluntas iudicanda est secundum grauitatem causæ. nam si talis causa ita sit notabilis vt arbitrio prudētis faciat magnam mutationem, præsumendum est non habuisse illum animum, sed oppositum, vt scilicet si talē eam cognouisset, nullo pacto contraxisset.

DISPVATIO LXVI.

An sponsus conscius causæ sufficientis ad dissoluenda sponsalia, siue ea fuerit præcedens, siue subsequens contractum sponsalium; censeatur remittere se sponsam carnaliter cognoscat, ita vt non possit ob illam causam recedere à fide futuri matrimonij.

SI sponsalia tali errore contracta sunt iuxta ea, quæ dixi disp. 64. tunc sponsus copulam habens cum sponsa, non potest à sponsalibus recedere, si conscius sit tempore copule causæ sufficientis ad ea dissoluenda; etiam si habeat voluntatem non remittendi; quia si coniuges habeant copulam, postquam sciuerit fornicationem alterius, amittunt ius petendi diuortium; quamuis habeant animum non remittendi iniuriam, quia non pendet hæc remissio à voluntate ipsorum; sed à iure; ergo multo magis id dicendum est in sponsalibus. ita Ant. Cucus lib. 5. inst. ma. t. 10. num. 33. Lod. Lopez. 1. p. instr. cap. 77. §. hinc emergit. Corduba sum. q. 49.

2 At si sponsalia ipso iure erant nulla secundum ea, quæ dixi disp. 64. num. 1. si spōsus dum habuit copulam, habuit etiā consensum permanendi in iisdem sponsalibus, quæ sciebat esse irrita, & sponsa nō reuocauit priorem consensum, remanent per talem copulam firma. quia habetur consensus nouus ex parte vtriusque contrahentis idem etiam dicas si sciebat sponsus per copulam illam ratificari sponsalia; nec habuit contrarium dissensum; quia etiam per talem copulam cum tali scientia confirmantur sponsalia infantium, quæ nulla sunt, ergo etiam confir-

firmantur ista, quæ prius erant inuvalida; quod si ignorabat ea sponsalia esse nulla, aut ratificari per talē copulam, remanent nulla; quia ad ratificationem requiritur vt sciatur actus ratificandus fuisse nullus, vt probatum est supra *disp.* 16.

DISPV TATIO LXVII.

An quoties licet dissoluere sponsalia necessarium sit petere relaxationē iuramenti, si ea fuerunt iurata?

PRorsus tenendum est posse dissolui absq; iuramenti relaxatione. Ratio est quia quādo sunt causæ iustæ dissoluēdi sponsalia, siue eæ causæ præcedant contractum eorum, siue non, inest hæc tacita conditio iuramento; scilicet si res in eodem statu permanferit. *quemadmodum de iur. iur.* ergo deficiente tacita illa conditione, iuramentum non obligat ita Hort. *d. cap. quem admodum ver. iuramētum* Io. And. num. 13. Anch. num. 3. Abb. nu. 9. non tamen per hoc dicuntur hæc sponsalia conditionata, quia conditio tacite intellecta non reddit actū cōditionalem. *l. conditiones quæ extrinsecus. ff. de condit. & l. 3. cum. ff. de leg. 1. vbi DD.*

DISPV TATIO LXVIII.

An dum alter sponsus laborat vitio aliquo, quod si alter sciret, haberet iustam causam dissoluendi sponsalia, possit illum compellere coram Iudice vt impleat ea sponsalia, à quibus sponsus, qui ignorat adesse causam iustam ea dissoluendi vult recedere.

Casus propositus in titulo est. Titius v. g. sponsus fornicatus est post contracta sponsalia, vel laborabat morbo gallico ante ipsorum contractum, Maria vero sponsa id ignorat, sed leuitate aliqua &c. vult à sponsalibus resilire. quæritur nunc an Titius, qui habet tales causas occultas, quas si Maria sciret iustè possit recedere à contractu sponsalium possit iudicem,

adire, & petere vt cogatur Maria sponsa ad fidem seruandam.

1 Respondeo posse quando sponsalia essent valida iuxta dicta *disp.* 64. nam si prorsus irrita essent, non posset illam cogere; sed potius tenetur damnum refarcire: probatur à pari coniux adulter, quando alter ignorat adulteriam, vel si tantum suspicetur de tali adulterio leuibus indicijs, potest exigere, idest petere tanquam sibi debitum, & cū quadā coactione, quia non tenetur manifestare suum delictum, & subire poenam illam non exigendi ante Iudicis sententiam, vt docent Turrecr. *cap. in coniugio* 32. q. 1. sine Archied. ibi Caet. *opusculo.* 17. resp. 4. *habe. ur tom. opusc. trac.* 31. Sotus 4. d. 36. q. 1. ar. 4. v. *utrum vero vxor* Enriq. l. 11. de mat. cap. 1 §. num. 6. Palacios 4. d. 35. *dis.* 1. fol. 786. col. 1. & alij. ergo à pari sponsus potest exigere, vt alter ignarus vitij persistat in fide sponsaliū.

2 Valde tamen probabile est spōsum non posse alterum cogere ad seruandam fidem sponsalium quando aliquo vitio occulto laborat; quod si alter sciret, posset iustè recedere à sponsalibus. Ratio est quia valide probabilis est sententia asserens adulterum occultum non posse cogere alterum ad debitum sibi reddendum; quia statim ac coniux adulterium committit, alter innocēs est liber coram Deo à debito reddendi; ergo ille non potest exigere, sed tantum petere, hoc est absque vlla coactione, & veluti si peteret aliquid, quod sibi non debetur, & hæc sententia de coniuge defenditur à Tab. v. *matrimonium* 4. q. 6. nu. 7. Armill. ibi num. 77. Nauar. *sum.* c. 22. n. 23. Cather. *lib.* 5. *contra Gaeta. tra. de sacr. mat.* Castro l. 2. d. l. pen. o. 4. *ad finem.*

3 Aduerte spōsum æquale vitium habentem, ac alter habet non posse petere sponsalium dissolutionem, si suum vitium sit occultum; sicuti nec adulter occultus potest petere diortium ob fornicationem alterius coniugis; lucratur tamen arrhas, & tuta conscientia potest eas retinere, quando sponsus nesciens vitium; nihilomi-

aus resilit à sponsalibus; quia hic ignarus iniuste resilit. nam verè tenetur contrahere, dum causam ignorat: ergo alter habens vitium occultum potest arrhas retinere. nam iniuste resiliens amittit arrhas, vt dictum est *disp. 36.*

DISPVATIO LXIX.

An quando sunt causa sufficientes ad sponsalium dissolutionem iuxta dicta disputationibus precedentibus, requiratur ad ea dissoluenda Iudicis auctoritas.

Respondeo ex natura sponsalium non desideratur Iudicis auctoritas: sed tantum ratione scandali vitandi, quia sponsalia habent tacitè conditionem vt dissoluantur quando aliquis casus ex dictis accidit. ita ex DD. infra.

Hinc quoties causa dissoluendi sponsalia, publica est, & certa de iure, quia scilicet est expressa in iure, & de facto quia scilicet est certum talem causam adesse, possunt sponsalia etiam si publica sint absque Iudicis auctoritate dissolui, & idem dicas si vitium occultum sit, & sponsalia etiam occulta, quia tunc scandalum cessat, cum causa dissolutionis publica sit. ita Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. sine. n. 36. & 37. Manuel, 1. to. sum. 2. edit. c. 245. n. 11. Pet. à Lede. de ma. q. 43. ar. 3. dub. ult. Bart. à Led. dub. 13. de mar. Vega sum. lib. 6. cas. 105. & alij Theol. cū Nauarr. sum. c. 22. nu. 28. Tab. v. spōf. q. 9. n. 10. Sylu. ibi q. 11. Gre. Lop. l. 8. ver mas en todas t. 1. p. 4. iuristis.

At si causa sit occulta; & sponsalia publica, esset tantum veniale absq; Iudicis auctoritate ea dissoluere, quando nullū graue scandalū timetur, & causa est certa de iure, & de facto, quia dissoluēs iure suo vti. ita multi ex cit. DD. Ang. Syl. Nau. Vega, Tabiena immò si ita occulta esset, vt probari nequiret, nullū esset peccatū propria auctoritate dissoluere sponsalia, quia in hoc casu innocens recuperat rem sibi debitam. sic etiam Palud. & Enriquez. lo. cit.

Quod si causa non sit ita moraliter certa, vt secundum probabilē viri docti opinionem asserētis sufficiēs existimet, erit mortale peccatū propria auctoritate dissoluere sponsalia, quia est iniu-

stitiæ priculum. sic colligitur etiam ex DD. citatis.

Iudex autem ad hanc causam est solus Ecclesiasticus ordinarius, vel Delegatus, non est tamen Parochus, quia non est Iudex in foro externo. sic Palud. 4. d. 27. q. 1. num. 38.

DISPVATIO LXX.

An quando causa dissoluendi sponsalia affert grauem infamiam alteri ex sponsis, v.g. quia sponsa fornicata est qua virgo putabatur, possit detegi in iudicio ad hoc vt dissoluantur sponsalia.

Fas est deferre hanc causam occultam ad Iudicem quando sponsa monita per amicos &c. vt desistat à sponsalibus, vult adhuc contrahere; quia sponsus vtitur iure suo ad se defendendum, cum nō possit alio pacto, nisi Iudicem ad eundo ea dissoluere. sicut etiam licitum est denunciare Iudici furem occultum, quando ille non vult desistere secreta monitione, vt ait Tab. ver. inquisit. num. 6. Armilla, ibi num. 8. & Sotus de secr. mem. 2. quest. 6. paulo ante sol. ad. 3. Corduba sum. quest. 111. &c.

DISPVATIO LXXI.

Qualis probatio impedimenti matrimonij sit plena, & sufficiens ad hoc vt Ecclesia impediat illud celebrari, & sponsalia dissoluat.

Quoties agitur de aliquo impedimento matrimonij, cū quo esset peccatū illud contrahere, sufficit vnus testis ad faciendam plenam probationem in foro externo. habetur expressè C. super eo 2. de testibus, & attest. & C. prae. de sponsal. est communis DD.

Quod si sponsalia iuramento fuerint firmata, sufficit etiam vnus testis omnino integer, qui putatur talis esse arbitrio Iudicis, quia agitur de vitando peccato, ne scilicet impedimentum habentes contrahant matrimonium contra Ecclesiae prohibitionem. ita Abb. C. super eo de con. n. 7. Mascard.

de prob. concl. 1035. n. 10. Couarr. 4. dec. 2 p. c. 6. §. 10. n. 22. Hort. 4. c. praterca v. nisi iuramentum contra Ant. Gregor. Lopez, Iacobum Leonesca, & alios citatos à Sanc. hic nu. 8.

- 2 Debet tamē hic testis ad hoc vt impediatur sponsalia deponere, & iurare. nā si non iurat, parum creditur ipsi, debet etiam asserere se certo scire impedimētum. nām si rātum asserat de auditu nō sufficit, nisi asserat audiuisse a maioribus, & sciat distinguere gradus clara computatione ab vtroque latere nec debet esse vilis persona, nam si talis sit, nō impedit perfici spōsalia nisi factū ita sit occultū, vt nō possit probari, nisi per vilē personā. sic DD. infra.
- 3 Et testis habens prædictas qualitates sufficit ad faciendam in hac re plenam probationem, etiam si per partē producentem fuerit Iudici oblat⁹ absque citatione, & quamuis velit testari absque nominis publicatione. vide de his plura apud Sāc. à n. 7. & Masc. concl. 1035. de prob. & cōcl. 104. Host. C tua de cohabit. Pal 4. d. 27. q. 1. ar. 3. c. 9. & alios ab Auct. cit. Cou. 4. dec. 2 p. c. 6. §. 10. & alibi Alex. de Neuo c. 1. de cōsāg. n. 3. vbi Præp. n. 4. Gut. q. cā. lib. 1. c. 11. n. 31. 32. Card. c. prat. 2. de spōs. n. 1. vbi lo. And. n. 2. Cald. & Anch. d. c. prat. v. nisi iuram. n. 4. Menoch. de arb. lib. 2. cō. 1. casu 90. Dico 2. fama impedimēti (quæ tūc est quando maior pars viciniae acclamat) plenē probat illud, & sufficit ad spons. dissoluēda ēt si iurata sint. sic habetur C. super eo de cōs āg. debet tñ cōstare Iudici, vt Iud. nō vt priuato, nā si tñ cōstet Iud. vt priuato, dat solū facultatē vt ipse possit requirere, & recipere probationē, vel per se ipsū de plano, & sine ord. Iudic. pōt certificari de impedim. vide Abb. d. c. super eo Ant. Cucū, Henr. Alex. de Neuo Cardin. & alios sup. rel.
- 4 At si sint clariores probat. de cōtr. fama, nō sufficit fama impedimenti ad dissoluēda spōsal. sic Glo. per illū tex. c. cū tua de spōs. & multi ex cit. DD. n. præ. Gl. C. cū in tua de spōs. v. fa. vbi Ant. sine Anch. n. 4. Abb. n. 3. Alex. de Neuo n. 22. Masc. de prob. cōcl. 1035. n. 14. Admittitur ēt ad hāc famā destruēda iuramē-

tū cōsāguin. & parētū, vel ēt ipsorū spō forū iuratiū se nō eē cōsāguineos iuxta Iud. arb. Mē. de arb. lib. 2. cō. 3. c. 2 43. n. 4.

- 5 Rumor tñ nō sufficit ad dissoluēda spōs. & faciēda plenā probat. quia in in⁹ probat, quā fa. C. super eo. nā Rumor ē, quādo 3. vel 4. pars viciniae acclamat, fama vero quādo maior pars. sic Host. Io. Andr. Card. Præp. & alij d. c. super eo Ang. v. fa. n. 4. Sylu. ibi. Tab. ini. Arm. n. 1

DISPVATIO LXXII.

An cōfessio vtriusque, vel alterius sponsi assentis esse impedimētū sit sufficiens probatio ad sponsalia dissoluēda.

- 1 **S**I ābo cōiuges fateatur impedimētū tūc dissoluūtur spons. quia mutuū præstāt cōsēsū ad eā dissoluēda, similiter dissoluūtur si alter tñ fateatur esse impedimētū, & si is, qui optat spōs. valere, & perfici, quia iā habetur disēsus āborū, illi⁹. f. qui recusat matrimon. & hui⁹, qui cū velit illud cōtrahere, tñ fatetur impedimētū. sic ēt Masc. de probat. conc. 1035. nu. 17. & 18. Menoc. de arbit. lib. 2. cent. 2. casu 103. num. 2.
- 2 At si ille qui recusabat matrimonū fateatur impedimētū nō creditur ipsi quia est cōfessio facta in suū fauorē, lic, Abb. C. super eo de cōs āg. n. 8. Men. l. ci. n. 3. Alex. de Neuo d. c. super eo n. 13. Masc. loc. cit. num. 18. & alij.

DISPVATIO LXXIII.

Qualis certitudo causæ sufficientis ad dissoluēda sponsalia requiritur vt licitē valeant dissolui pro foro conscientie.

- 1 **I**LLa certitudo sufficit, quæ esset sufficiens in foro externo ad faciēdū diuortū matrimonij propria auctor. ita Sot⁹ 4. d. 36 q. vni. ar. 4. ver. circa singulis & P de Led. de ma. q. 62 ar. 3. circa 2. cōc.
- 2 Hinc patet satis esse vnū testē iurātē de certa sciētia, & nō sūt cōiecturæ quod is mentiatur, vel famā; quia hęc probāt pro foro externo vt disp. 17. dictū est, & sufficit ēt si testis non iuret, quādo est fide digna, vel si ipse spōsus proprio experimēto, vel relatione aliorū cognoscat mulierē tēpore spons. nō fuisse Virginē tūc pōt in foro conscientie ab his resilire. sic Molina 1. 2. de iust. tract. 2. d. 272. fol. 120.

LIBER SECVNDVS

DE ESSENTIA MATRIMONII,

Agitur hic de essentia, & indissolubilitate matrimonij, & qualiter Sacramentum sit, quo pacto per Pontificem, aut Religionis ingressum solui possit qualis consensus ad id requiratur, tandem quodnam est obiectum, & finis ipsius consensus.

DISPVATIO I.

Quid sit matrimonium, & in quo eius essentia consistat.

Matrimonium definitur. (ē coniunctio maritalis maris, & sceminæ inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens) Dicitur coniunctio, quia in ea consistit matrimonij essentia, nempe in ipso vinculo, quo sunt formaliter coniuges vniti, quod oritur ex mutua traditione. sic ē D. Th. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. *questiunc. 1. ad 2.* Victoria *summa de matr. n. 2 46.* Henr. lib. 11. *de matr. c. 8. nu. 2.* & alij, nec talis relatio est rationis, sed realis, quia fundatur in actione externa, & reali, qualis est ipse contractus. quod autem consistat in tali vinculo essentia matrimonij probatur, quia nil aliud potest assignari, non enim potest consistere in consummatione. nam B. Virgo cōtraixit verum matrimonium cum SS. Iosepho, nec illud consummauit, nec in mutua corporum traditione, cum hæc transeat, & matrimonium permanet, nec in obligatione ad reddendum debitum, quia factō diortio cessat talis obligatio, & remanet matrimonium, nec denique in consensu interno, aut externo contractu, quia hi sunt causa efficiens matrimonium.

Dicitur maritalis, vt explicetur mutus consensus. Dicitur viri, & scemi-

næ, vt explicetur subiectum.

Dicitur inter legitimas personas, quia non debent habere impedimentum. cætera sunt apposita ad ostendendam indissolubilitatem.

Dicitur hoc matrimonium ante copulam ratum quando est Sacramentū vt est inter fideles. apud infideles dicitur legitimum, quia non est Sacramentum, sed legitimo consensu perficitur. post copulam dicitur consummatum.

DISPVATIO II.

An matrimonium sit homini naturale.

Respondeo esse naturale, quatenus hoc nomen dicit id; quod prouenit ex inclinatione naturali; non quasi proueniens ex proprijs naturæ, vt est proprium igni fursum ferri, terræ descendere &c; pars posterior probatur, quia celebratur ad arbitrium contrahentium. prima pars probatur quia cum non possit vnusquisque se ipsum perpetuo conseruare, & perficere, natura intendit saltem per indiuiduorum multiplicationem conseruari, & perfici, quod fit per cibum, quo vita cuiuslibet conseruatur, & per generationem, per quam natura multiplicatur; & quoniam ea non tantum intēdit generationem, sed etiam prolis perfectionem, & educationem, inde est vt matrimonium debeat esse indissolubile, nam si vagus esset concubitus incerta esset proles, & amor parentū

teperceret in filios. vt colligit D. Tho.
3. *contra. gent. cap. 12.*

DISPVATIO III.

An matrimonium cadat sub præcepto.

PRæceptum matrimonij singulos obligabat, dum pauci erant, quia matrimonium est necessarium ad speciei conseruationem, ad quam homo tenetur, & nūc verius ē extare adhuc hoc præceptum, licet non obliget pronunc; sed tempore necessitatis, quia ē præceptum naturale. ita D. Tho. 4. d. 26. q. 1. Duran. q. 2. Sotus q. 1. ar. 2. Petr. Ledes. de mat. q. 41. ar. 2. Vega sum. casu 144. lib. 3. Angles flor. 1. p. q. 1. de ess. mat. d. 26. ar. 2. diff. 3. fol. 522. Viuald. Gandel. 1. p. de mat. n. 9. & alij; nec fuit à Christo abrogatum; ynde si omnes perirēt, monachi tenerētur ex hoc præcepto matrimonium inire. sic Sotus, Angles, Viuald⁹ Vega *loc. cit.* P. Mol. 1. de iust. tr. 2. dis. 22. f. 169. Possēt etiam nunc accidere casus, vt quis teneatur ex charitate matrimonium inire ad magna scādala vitanda, vt si esset filius Principis, & magna bella orirentur, nisi duceret uxorem.

Sunt tamē qui dicant hō extare nūc hoc præceptum. ita D. Bonau. 4. d. 26. ar. 1. q. 3. Alex. de Neuo rubr. de spons. n. 20. Riccar. 4. ar. 3. q. 3. nec Monachos obligari casu, quo omnes perirent; sed putandū esse mundi finem adesse.

Hos nouissime sequitur Pōtius lib. 1. de mat. c. 4. n. 11. malē tamē appellat hanc quæstionem curiosā magis, quam vtilem. nam ex ea magis cognoscitur natura, & vis istius præcepti. vt benē aduertit Pet. Ledes. de mat. q. 41. art. 2. quod passim fit à Theolog. in scholis; vt omnes sciunt.

DISPVATIO IV.

Quando matrimonium sit institutum in lege nature, & Evangelicæ.

Certum ē āte Adam lapsus fuisse institutum matrimonium in

naturæ officium; post peccatum in remedium concupiscentiæ, in lege vero noua à Christo eleuatum in Sacramentum.

2 Probabilius est in lege veteri fuisse institutum simul ac fuit præceptum. Gen. 1. *crescite &c.* quia tunc Deus concessit mutuam corporum traditionē, in qua matrimonium consistit, Adam vero quando pronunciauit illa verba Gen. 2. *os ex ossibus meis &c.* non instituit vt aliqui volunt matrimoniū; sed primus omnium contraxit ex S. Th. in 4. d. 26. q. 2. ar. 2. ad 4. Palud. q. 1. fin. in 4. d. 26. Altifid. l. 4. summ. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 2. Abul. 1. reg. Soto 4. d. 26. q. 1. Angles flor. p. q. 1. Viguer. l. inst. c. 16. Pet. de Ledesma à n. 4. d. 26. q. 2. ar. 2. ad 4. & alijs tum Theologis, tum Canonistis, quos refert Sanch. hic nu: 3.

3 Contra magistrum 4. d. 26. D. Bonauen. *ibi ar. 1. q. 2.* Valdens. lib. de sac. cap. 132. Alensem 4. p. q. 2. mem. 2. ar. 1. Adr. 4. q. 1. de mat. & alios putantes institutū esse ab Adamo illis verbis (*hoc nunc os ex ossibus meis.*)

4 In lege noua de fide est à Christo Domino fuisse institutum, & probabilius est tunc quando illud commendauit, & inseparabilitatē præcepit Matt. 19. sic etiam Adrian. d. q. 1. de matr. Victor. sum. de matr. n. 241. Veracrux 1. p. specul. ar. 1. Palacios 4. d. 1. dis. 7. Viuald. *loc. cit.* Enriq. lib. 11. de matr. cap. 2. n. 1. & alij; quidam tamen volunt in nuptijs Cænæ fuisse institutum. sic Viguer. lib. inst. cap. 16. s. 7. ver. 1.

***** Duo notat Pontius lib. 1. c. 3. n. 1. & 2. circa hanc disputationem. primum est falso Sanch. citare pro sua sentētia D. Thomam, & alios recentiores citatos num. 2. Secundum est immerito citare pro sententia opposita Valdensē, Alex. Alensem, & Adrianum, vt vidim⁹ num. 3. Verba Pontij sunt (*sed quando, & à quo contractus iste matrimonij fuerit institutus, non omnes conueniunt. primum à Deo in Paradiso institutum volunt serē omnes &c. volunt autem institutū à Deo, vel immediate, & per se ipsum illis verbis Gen. 1. crescite, & multiplicamini. sic Syllu. Tho.*

Thomas, Sanch. libro secundo disputatione quarta citatis alijs, inter quos citat Diu. Thom. in 4. dis. 26. qua. secunda ar. secundo ad quartum sed non recte solum, enim dicit Diu. Th. eo loco matrimonium fuisse à Deo ante peccatum institutum in eo, quod creauit mulierem in adiutorium viri, & dixit illis crescite, multiplicamini) & Paulo post (vel volunt alij institutum à Deo in ipsa Eua creatione, illis autem verbis solum predictam quidem fuisse à Deo futuram matrimonij institutionem. sic Vgo &c. Veracruæ l. p. speculi coniug. art. 1. in principio, quem falsò Thomas, Sanch. citat pro prima sententia, sicuti Vignerium, & alios recentiores) & num. 2. ait (Rursus alij à Deo quidem institutum volunt non immediatè, sed mediante Adamo, cum ex diuina inspiratione pronunciauit illa verba Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus, sic Magister & cætera, & alij quos refert Gabriel. Vasquez dis. 1. de matrimonio cap. 2. numero sexto, ubi etiam ostendit quam immeritò Thomas, Sanch. pro hac sententia numeret Valdenses, Adrian. & Alexandrum, Alensem.)

Sed facile quibus aduertere poterit non benè id asseri à Pontio ex ipsorum Doctorum verbis; quæ mox afferam, & quoad primum D. Tho. loco citato ita aperte est in illa sententia, scilicet matrimonium simul ac præceptum institutum fuisse per illa verba crescite, & cætera vt valdè mirer Pontium de hac re dubitare potuisse, nam in eo articulo 2. S. Doctor quærit an matrimonium debuit institui ante peccatum. & primo loco, vt solet, proponit partem negatiuam, pro qua in quarto argumento obijcit sibi (matrimonium debet institui à Deo, sed ante peccatum verba ad matrimonium pertinentia intelligi illa hoc nunc os de ossibus, & cætera sunt dicta ab Adamo. nam illa crescite, & multiplicamini fuerunt dicta (scilicet à Deo) alijs Brutis; ergo & cætera) ad hoc argumentum Respondet Diuus Thomas his verbis (ad quartum respondeo quod matrimonium

ante peccatum fuit institutum à Deo in hoc, quod homini mulierem in adiutorium de costa formauit, & dixit eis crescite, & multiplicamini & cætera, quod quamuis animalibus dixit, non tamen per ea eodem modo implendum, sicuti per homines, Adam autem verba illa protulit à Deo inspiratus, vt intelligeret matrimonij institutionem a Deo factam) in quibus verbis notandum est quod si Diuus Thomas, vt vult Pontius intelligeret institutionem matrimonij factam fuisse in eo quod creauit mulierem in adiutorium viri, alia via debebat soluere argumentum propositum, concedendo, scilicet verba pertinentia ad matrimonium dicta fuisse ab Adamo, & illa crescite, & cætera dicta fuisse cæteris animalibus, & deinde negando consequentiam, & assignando institutionem matrimonij factam esse in eo quod creauit mulierem in adiutorium viri, sed S. Doctor non ita respondit, sed explicauit illa verba crescite, & cætera alio modo fuisse dicta hominibus; ac alijs animalibus, & ita intelligunt Diuum Thomam, Enriquez libro undecimo de matrimonio cap. prima in commem. 1. b. Soto in quarto disputatione vigesima sexta q. 1. articulo secundo in prima cõclusionè. & dicit esse communem Sylu. verbo matrimonio primo §. secundo Petrus de Ledesma quest. quadragesima secunda articulo secundo ad quartum. Angles flor. secunda parte quest. secunda de essentia matrimonij di. vigesima sexta, articulo secundo diff. secunda & alij multi ex quibus patet primum Pontij dictum falsum esse nimirum alios Recentiores à Sanch. pro sua sententia allatos id non dicere, quorum verba, vt breuitati consulam, non refero, habent enim omnes similia his, quæ dicit Angles loco citato (Deus immediatè, & non per aliquem ministrum contractum matrimonij instituit) & paulo post (matrimonium in statu innocentie fuit à Deo in officio institutum, patet Gen. 1. crescite &c.

Secundum vero dictum Pontij, nimirum Valdensem, Alensem, & Adrianum, quos pro opposita sententia citat Sanchez id non dicere, non minus esse falsum, quam primam, ipsius Valdensis verba demonstrat is enim *l. de sacram. c. 132.* hec ait ipse Dominus Deus noster auctor coniugij adduxit mulierem ad Adam, & statim Adam ille primus in verba matrimonialis contractus Spiritu Sancto spirante prorupit, hoc nunc os &c. idem etiam infra repetit Alensis 4. p. q. 2. mem. 2. ar. 1. circa finem respodens aduersarijs dicentibus non esse Sacramentum; quia non erat à Deo institutum sic ait Deus instituit factu, instituit verbo, sed Adam mediante omitto Adrianum, quem apud Enriq. quasi testem, omni exceptione maiorem reperias *lib. 12. c. 1.* quare desinat tandem Pontius identidem Sancium aut negligentia, quod Auctores non legerit, aut ignauia, quod non intellexerit, aut denique falsitatis, quod falso citauerit, arguere, cum toties vt vidimus hactenus, ipse Pontius hac in re falsus sit; unde non amplius eum morabor in hoc; omnes enim intelligent illum falli, nō Sancium, qui Authores omnes, quos citat proprijs oculis legit, vt ipse ait in proemio; praesertim cum praesumatur semper falsus, qui alias fuit falsus in Auth. de fid. intr. qualem Pōtium fuisse vidimus, dum dicit identidem Sācium nostrum male citasse auctores.

DISPVATIO V.

Qua sit materia, & forma Sacramenti matrimonij.

Respondeo materia Sacramenti sunt verba quatenus sunt expressio mutuae traditionis; quatenus vero sunt expressio mutuae acceptationis, sunt forma. Probatum quia traditio est imperfecta, & inefficax donec acceptetur, & posita acceptatione fit efficax; contrahentes vero sunt materia, circa quā exercetur forma: & hoc loquendo de Sacramento in fieri; nam de matrimonio vt Sacramēto in facto esse dicimus; contrahentes esse mate-

riam; ex qua videtur in hac sententia esse D. Thomas 4. d. 26. q. 2. art. 1. eam tenet Sotus d. 1. q. 1. art. 6. v. ad dubium Bellar. l. 1. de matr. cap. 6. Suar. 1. r. de Sac. q. 60. ar. 8. di 2. sec. 1. Lud. Lopez. 2. p. inst. de mat. cap. 35. fol. 1020. Angles Floribus 1. p. de mat. q. 1. dis. 26. ar. 4. diff. 1. concl. 2. & alij.

2 Sunt tamen in hac re quinque sententiae differentes.

Canus l. 8. de locis. theologis c. 5. vult verba contrahentium esse materiam, Sacerdotis vero formam, sed de hac sententia videbimus disp. sequenti.

Præp. C. tua de spons. sine vbi Abb. num. 10 Humada in 1. part. tit. 1. glōf. 2. l. 2. nu. 19 Sylu. matrimonium 1. q. 1. & alij dicunt consensum esse materiam, verba, quibus illum contrahentes expriment esse formam.

Maior. 4. d. 26. q. 1. vero ait verba exprimentia consensum esse materiam, ipsum consensum formam, sed nō placent praedictae duae sententiae, quia materia totalis sacramenti debet esse sensibilis.

Quarto Palud. 4. d. 26. q. 4. a. 3. Adria. 4. de mat. q. 1. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 2. ante §. 1. Couarr. 4. decr. 2. p. c. 1. §. unico nu. 8. & alij docent contrahentes esse materiam, verba vero formam; sed refutatur, quia in cæteris contractibus non potest v. g. res vendita, vel locata &c. dici materia.

Angelus matrimonium 1. nu. 2. tandem Victoria, sum. de matr. num. 245. Viualdus, Candel. 1. p. de matr. num. 17. Grisaldus sum. v. matr. num. 15. & alij dicunt verba, quae à priori contrahente dicuntur esse materiam; quae vero à posteriori, formam; sed si hoc esset materia, & forma, nō esset certa, sed vaga.

DISPVATIO VI.

Quis sit minister Sacramenti, an sit Sacerdos, ita vt ante Tridentinum non fuisset Sacramentum, si celebratum fuisset absque Sacerdotis praesentia &c.

Omnino tenendum est ministrum matrimonij nec ante Tridentinum fuisse Sacerdotem, quia ante etiam

etiam matrimonium clandestinum sine Sacerdotis præsentia ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 1.* erat verum matrimonium; nec post Concilium Tridentinum, sed ministros esse contrahentes; probatur quia matrimonium est contractus humanus, qui petit ut ipsimet contrahentes se ligent suis consensibus. Sic Bellar. *lib. 1. de matr. a. cap. 6.* vocans oppositam sententiam temerariam Suar. *1. so. de sacr. q. 65. d. 16. se. 1.* Petrus à Ledesma, *de matr. q. 42. art. 1. dub. 4. conc. 6.* Vega *lib. 6. sum. casu 117.* Enriq. *lib. 11. de matr. cap. 2. num. 7.* & alij Theologi apud Sanchez hic *num. 2.*

² Hinc deducitur nō peccare mortaliter Parochum assistentem matrimonio cum peccato; quia ipse non est minister, nec etiam nuptias benedicens; quia ea benedictio est sacramentalis; peccare verò coniuges secundum aliquos, quia sunt ministri. Sic Nauarr. *cap. 1. §. sacerdos num. 10. de pœnit. d. 6. in solut. ad 5.* & Petrus de Ledesma. *de matr. quest. 42. art. 3. ad ultimum.* verum puto verius eos non peccare, quia non sunt ministri consecrati ad id munus; sed solum sunt ministri ex quadam necessitate. Sic etiam Palud. *4. d. 5. q. 2. n. 22.* Sotus *4 d. 1. q. 5. ar. 6.* Enriq. *lib. 11. de matr. c. 2. ledes. 1. p. 4. q. 5. a. 6. dub. 3.*

³ Miror Pontium illius esse ingenij; ut quod sibi displicet, statim non recte dictum asserat. quid magis apud Doctores commune est, quam Ministros Sacramenti ad id speciali consecratione minime deputatos non peccare, ex hoc quod non sint ingratia: ut videre est in Suar. *dis. 16. se. 4. de sacr.* Gaet. *in 3. p. ar. 6. ad. 3.* Sylu. *v. Baptism. 3. num. 5.* Sot. *4. d. 1. q. 5. a. 6.* Enriq. *l. 1. cap. 29. num. 4.* Coninc. *de sacr. quest. 64. ar. 6. dub. 1. num. 37.* Laym. *tract. 1. cap. 5. de sacr. in com. v. dico 3.* Filiucc. *tract. 1. c. 6. num. 88.* Chamerot. *cap. 2. d. 3.* Sayr. *lib. 2. cap. 7. quest. 1. ar. 2.* Victoria *de sacr. quest. 29.* Possuino *de ministr. sacr. cap. 5. num. 40.* Pelantio *3. p. qu. 74. a. 6.* Bonac. *dis. 1. p. 2. q. 3. num. 2.* & alijs innumeris. At Pontius quasi Sanchez aliquod absurdum diceret, vel ipse ali-

quod evidens, ac novum haberet argumentum; ait *l. 1. cap. 8. num. 11. secundo colligitur contrahentes in p. m. peccare duplici de causa, & duo peccata committere; tum quia recipiunt sacramentum in mortali peccato, tum etiam quia illud in mortali ministrant quare nō recte Soto, & eum sequutus Th. Sanchez. l. 2. d. 6. nu. 4. qui docet contrahentes non peccare quatenus ministri sunt, quia licet sint ministri per se huius Sacramenti; non tamen sunt ministri consecrati, atq; ideo non abutuntur consecratione sicut aliorum Sacramentorum ministri. id certe nullius momenti est ministras enim in peccato mortali Sacramentum, non peccat, ea ratione quia consecratione abutitur, alias peccaret Episcopus in consecratione chrisimatis, in benedictione altaris, & Diaconus cum ministrat altari, vel canit Euangelium, aut concionator in p. m. vel cum Subdiaconus canit epistolam, nam ad hæc omnia sunt consecrati ministri, & abutuntur consecratione; quæ tamen Soto non admittit: peccat ergo ministrans in peccato m. quia neq; Deo auctori sanctitatis, neq; Sacramento, quod est causa gratiæ, conformis est: cum tamen sit in eo Dei instrumentum, & inter instrumentum, & causam principalem debet esse conformitas quam rationem assignat D. Th. 3. p. q. 64. ar. 6. in corpore. Ex cuius Doctoris verbis, tria mihi displicent: primum est quod dicat rationem allatam à Sancio nullius esse momenti: cum tamen omnes Doctores, quos retuli, & alij plures apud ipsos hac vnicā vtantur ad probandum, quod Sacerdos in peccato ministrans Baptismum ex necessitate, & alij nō peccet; quia scilicet nō sunt ministri ad id munus per se consecrati. & quod caput est ex ea ratione à peccato excusat D. Th. l. a Pontio cit. ad. 3. vbi ait in articulo tamen necessitatis, nō peccaret (Sacerdos) baptizando in casu, in quo posset etiam Laicus baptizare; sic enim patet quod non exhiberet se ministrum Ecclesiæ, sed subueniret necessitatem patienti. vbi Gaet. Glossat. ait distinctio est de ministro vel ex officio, vel ex necessitate, & licet quicumq; baptizat sit minister Christi, & Ecclesiæ altero modo; non tamen semper est*

minister ex officio, de quo solo probatum est quod oporteat esse iustum. En eandem Sancij rationem; ait. n. ipse *multo verius est, non peccare lethaliter; quia non sunt ministri consecrati ad id munus; sed solum illis concessum est, necessitate quadam, quia oportuit materiam, & formam in ipso contractu constitui; contractus autem fieri non potest, nisi per contrahentium consensum* quis igitur non miretur Pötium adeo despiciere rationem: qua ipsum Theologiae lumen Diuus Thom. vsus est, ac cæteri insignes DD. vt nō vereatur dicere eam nullius esse momentū poterat ergo āplectēdo contrariā sentētiā; quā Sāch. probabilē putat, alia via argumētū declinare, vt prudenter Hurtadus fecit *desf. 22. de m. st. dis. 3 nu. 84.* dicens quia licet nō sint ministri cōsecrati, sūt tñ vere ministri, & perse ex institutione Christi. Secūdū quod in Pötio displicet est, ipsū nō progredi vterius dū Sācij argumētū impugnat; repetit. n. idē quod Sāch. iam negat; nam vt vidimus ideo ait non peccare, quia sunt ministri ex necessitate, non ad id munus ex officio consecrati, & deputati. qua distinctione ait Filiuccius *tr. 1. de sac. cap. 6. num. 88.* intelligenda sunt Loca scripturæ, & Doctores asserentes vniuersaliter ministrum Sacramenti peccare si scienter in mortali administret. neq; instantia illa de Episcopo consecrante chrismā &c. multum meo iudicio vrget. facile enim, à Soto responderi potest, & vt melius dicam iam respondit *l. c. ver. quocirca dubium est;* quia licet sint ministri ad id ex officio deputati, & consecrati; tamen mortaliter nō peccant, quia istæ actiones non sunt sacramenta; nec per eas operantur aliquam sanctitatem: & sic non est grauis abusus, sicuti nō est abusus quādo minister ex necessitate est deputatus, & non ex consecratione: Hinc displicet tertio tam facile hunc Auctorem asioqui Doctum, notare nostrum Sancium, quod *non recte dicat;* quod eius ratio *nullius sit momenti;* cum posset suam sentētiā absq; tanti viri cōtēpu sustinere: præsertim cū innumeri Doctores Sācij sentētiā, eiusq; vnica ra-

tionem sequantur. ita præter Sotū Lop. Enriq. Palud. quos ipse citat: tenēt Cōninch. *de sac. q. 64. d. 1. ar. 6. n. 38.* Mart. Ledes. *t. 1. de sac. d. 9.* Fer. *de Hered. p. 10. d. 3. n. 4.* Filiuc *tr. 1. c. 6. n. 87.* dicens esse rem, satis certā Io. Lacruc. *Dir. cōs. p. 2. q. 4.* Villalob. *t. 1. tr. 4. diff. 4.* Pau. Laym. *l. 5. tr. 1. c. 5. n. 9.* Fernan. exam. *theo. p. 2. c. 18. §. 1.* Diana ill os referens *p. 3. tr. 4. res. 199.* F. Iesu al. à Bon. *p. 1. th. m. tr. 32. c. 3. n. 12.* Auerf. *de eff. ma. q. 2. sec. 2. §. 9.*

DISPVATIO VII.

An matrimonium in lege veteri, & naturæ fuerit sacramentum.

Matrimonium in lege veteri, & naturæ non fuit Sacramentū. Probatur quia Florent. decreto de Sacram. numerat matrimonium inter Sacramēta nouę legis dicēs esse hoc Sacramentū distinctū à Sacramētis veteris legis, quod gratiā cōferat, & cōtraria sentētiā, quā defendūt Pet. de Soto, Castro, & Catherin⁹, à Bellarm. appellatur nō tuta. *lib. 1. de mat. c. 5. ad secūdū.*

DISPVATIO VIII.

An per legem Euangelicam matrimonium Infidelium, vel fidelis cū Cathecumena ex dispensatione Pötificis sit Sacramentū.

Respondeo matrimonium Infidelium non esse Sacramentum; quia ianua Sacramentorum est Baptismus, & si appellatur *c. gaudemus*, Sacramentum dicitur improprie, & large, vt etiam potest dici matrimonium illud veteris legis. sic Abulēs. *1. reg. c. 8. q. 42.* Sotus *4. d. 26. q. 2. a. 3. ad 4.* Veracru. *3. p. speculi ar. 35.* Bart. à Ledesma. *dub. 5. de matr. sine.*

Matrimonium vero contractum inter fidelē, & Cathecumenā, nec est Sacramētū, neq; ex parte vnius fidelis; quia sicuti est vnū numero matrimoniū, ita debet esse vnū numero Sacramentū, ergo si in vno coniuge non est Sacramentū, neq; erit in altero. ita etiā Angles Floribus, *1. p. q. 12. de disp. cultus a. 1. dub. 1.* & Enriq. *lib. 11. hic c. 2.* contraria sententia est Soti, *l. c.* & Echij *t. 4. hom. 73. de sacram.*

DISPVATIO IX.

An matrimonium infidelium, cum ambo baptizantur, fiat Sacramentum, eijsque gratiam conferat.

1 **C**ertū est ex 1. Cor. 7. matrimoniū legitimè contrahi ab infidelibus, nec opus esse forma Trid. & postquam ambo baptizantur, nō indigere benedictione ecclesiastica &c. vel vt iterū cōtrahant corā Parocho, & testibus, quia eam formulam prescripsit Trident. fidelibus, benè tamen faciunt si benedictiones accipiant.

Probabilius tamen est effici Sacramētum statim ac baptizantur, quia ante baptismū matrimoniū poterat dissolui vno coniuge baptizato, & post baptismum ita fit indissolubile: vt nequeat dissolui, sicut & cætera matrimonia fidelium; ergo est Sacramētū, quia fit tāquam matrimoniū post Baptismū cōtractū, sed totū hoc habetur post Baptismū statim, quia repræsētat indissolubilitatē Christi cū Ecclesia, sic Palud. 4. d. 26. q. 4. a. 3. n. 25. Deça q. 1. ar. 4. ad 5. Argētina 4. d. 39. con. 2. Pet. Bollo econo. canon. class. 2. c. 4. §. 7. Veracrux, 2. p. speculi ar. 36. cōcl. 2. & Veg. lib. 4. sum. casu 113.

2 **C**ontraria vero sentētia, quæ asserit nullo modo effici Sacramētū, est valde probabilis, & eam tenēt multi discipuli D. Th. quos laudat Veracrux 2. par. speculi ar. fin. probatur quia quamuis verba proferantur de nouo non efficiatur nouum matrimonium ergo neq; efficiatur Sacramentum.

3 **P**robabilis itē valde est illa, quæ dicit ad hoc vt fiat Sacramētū desiderari nouum cōsensum post baptismum vel nutu, vel copula habita expressum. Ratio est quia matrimoniū hoc postquā baptizantur, fit indissolubile, ergo fit Sacramētū. requiritur autē nouus consensus, vt detur materia sic Enriq. l. 11. de ma. c. 8. n. 1. Capreolus Pet. Ledes. & alij quos refert Sanch. hac dis. num. 4.

* **V**bi licet aduertere Pontium lib. 1. c. 9. n. 7. perperā arguere nostrū Sanciū in consequētie, dum probat matrimoniū infidelium sumptione baptismi effici Sacramētū, gratiāq; cōferre ex eo quod

significatio coniunctionis Christi cum Ecclesia conueniat matrimonio ratione baptismi: Verba Pōtij sūt eo autē q̄ ea significatio, nēpe coniunctionis Christi cū Ecclesia, cōueniat matrimonio ratione baptismi, nō rectè inferi T. b. Sanch. matrimoniū effici Sacramētū, & cōferre gratiā susceptione baptismi quib⁹ sanè verbis apertè dicit vim argumēti nostri Sanciij in hoc esse sitā; matrimoniū post baptismum statim significat coniunctionē Christi cū Ecclesia; ergo statim efficitur Sacramētū. quā cōsequentiā ait Pōtius nō rectè inferri ex illo antecedenti; nā cōcesso illo adhuc negatur cōsequētia ex his quæ habet idē Pōtius eodem lib. 1. c. 11. a. n. 5. sed quidquid sit de veritate huius doctrine: scio Doctores hinc inde diuisos. illud vnū verissimū est nō esse hāc vim nostri Sanciij, & per cōsequens in cōsequētia nō est reprehēdendus à Pōtio, quod sic ostēdo. Sanch. in hac dis. 9. lib. 2. n. 5. ponit suā sententiā habētē duas partes, quarū prior est: matrimoniū infidelium post baptismū efficitur Sacramētū; & est cōtra auctores primæ sētētiæ, qui dicūt nullo modo effici Sacramētū; quos ego retuli nu. 2. posterior: ad hoc nō requiritur nouus cōsensu; est cōtra secūdā sētentiā asserētē requiri nouū consensū: cuius auctores habes. n. 3. huius disputat. priorē partē m sue cōclusionis probauit argumētis secūdæ sētētiæ, quā retulit n. 4. cuius secundū erat *matrimonium infidelium nec est ratū, nec indissolubile c. quāto de diuorijis eo q̄ Sacramētū nō fit, sed vbi baptizantur fit indissolubile; ergo fit Sacramētū. quia iam perfectè significat coniunctionē Christi cū Ecclesia quod est proprium Sacramenti matrimonij.* Probata igitur priori partē suæ cōclusionis cōtra primā sententiā argumētis & doctrina secūdæ sētētiæ; probat suā secūdā partē, nimirū statim ac baptizantur absq; nouo consensu expresso fieri Sacramētū: iisdē argumētis quib⁹ auctores secūdæ sentētiæ probāt cōtra primā effici Sacramētū. vis autē argumēti in forma redacti hęc est; est Sacramētū ex eo quia est indissolubile post baptismū, & significat coniunctionē Christi cū Ecclesia; sed hęc indissolubi-

lubilitas, & significatio aduenit sine nouo cōsensu cōtrahētū, statim post baptismū; ergo statim post baptismū sine nouo cōsensu fit Sacramētū: Maior hui⁹ propositionis supponit à Sāc. iā probata ab ipsis DD. vnde dicit (*probat prior pars argumenti secunde sententia*) minor quod scilicet statim ac baptizatur, habeatur indissolubilitas, & significatio supponitur ab ipso vt certa, & Pontius ipse docet *lib. 1. cap. 11. nu. 14.* vbi hæc habet (*at vero significatio coniunctionis Christi cum Ecclesia per Sacramentum fidei conuenit vinculo perseuerantis matrimonij statim ac baptismum suscepit, si in fidelis erat, vel eo ipso quod baptizati vinculum est sine consensu coniugum; ut diserte docet Thomas Argentina, itaq; statim ac baptizantur infideles illorum coniugum antea contractum est signum coniunctionis Christi cum Ecclesia per Sacramentum fidei & etiam unionis hypostatica, si consummatū erat*) stet igitur non peccasse Sancium in modo argumentādi, quis enim nō videat recte probari hæc consequentia; matrimonium infidelium fit Sacramentum sine nouo consensu post baptismum; ex hoc antecedenti: statim ac baptizantur infideles matrimonium eorum antea cōtractum repræsentat coniunctionem Christi cum Ecclesia, cum in Christi fide contractum perseueret, efficiturque indissolubile; ergo statim ac baptizantur efficitur Sacramentum, Sanchez enim hoc argumento, vt dixi, argumētatur immediatè contra eos, qui concedebāt fieri Sacramentum; sed negabant statim fieri sine nouo consensu; immeritò igitur incōsequētia repræhēditur à Pōtio vir omnium iudicio æquè doct⁹ ac solers.

DISPVATIO X.

An matrimonium in lege noua sit Sacramentum, & conferat gratiam.

DE fide est matrimonium fidelium esse Sacramentum verè, & propriè, gratiamque conferre, vt patet ex Trid. *sess. 7. cap. 7. & 8.* quamuis post Florentinum non esset de fide; vt ait Sotus *4. d. 26. ar. 3.* hoc quod gratiā

conferret. Prima pars probatur, quia est signum rei sacræ, nempe coniūctionis Christi cum Ecclesia, ergo est Sacramentum. Posterior pars probatur quia matrimonium esset iugum intollerabile sine gratia Dei, cum sit indissolubile, huius autem gratiæ duplex ē effectus reprimere concupiscentiam, & efficere vt coniuges fideliter sibi assistant.

* Vbi nota Sanch. nō dicere non fuisse de fide post Conc. Florentinum, vt ipsi imputat Pontius *lib. 1. de mat. cap. 5. n. 5.* ibi (*in quo valde errat Sotus Pet. Soto & illos sequutus Thomas Sanch. dum dicunt Soto, & Sanchez non fuisse de fide post Conc. Florentinū*) sed id dicere ex Soti sententia, quam ille refert, neq; approbans, nec reprobans. his verbis (*quāuis olim de fide esset matrimoniū esse Sacramentū, non tamen erat de fide gratiā conferre: post Florentinū autē res erat certa, non tamen de fide, vt ait Sotus & cat.*) cum enim non esset res alicuius momenti satis ipsi fuit hoc innuere ex Sot. vtrū vero ita sit nec ne parum curat, quod passim Doctores, faciunt, non .n. semper quando referunt aliquam sententiam, & illam non reprobant, illam tenent. vt bene notat Menoch. *lib. 2. presūp. 71. n. 39.* Alcia. *in tract. de pres. reg. 1. præ. 51. n. 2.*

Vnicum tantum esse Sacramētum certum quoque est, quia licet sint plura materialiter, & in genere entis, tamen vnicum est signum repræsentans vnicam vnionem Christi cum Ecclesia sic Pet. Ledesma *de mat. q. 42. ar. 1. d. 3. ad 3.* alios referens, & Enriquez *l. 1. de mat. c. 2. nu. primo.*

Si quis fidelis velit separare rationē Sacramenti à matrimonio ex aliqua ignorantia, de cætero intendēs facere, quod fideles efficiūt per matrimoniū, illud est verum matrimonium; quia hic error nō excludit debitam intentionem, at si faciat ex malitia intendēs tantum facere matrimonium, & nō Sacramentum, verè tūc nō est Sacramētum ex defectu intentionis, nec etiam est matrimonium in ratione cōtract⁹; quia ita Christus cōiunxit rationem,

Sacramenti à matrimonio, vt sit inseparabilis, sicuti nil faceret, qui vellet tantum facere Sacramentum, & non matrimonium. sic ex D. Tho. *addis qu. 51. ar. 2. ad 2.* Enriq. *l. c. cap. 11. n. 5.* & Suar. *t. 1. de sac. q. 64. ar. 10. dis. 13. sec. 2. ad finem.* Vbi nota ex D. Tho. *4. d. 26. q. 2. ar. 1. ad 5.* actus cōtrahentium esse Sacramentum tantum: effectus rem tantum: vinculū vero. rem & Sacramētū.

DISPUTATIO XI.

Explicatur an ex quo iure matrimonium per procuratorem contractū sit validū.

QVAERES I.

An ante Concilium Tridentinum matrimonium per procuratorem fuerit validum, & quas conditiones requirit.

TENendum est matrimoniū contractum per procuratorem validum fuisse ante Conc. Trid. *ex cap. fin. de procu. in 6.* Et ratio est quia Christus non immutauit contractus naturam; sed natura cōtractus est vt sit validus per procuratorem; ergo &c. talis autem procurator potest cōstitui absque scriptura vt cæteri procuratores, vt docet Angel. *v. matr. 2. n. 19.* ad hoc autem vt per procuratorem validè cōtrahatur, debet procurator habere quatuor conditiones. prima est speciale mandatum de matrimonio contrahendo etiam si sit generalis procur. ad omnia negotia. probatur *ex cap. quid agendum de procur. in 6.* & hoc est speciale in matrimonio. secunda debet esse mandatum ad contrahendum cū certa persona v. g. Berta, vel si non sit scripta in mandato, sufficit si ore tenus persona explicetur. sic etiam ex Theo. Enriq. *lib. 11. de ma. c. 2. n. 2.* Veracrux. *1. p. specul. ar. 16. dub. 5.* Bart. à Ledesma *dub. 18. de mat.* Pet. de Ledes. *de mat. q. 42. ar. 1. dub. 7.* cum alijs Theol. & Canonistis Couar. *4. dec. 2. p. c. 4. n. 8.* Abb. *C. in causis de elect. n. 15.* & *C. sedes de reser. n. 8.* Gloss. *C. finali de proc. in 6. v. speciale* & *C. quid agendum*, vbi Anch. Do-

min. Francus, & alij. Tertia non potest cōtrahi à substituto procuratoris, quando procurator non habuit hāc expressam facultatem *ex d. cap. fin. de proc. in 6.* quia eligitur industria personæ procuratoris. Quarta si tempore, quo cōtrahit procurator mandatum reuocetur siue expressè, siue tacite v. g. facto ipso; vt si mandans postquam dedit mandatum procuratori, det aliud ad contrahendum cum alia persona. irritum est matrimonium, quamuis reuocatio non innotuerit procuratori. habetur expressè *cap. fin. de procur. in 6.* quin reuocatio merè interna irritat matrimonium in foro conscientiae; quamuis pro foro externo valeat, nisi probetur reuocatio. vide Couar. *4. dec. 2. p. c. 4. initio nu. 11.*

2. Quod esse speciale in matrimonio docet Gloss. clem. vnica, vbi Anch. *n. 6.* Card. *nu. 11.* Felin. *C. edoceri num. 11.* & *C. ex parte nu. 9.* contra quosdam asserentes id etiam contingere in alijs contractibus, qui à libera voluntate pendunt. Alij. etiam constituunt differentias inter contractus celebratos per procuratorem, & per Nuncium, vel per epistolam, & quando fit per procuratorem requirunt vt reuocatio intimetur procuratori; quando vero fit per Nuncium, vel per epistolam dicunt sufficere, si antequam epistola præsetetur, facta fuit reuocatio à mittente. sic Ioan. And. *cap. fin. de procur. in 6. nu. 1.* Dominicus *ibi §. Sane num. 2.* Francus *num. 7.*

Hæc autem procuratoris reuocatio ad matrimonium valet; etiam si fuerit appositum iuramentum de non reuocanda tali procuratione, quamuis reuocans, erit periurus. sic ex Theol. Veracrux. *1. p. spec. ar. 16. du. 8.* Lud. Lopez *2. par. inf. de matrim. cap. 47. fol. 1120.* Viualdus cum aliquibus Canonistis Rocco, Decio, Loncino, quos refert Couar. *4. d. 2. par. c. 4. nu. 10.* & sequ. Seraphinus *de priuilegijs iuram. priu. 75. n. 7.* & hæc cōditiones requisitæ in procuratore ad matr. requiruntur etiā in procur. ad contrahenda sponsa. quæ sūt via ad mat. *l. oratio ff. de sponsal.*

- 3 Non est tamen necesse vt sint procuratores alter foeminae, & alter maris; sed sufficit si hac vtantur formula: nomine illius te duco in vxorē, vel simili huic. nec requiritur vt mādans actu cogitet de matrimonio, sufficit enim nō reuocasse, etiam si fiat demens, vel dormiat tempore, quo fit contractus per procuratorē, quia sufficit si in suo instrumento sit sanitas mentis; quod si tempore quo procuratorem instituit fictē cōsensit, nullum erit matrimoniū postea cōtractum, nisi fortē eo momēto temporis, quo cōtrahunt procuratores, cōsentiat; quia eo tempore desideratur cōsensus, quo fit matrimoniū.
- 4 Quod si procurator fines mādati excedat, nullum est matrimonium. quia cum potestas est limitata; in eo, quod quis excedit, potestate caret. sic late Menoch. *de recuperanda possessione rem.* 8. vol. 1. nō cēsetur autem excedere si detur mādatum hoc modo, & forma: cōtrahe cum Titia seruādo formā Triden. & ille omittat denūciationes, quia quādo apponitur in commissione forma iuris communis, datur tantum ad consilium, & non vt cōditio, habebis *lib. 3. disp. 33. latius.*

QVAERES II.

An post Concilium Trid. sit validum, & conferat gratiam contractum per procuratorem.

- 5 Dico primo hodie post Trid. valet matrimonium per procuratorem cōtractum. nec C. *fin. de procur.* in 6. fuit reuocatum, patet ex praxi totius Ecclesiae. nam passim celebrentur matrimonia per procuratores. sic etiam docent ex Theol. Veracrux *append. ad spe. dub. 3. sine.* Bellarm. *l. 1. de mat. c. 5. ve. atque hinc etiam Petrus de Ledesma de mat. q. 42. ar. 1. dub. 7.* Viualdus *Cand. 1. p. de mat. n. 43.* Enriq. *lib. 11. de ma. cap. 2. n. 2.* & alij cum multis iuris peritis Fl. *de relig. benef. q. 6. n. 11.* An. Cu. *lib. 5. insl. mai. 1. n. 35.* Nauar. *sum. c. 28. addit. ad n. 71. hispane.* &c. contra Bart. à Ledes. *dub. 18. de mat. fol. 1286.*

- 6 Dico 2. nō est necessarium vt quādo datur mādatum detur corā Parocho, & testibus; quia sufficit si ij sint praesentes, quando datur cōsensus per procuratorem; quia tunc celebratur cōtractus, & haec est praxis communis Eccl.
- 7 Dico 3. certissimum est matrimoniū per procuratorem contractum esse Sacramentum. sic ex Theol. Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 3. *vers. at vero.* Soto *lec. 3. de mat. ver. sequitur* Cather. *lib. 5. cōtra Cae. c. 3. de mat.* Enriquez *loc. cit. n. 5.* Manuel *t. 1. sum. 2. edit. c. 216.* Vega *lib. 4. sum. ca. 264.* Grisald. *v. matr. n. 16.* Perez. *lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 2. ver. utrum autem* & alij hic apud Sanch. n. 27. Ratio vero nostrae conclusionis est, quia matrimonium hoc est indissolubile, & ratū, quod requiritur ad hoc vt sit Sacramentum *ex cap. quanto de diuort.* non tamen procuratores sunt ministri, sed illi, qui mittunt; quare hi tenentur esse sine mortali eo tempore, quo putant probabilius fore vt matrimonium per procuratorem contrahatur, nō vero procuratores, qui non recipiunt Sacramentum in se; sed tantum sunt conditio, sine qua non exprimeretur consensus ipsorum contrahentium, & cum hoc sit vniuocē Sacramentum cū alio, quod sine procuratore contrahitur, debet habere eandem materiam, & formam sic Enriq. *lib. 11. de mat. c. 2. n. 7.* & Pet. de Ledes. *de mat. q. 42. ar. 1. dub. 7. ad 4.*
- 8 Sunt tamē aliqui quos citat Sanch. *in hac dis. n. 26.* inter quos est Canus *lib. 8. de lo. Theol. c. 5. ad 3.* Victoria *sum. de mat. n. 244.* Duran. *in 4. d. 26. q. 3. n. 11.* Fr. Pe. Martyr *direct. curat. f. 65. §. lo tercero se pregunta;* qui negēt esse Sacram. quare cōsulēdum est ad tollēdos scrupulos, vt ipsi mādātes iterū inter se cōtrahāt, & tūc in oīum sētētia erit Sacram. Vnde nō video qua rōne duct? Pōt. *lib. 1. c. 10. n. 6.* dixerit nō rectē philosophari in hac re Sāc. his verb. (*sed isti nō rectē philosophātur nequit enim intelligi verba ipsorū cōtrahētū, quaten? innotescūt per procuratorē esse materiā, & formā, quā ipsa procuratoris verba includātur etiā in mat. & forma, sicuti cōsēs? express? per ver. ita ē mat. & forma vt ēt ipsa includātur,* qua-

quare poti⁹ &c. nō video, iquā, quā afferat hic Auct. rationē; nam ea ratio, quā affert loc. cit. nimirum nō posse consensum cōtrahentium esse materiam, & formam, quin ipsa verba procuratoris includatur in materia; iam negat. erat à Sancio, & dictum est ea verba eō conditionem sine qua nō; Sancij verba sunt hæc (*ipsi principales contrahentes sunt ministri, & recipient in se Sacr. & expressiones consensuū ipsorū, quatenus innotescunt per procuratorē sunt materia, & forma, procurator autē est conditio, sine qua non.* Probat. hoc est uniuoce marr. cū eo, quod per propriā personā contrahitur, non enim est duplex matrimonij Sacramentū, ergo eandē materiā, & formā, & Ministrū habet. Secundo quia ubi sunt materia, & forma recipitur Sacramentū; cū ergo matrimonij recipiatur in ipsis contrahentibus, in ipsis erunt materia, & forma) nec Pōtius contrarium probat, sed tātum asserit eum nō rectē philosophari, nec Sancij rationes attigit, ne dum noui ponderat, ut vidimus.

DISPVATIO XII.

An matrimonij per epistolā contractum, sit validū, & Sacramentum.

Probabilius est post Conc. Trid. esse verum matrimonium, & Sacramentum illud; quod per epistolam contrahitur, sicut fuit iure antiquo ex Gloss. C. nec illud 30. q. 5. Probat. prima pars, quia cum antea fuerit matrimonium, nō debemus inducere correctionem iuris absque necessitate, & absque eo quod in Trid. sit correctū; nulla enim apparet difficultas, si quis scribat foeminæ, facio tibi mei corporis traditionem, & ex nūc tuam traditionem accepto, & epistola legatur coram Parocho, & testibus, & illa consētiat, & promittat, vel si recipiēs epistolam rescribat mittenti se accepisse literas, in quibus vult illum cōiugem, & similiter ipsum velle, si hæc epistola legatur coram Parocho, & testibus, & ille cōsentiat, nulla est difficultas oriri matrimonium.

Secunda pars patet ex dictis, nam qui dicunt matrimonium per procuratorem nō esse Sacramentum, negabunt etiam in hoc casu. Nos vero affirmamus, quia affirmauimus supra esse Sacramentum.

DISPVATIO XIII.

Quo iure matrimonij sit indissolubile, & unde oriatur indissolubilitas.

Certum est matrimonium ratū significare cōiunctionem Christi cum Ecclesia per gratiam, seu cum aīa; matrimonium vero cōsummatum significare vnionem Christi in carne assumpta cum Ecclesia. Probat. hæc differentia ex D. Paulo ad Ephes. 5. & ex D. Aug. & alijs. unde primum non habet omnimodam indissolubilitatem secundum in omnium sentētia saltem iure diuino eam habet, ex Matt. 19. & 1. Corinth. 7. hinc matrimonium etiā infidelium cōsummatum est indissolubile, quia Christi præceptum omnes obligat; quod si altero nō baptizato potest dissolui; est ex Christi dispensatione per D. Paulum explicata. his positis quadruplex est sentētia circa casum, propositum in tit. disput.

Prima docet matrimonium tum ratum, tum cōsummatum esse iure diuino naturali indissolubile, ducitur quia matrimonium ex primæua sua institutione erat indissolubile. est lire Matt. 19. Abulē. ibi q. 45. Sot. 4. d. 2. 7. q. 1. ar. 4. ver. unde id ipsū Couarr. 4. dec. 2. p. c. 7. §. 3. n. 5. Pet. Ledes. de matr. q. 67. ar. 1. d. 1. & aliorum, quos refert Sanc. nu. quarto sine.

Secūda docet esse ex præcepto Dei positio, quia statim post naturæ lapsum fuit Repudium, & licitum secūdū multos. sic Abulensis 1. reg. cap. 8. q. 97. initio.

Tertia docet matrimonium ratum esse indissolubile ex iure humano Pontificio. probatur quia Repudium erat licitum, & post legem Euāgelicam non est hoc præceptum indissolubilitatis de rato, sed de consummato. ita

Hoff. Ioan Andr. Ant. in cap. ex publico
de conu. coniug.

1 Dicendum tamen est cum probabili-
iori sententia aliqualem inseparabili-
tatem esse de iure diuino, & naturali;
quia est de natura matrimonij; & pro-
batur ratione primæ sētētiae; omnimo-
dam vero indissolubilitatem compe-
tere ex significatione omnimodæ indif-
solubilitatis Christi cum Ecclesia, & nō
ex natura matrimonij; aut ex ratione
Sacramenti; vnde tantum competit
matrimonio consummato. probatur,
quia āte eleuationē a Christo factā ma-
trimonium dissoluebatur iure naturæ
cum Repudium concessum fuerit, &
legibus stabilitum; ergo non est ex iu-
re naturæ, quia hoc ē inuariabile; quod
autem nec habeat hanc indissolubili-
tatem ratione Sacramenti; probatur,
quia vt Sacramentum est, nō habet ef-
fectum indelebilem, scilicet caracte-
rem, nec significationem vinculi indif-
solubilis; ergo &c. antecedens patet
ex matrimonio rato, quod est verum
Sacramentum, & potest dissolui per
ingressum Religionis, & secundū mul-
tos per Pontificis licentiam. huius sen-
tentiae videtur D. Tho. q. 102. ar. 3. ad
3. & expressē tenent D. Bonau. 4. d. 27.
ar. 3. q. 2. Durād. ibi n. 15. Riccar. ibi ar.
2. corpo. Bellar. lib. 1. de matr. c. 4. paulo
post prin. Nauar. lib. 3. cons. t. de cōu. inf. in
1. edit. con. 1. n. 14. in 2. con. 3. Barbosa
ff. sol. mat. 2. p. rub. n. 105. Portius cō. 154.
n. 7. Felerius con. 26. n. 17. Hort. Anch.
Ant. Abb. & quam plurimi egregij Do-
ctores apud Sanch. n. 7.

2 Hinc patet omnimodam indissolu-
bilitatem competere matrimonio cō-
sumato ex Christi præcepto Matt. 19.
ibi (quod Deus cōiūxit; homo non separet.)
& quādo fit dissol. cū eo, qui cōuertit
ad fidē, nō ē supra, aut præter nat. ma-
trimonij, possetq; sicuti cæteri cōtracti
per āborū cōsēsū dissolui āte cōsum-
mationē sine iniuria alteri; nisi esset
diuina institutio, cui ēt ē adiuncta nat.
contractus. tādem aduerte pessime ali-
quos dixisse Pontificē posse dispensare
in matrimonio consummato. de quo vi-
de Bellar. lib. 1. de mat. a cap. 15.

* Disputationem hāc vnde prouenia-
t indissolubilitas matrimonio, quā ego
breuiter tractaui; tactis ijs, quæ rē val-
de cōfirmarēt: cum parum ad praxim
videatur pertinere: diffusē exagitat
Pōtius lib. 1. c. 12. 13. & 14. multa etiam
dicit Sācij sētētiam impugnādo, ac ei
rationibus respōdendo. quæ nec refel-
lere, nec exagitare volo, cum sit cōtra
instituti nostri rationem. nō enim, vt
iam dixi sētētēs cōtra Sācium impu-
gno. id enim valde alienum esset ho-
mini vel mediocriter in his rebus mo-
ralibus versato, in quibus tāta est opi-
nionum varietas: præsertim cum Sā-
cius suam sētētiam vt probabiliorem
sustineat, & alias probabiles putet. le-
gat qui velit vtrumque auctōrē; & ar-
gumentorum vim, & solutiones perpē-
dat. illud omittere non possum, ne vi-
dear si taceam, Pontio cōnuere. quod
falsō tribuit hic Auctōr nostro Sancio
nimirum quod is putet verba Christi
Domini Matt. 19. vbi ait allegās illud
Gen. 1. (propter hoc relinquet homo pa-
trē, & matrē, & adharebit, uxori suæ, &
erunt duo in carne vna) intelligi tātum
de matrimonio cōsummato atq; adeo
vt illum de hac falsa assertione cōuin-
cat, multas affert Patrum expositiones:
verba Pōtij sunt n. 5. c. 13. (verū Tho.
Sanch. dis. illa 13. n. 7. existimat hæc Chri-
sti verba de matr. tantū consummato intel-
ligenda) & nu. 6. addit (jed in primis di-
co non esse eā constantē patrū expositionē,
vt non nisi de matr. consummato ea verba
intelligantur: Nā Chrysostrōmus de affe-
ctu, & amore, interpretatur. Hieronymus
& alij de vnitāte in prole: alij quia Eva
formata est ex viro. Abulensis dicit esse
vnā carnē fictione viris. &c.) verum hoc
falsō tribuitur Sācio: nunquam enim
ipse negauit, posse hæc verba alio pa-
cto intelligi: hoc enim audaciam sape-
rēt magnam, & esset negare varios sē-
sus morales, tropologicos, allegoricos
scripturæ Sacræ; sed tātum dicit pro-
positionem affirmatiuam non solum
n. 7. à Pontio cit. sed etiam n. 2. vbi re-
ferēs hunc locum Matth. & 1. cor. 7. cō-
cludit (quæ oīa saltē de matr. consummato
intelligenda sunt) nō ergo exclusit alios
sen-

ensus; dum dixit saltem de matrimonio consummato intelligēda sunt; sed alias expositiones inclusit, vt ex formula verborū patet. ex illo cic. ad Atticū l. 9. (*Eripe mihi hunc dolorē, aut minue saltē.* & Virg. l. 6. *Aenead. da dextrā mi-fero, & tecū me tolle per undas, sedibus vs saltē placidis in morte quiescam.*)

Neque n. 7. à Pontio cit. ait nō nisi de matrimonio consummato ea verba intelligi, vt Pontius num. 6. videtur illi tribuere, & ad confutationem affert varias Patrū expositiones, vt vidimus; sed dicit: hęc verba quos Deus coniunxit homo non separet. intelligi de matrimonio consummato, & nō de rato idque probat ex explicatione Alex. 3. c. ex publico de conu. coniug. ibi quod Dominus dixit, non licere viro dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis, intelligendum est de his, quorum matrimonium, est copula consummatum. & ex Greg. C. sunt qui 20. q. 2. ibi sunt qui dicunt religionis causa conubia debere dissolui: lex tamen diuina prohibuit, cum veritas perse dicat, quos Deus coniunxit homo non separet qui nisi de matrimonio consummato intelligatur: esset hereticus; nam de fide est matrimonium ratum per religionem posse dissolui; debebat igitur Pōtius accuratius loqui, & Sancij mentem, ac sententiā non mutare, cum aliud sit dicere. hęc verba erunt duo in carne vna non nisi de matrimonio cōsummato intelligi. aliud vero de matrimonio cōsummato intelligēda, quod dicit Sanchez; & non primum vt tribuere videtur Pōtius; neq; ex eo, quod Sanchez dicat hęc verba quod Deus coniunxit homo non separet &c. intelligi de matrimonio cōsummato, & non rato: verum est dicere Sanch. existimat illa verba, tantum de matrimonio cōsummato intelligenda, nam ly tantum excludit omnem aliam significationem; sicuti contra non ex eo, quod Patres, & expositores intelligant, & explicent in alijs sensibus vt ait Pontius, & communiter expositores. verum est dicere Patres excludunt matrimonium consummatum; nam idem Chrisof. qui explicat de affectu, & amore interno vt

dicit Pōtius: interpretatur ea in Hom. 63. in Matt. quæ legitur de com. Virg. de indissolubilitate matrimonij ibi Dominus noster, quia ad virginitatem hortari graue esse videbatur, a necessitate legis de non soluendo matrimonio, eos ad cupiditatem illius trahere studet, & valde erraret qui negaret contra D. Paul. Nec magis ferendū est quod ait hic auctor nu. 7. Deniq; dico, id quod fortasse non attēdit Tho. Sanch. Christum illo testimonio Gen. duo egisse, & remouisse à Iudeorum cōsuetudine, & repudium scilicet, & polygamiam, quæ à Pontio sane gratis asseruntur; attendit enim, & optime Christum Dominū vtrumq; remouere à Iudæis in illis verbis, & de repudio iam agit in præsentī dis. in qua in 4. argu. ait discipuli audientes hanc matrimonij in dissolubilitatem, quasi de re noua, & alias in audita scandalizati sunt, & dum ait Christum statuisse indissolubilitatem, iam aduertit remouere per eadē verba repudium; alterum autē; nempe Christum his verbis polygamiam; seu pluralitatem coniugum voluisse auferre; aduertit; & ad fatietatem ostendit lib. 7. dis. 80. vbi ait n. 1. Præterea quia Christus Mat. 19. reuocat matrimonij ad primæuam suam institutionem; dicens qui fecit hominē ab initio masculū, & feminā fecit eos, & dixit propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna, at matrimonium in primæua sui institutione, pluralitatē vxorū simul penitus excludit; illa. n. verba gen. 2. aperte significant, vnici cum vnica coniunctionem. quod etiam significauit Christus D. Matt. 19. quando relatis ijs verbis concludit, itaq; iam non sunt duo; sed vna caro & n. 14. repetit idem concludendo, & affert tex. Inn. Cap. Gaudemus de diuorij: vnde videat Pontius vter Potius inaduertentiæ accusandus sit ipse ne, qui dicit Sāch. nō attendisse ex eo textu etiā polygamiam prohiberi; an Noster auctor qui longissimā disputationē ex hoc textu potissimū probat, ac decidit per Christum Matt. 19. per ea verba erunt duo &c. tolli vxorū pluralitatem: quod vel dormiens quisquis attēdere potuisset; ne dum Pōtius, qui tam

tam accuratus est doctrinæ Sâchij indagator. illud cet te fatendum est. Sâch. tacuisse in hac disput. hâc doctrinâ, quia ingeniosus vir videbat nō esse ad rem; de qua erat disputatio: nam cum indissolubilitate matrimonij, potest stare pluralitas vxorum: & sic Pōtius ē, tenetur dicere, qui ait indissolubilitatē esse, ex natura ipsius matrimonij, at polygamiâ cessasse post Christū vt docet *lib. 7. c. 49.* & antea fuisse licitâ ex generali Dei dispensatione. Iam vero videamus quid intelligat Pōtius dum in fine *n. 7. cit.* ait quod Sanc. cōtendit ex illis vltimis verbis Christi, nempe *erūt duo in carne vna* probare Christum colligisse indissolubilitatem: sed nō probat. verba Pōtij accipe *Non ergo ex illis vltimis verbis colligit Christus firmitatem matrimonij, vt iste auctor contendit, & nō probat* si enim sentit Sâch. nō euidētia, & concludentia afferre argumēta; demus vltro; nam vt dixi nō vt demonstratiuam; sed vt probabilē sequimur sentētiam; at si dicat illum asserere id; sed nō probare; vt vidimus supra *l. 1. a. dis. 1.* & alibi sæpius videbimus Pontio familiare esse; plane nō est asserēdum: nam *n. 7.* id probat ex eo quod *Christus prius dixit, erunt duo in carne vna. & postea addidit quos Deus coniunxit homo nō separet ergo intelligit de matrimonio consummato per quod coniuges fiunt vna caro.* & cōfirmat respondēdo ad. argumēta. Soti ibi sed hac nō obstant; quia cum illa verba dixerit Adam propheticè nō ad presentē illum statum; sed ad futurum pertinebat: quare Christus nō intulit firmitatem ex illis verbis, quousq; expressit copulâ dicēs *erunt duo in carne vna* neq. Sanchi. dicit quod Christus colligit ex his verbis *erunt duo in carne vna* indissolubilitatē matrimonij vt ait Pōtius; sed quod Christus loquitur ibi de matrimonio cōsummato; & illud euexit ad significandā vnionē verbi in carne assumpta: idq. ipse Sâch. probat ex eo, quod Christus prius dixit illa verba, quæ de matrimonio consummato intelliguntur vt ostenderat *n. 1. ex c. 2.* de conuer. coniugat; & postea addidit quod ergo Deus coniunxit homo nō separet. Vt autem om-

nia breuiter colligam: vis argumenti hæc est. Christus solum matrimonium consummatum euexit ad significandam vnionē cū Ecclesia per carnē assūptâ. ergo hoc solum habet omnimodâ indissolubilitatem ex Christi institutione. Ans probat ex explicatione Pontif. ex D. Paul. ad Eph. 5. vbi illa verba *propter hoc relinquet &c. & erūt duo in carne vna* retulit ad matrimonij Christi cū Ecclesia; cōfirmat quia Christus nō prius dixit esse indissolubile; quā fecerit mentionē de matrimonio consummato *erūt duo in carne vna* vt ostēderet solū illud euhere ad hanc significationem; quod habet facere duo in vna carne sed hoc, vt *n. 1.* probauerat est solū consummatū: ergo &c. quid deficit in hac probatione amabo vos Lectores? Tandē valde miror cur Pontius dicat indissolubilitatē matrimonij cōsummati *videri indicari à Paulo nō ad Eph. 5. vt existimat Th. Sâc. sed. 1. Corint. 6. Nescitis, quoniam corpora vestra mēbra sunt Christi tollens ergo mēbra Christi, faciā mēbra meretricis? absit &c.* miror inquam; nam locus à Sâch. citatus ad Ephes. 5. expressè loquitur de hoc matrimonio significantē per coniunctionē Christi cū Ecclesia in carne: vt ait Gloss. *vna caro Christus, & Ecclesia, quia Deus apud Deū, per carnē particeps nostri factus est* ecce cōiunctionē per vnionē hypostaticâ. & verb. *Sacramētū hoc magnū est* ait & ne aliquis putaret in viro esse, & vxore secundū vtriusq; sexus copulationē; corporalēq. mixture addit ego dico in Christo & Ecclesia en. significationē coniunctionis Christi cum carne: per copulam carnalem quam Sanchez ex loco cit. probauit, & tamen Pontius dicit non ex illo loco sed ex *1. Cor. 6.* esse probandum. vbi tamen Paulus agit de fornicatione; eamque prohibet vt docet Gloss. ibi, & patet legenti textum à Pontio allatum, satis tamen hæc sint ad videndum quam facile hic Doctor nostrum Sanchium carpat. nam quod ait *num. 5. cap. 12.* Sanchez citare per multos pro sua sententia; quorum multi eam minime docent. ex dictis *dis. 4.* resolutum est.

DISPVATIO XIV.

An Pontifex possit dispensare in matrimonio rato, ut soluto eius vinculo aliud ineatur.

1 **P**robabilius est posse Pontificem dispensare, quia in dubijs stādum est sententiæ superiorum *C. ad aures de sem. ord. & præsertim Pontificis*, sed Pontifices defacto talem dispēsationem fecerunt, vt dicit *D. Ant. 3. p. 10. l. c. 21. §. 3. de Martino 5. & Eugenio 15. & Nauarr. sum. lat. c. 22. n. 21.* refert ter, vel quater ad suam petitionem Paulū 111. & Pium 15. dispēsasse; & *Enriq. lib. 11. de mat. c. 8. n. 11. in cōm. lit. E.* refert *Grego. 13.* vnica die cum vndecim dispēsasse; quod autem sit dubium probatur quia sunt graues Auctores, & multi, ac bonæ rationes. Confirmatur et quia pōt Pontifex secūdum probabilissimam sentētiā dispensare in voto professionis; ergo in matrimonio rato, quia fortius est vinculū voti professionis, cum fiat Deo, & homini, quā matrimonij rati, cum in hoc sit sola promissio facta homini. Numerantur pro hac sententiā 34. Iurisperiti, inter quos est *Nauarr. lib. 4. con. in prior. edit. de spons. conf. 49. in prat. con. 3. Baldus l. Deo nobis in post. n. 7. Cod. de epis. & cler. Villalobos in antynom. viris lit. P. n. 33. Menoch. cons. 15. n. 9. vol. 1. & de arbit. lib. 2. cen. 5. casu 455. n. 4. Abb. C. en publico de conu. coniug. ibi Goffr. Vinc. Ala. Hor. Ioa. Andr. nu. 9. Ant. n. 16. Card. n. 2. q. 1. Archidiac. ca. qua propter 27. q. 2. Gofad. con. 2. n. 4. Hier. de Monte lib. var. quest. q. 6. Dec. Brunell. Celsus, Grattus & alij quos citat Sanchez hic n. 2. ex Theol. Gaet. op. t. 1. tract. 28. de mat. q. vn. Cather. lib. 6. cont. Gaet. cap. 3. Metina lib. 5. de sacro. hom. contin. c. 88. Enriq. Bellar. lib. 2. de monachis c. 38. §. altera solu. est. Viuald. Candel. 1. p. de matr. nu. 32. Philiar. Ortiz. Enriq. D. Ant. apud Sanc. nu. cit.*

2 Contrariam sententiā tenēt *Scotus, Victoria, Bart. à Ledesma Petr. Ledes. & alij*: fundantur ex eo quod matrimonium sit vinculum perpetuū

ex sua essentia, & ex multis absurdis, quæ sequerētur ex nostra sentētiā, sed eorum argumēta soluuntur aduertēdo quod matrimonium est indissolubile tātum ex eo quod non potest sicuti cæteri contractus per dissensum contrahentium dissolui, vt *disp. preced. dixi*, sed ab habente superiorem potestatem, nec quia est Sacramētum, quia Pontifex licet non possit cetera sacramenta irritare; tamē hoc potest, cum fundetur in cōtractu, sicuti posset etiā matrimonium consummatum quādo nulla esset iniuriā cōtrahentibus, si a Christo Domino data fuisset ea potestas; sed Christus eam noluit dare rōne significationis, quam habet cōsummatum; & licet sit maioris dignitatis facere sanctum per Sacramentum, quod præstat per gratiam; quam facere sanctum ministerialiter, vt euenit in rebus consecratis; calice scilicet, & vestibus, non est tamen maioris indissolubilitatis, quia matrimonium requirit in gratia, & sanctitate semper præstanda immutationem voluntatis coniugum; effectus vero cōsecrationis calicis &c. cum tantum requirat subsistentiam subiecti, dum illud est, tolli nō potest.

3 Dico secundo verius est non posse Pontificem statuere vt matrimonium ratum dirimatur per subsequens matrimonium consummatum; quia daretur ansa per iniuriam dissoluendi matrimonij, & est improbable Christum talem potestatem dedisse Ecclesiæ, quæ in destructionem eiusdem Ecclesiæ tendit. ita *Couarr. 4. d. 2. p. cap. 7. §. 4. nu. 15. Matienzo l. 5. reco. ti. 1. rub. gl. 1. nu. 76. Gutier. q. can. lib. 1. c. 17. nu. 22. Veracrux. 2. p. specul. ar. 28. con. 4. in secunda ratione.*

4 Contrariam sententiā tenēt multi; gloss. *C. ex publico de conuers. coniug.* vbi *Alarius Goff. Inn. Hor. Ioan. Andr. Anto. Metina lib. 5. de sacro. homin. contin. c. 87. & alij.* & est probabilis, nam si potest cum vno, vel altero dispensare, potest per statutum. secundo probatur ex *C. licet de spons. duorum*, vbi *Alex. 3. determinans nō derimi ratum per subsequēs consummatum*, addit,

addit, licet aliquādo à prædecessoribus no-
stris fuerit aliter iudicatum, sed optime
Covarr. respondet ad hunc textum,
ea iudicia Pontificum pertinuisse ad
quamdam casuum peculiarium decisi-
onem, non vero ad institutionem Ca-
nonum vniuersalium. & verbum iu-
dicasse idem importat, ac opinatos eē
ex Cano lib. 6. de loc. Theol. c. 8.

Hic Pontius lib. 9. c. 4. n. 4. more suo
conatur Sancium carpere dicens falsò
illum putasse Pontificem aliquem in
ea opinione fuisse, vt putaret matrimo-
nium ratum dissolui per secundum cō-
summatum, & addit se adduci nō pos-
se, vt tamē absurdam sententiam attri-
buat alicui Pontifici. Verba ipsius ac-
cipe (neque unquā ostendi poterit Ponti-
ficē aliquē in ea opinione fuisse, vt existi-
maverit primū matrimoniū ratū secundo
consummato dissolui, vt falsò existimauit
Tho. Sanchez dispu. 14. ci. n. 4. vt osten-
dimus supra lib. 7. cum de impedim. ligami-
nis sermo fuit, vbi diximus per oēs anno-
rum centurias sæper Ecclesiā iudicasse nul-
lum matrimoniū secundum, constante
primo; quare induci non possum vt itā ab-
surdam sententiā tribuam alicui Pontifici,
quā explodit Diuina lex, & ipsa naturalis
ratio, & cōcors patrum, & Ecclesie sensus.
res ergo ita se habet, nonnulli Pontifices
qui Alex. III. prædecesserunt, iudicarunt
se posse dissoluere primū matrimonium itā-
tum ratum, idque re ipsa fecerunt secundo
iam contracto & consummato ad vitandas
dissentiones.)

Hæc ille, in quo dicto reuēra Pontij
similitatem quādam contra Sācium,
cognosco. Nam illa expositio d. c. licet,
vt vidimus, est Covarr. & Sācius eam
affert iisdem ferè verbis. Pōtius vero
Covarr. non nominat, & illam etiam
approbat, & amplexatur Suar. lib. 4. de
legibus c. 14. n. 11. quod Pontius debe-
bat aduertere dum ex Suar. eodem loco
supra n. 10 recepit aliam respōsionem,
quam ipse vt suam affert tacito Suarij
nomine, à quo eam sumpsit, nimirum
dissoluisse iudicio suo Pōtices matri-
monium ratum ab aliquam causam.

Adde quod si Pontius non potest
induci vt putet hanc sententiam fuisse

alicuius Pontificis vt priuati Doctris,
facile scrupulum hunc deponere pōt,
si consideret sententiam hanc scilicet
posse Pontificem determinare per sta-
tutum; vt matrimonium ratum dissol-
uatur per secundum consummatum,
fuisse Doctissimorum virorum, Abba-
tis Host. lo. n. 4. ci. & C. fin. de spons. duo-
rū v. volu. vbi sine, Card. Ant. Merinæ,
& aliorum locis à Sanchez cit. dis. hac. n.
3. & ante d. c. licet, vt ait Covar. 4. de. 2.
p. c. 7. s. 3. n. 5. communem, quare non
tam difficilis debet esse Pontius ad id
putandum, præsertim si legat Bellar.
de iur. Pont. lib. 4. à cap. 10. quæ vero il-
le affert circa hanc dispu. non est meū
impugnare, solum enim falsas calum-
nias contra Sancium à Pōtio obiectas
repellere propofui, non eos, qui con-
tra ipsum sentiunt, impugnare. nam
ipse sua doctrina satis superque omni-
bus satisfecit, præsertim cum Pontius
noua non afferat, & quæ affert, facile
soluantur ex his, quæ Sanchez iamdiu
scripta reliquit, vt apertè patet con-
sideranti ea, quæ in hac dispu. Sancius
habet, & quæ Pōtius d. c. 3. lib. 9. obijcit.

DISPUTATIO XV.

An desideretur iusta causa, vt valeat Pon-
tificis dispensatio in matrimonio rato.

Probabilius est dispensationem à
Pontifice factam absq; causa iusta
non tenere, quia hæc indissolubilitas ē
de iure naturali, & diuino, in quo Prin-
cipis dispensatio absque causa iusta, nō
tenet, vt communiter docent Theol.
& iurisperiti; nō tamen causa iusta exi-
stente desideratur mutus consensus,
cōiugatorum ad hoc vt dispenset Pō-
tifex, quia nequit alterius dissensus po-
testatem Pontificis impedire, ita vidē-
tur tenere Anchar. conf. 239 sine Decius
con. 112. n. 3. Covar. 4. dec. 2. p. c. 17. s. 4.
n. 14. Ant. Gab. to. 2. com. lib. 14. v. Papa.
f. 179. & 90. Gosad. conf. 2. n. 14.

Probabile ēt ē dispēs. absq; causa esse
validam, quia probabile est indissolubi-
litem mat. rati esse ex præcepto hu-
mano, vt disp. 13. n. 2. dictum est, licet
tali-

taliter dispensando peccet Pontifex.

3 Sunt qui dicunt posse Pontificem dispensare volentibus ipsis coniugibus sine alia causa de potestate absoluta; non autem de potestate ordinaria. sic Hoff. *Ca. ex publico de con. coniug. v. consumm.* Ioan. And. *ibi nu. 9.* Ant. *nu. 16.* Rosella *v. Papa nu. 2.* Brunellus *de sponsal. con. 30. num. 1.* Nata *conf. 290. col. 2. sine l. 2. & alij.*

Potestas vero absoluta iuxta veritatem intelligentiam est ea, qua Princeps non astrictus legibus humanis valide dispensat absque alia causa in iure humano.

Ordinaria vero est ea, qua Princeps utitur secundum leges humanas, quibus quoad vim directivam astrictus est, & quando scilicet ex causa iusta dispensat in iure humano. secundum istam explicationem non differt hæc sententia à secunda *n. 2.* relata.

4 Hæc expositio potestatis ordinariæ, & absolutæ non placet Couar. *c. 7. n. 8.* verum optimè potest defendi ex paritate potestatis ordinariæ, & absolutæ, quam ponunt Theologi in Deo, ut potestas ordinaria sit quando immutato ordine, ac rerum naturalium cursu aliqua Deus potest facere, absoluta vero quando Deus potest facere aliqua mutato rerum naturalium cursu, videte Bald. *l. 2. n. 40. C. de serui. & aqua Parisiens. ad Decium C. que in Eccles. litera T. de constit. Fortun. l. gal. l. 5. & quid si tantum n. 290. 301. ff. de lib. & post. Riminald. con. 5. à n. 48.*

DISPUTATIO XVI.

Quæ sint causa ut Pontifex dispense in matrimonio rato.

1 **C**AUSÆ iustæ dispensationis sunt. prima notabilis disparitas in conditione; quia hoc posito non habebitur concordia mutua. secunda, timor grauis magni scandali, quia cadit in damnum commune; cum ex eo orientur rixæ, & occisiones, ut si vir conatur expellere vxorem absque spe sanioris voluntatis. Tertia lepra

superueniens, quia vsum matrimonij, ad quod ordinatur impedit, & refert Borgasius de irregularitate *p. 6. tit. de sponsalibus* Martinum 5. dispensasse ob lepram.

* Nec obstat Nicolaus Pontifex *cap. hi matr. 32. q. 7.* quo textu vult Pontifex *lib. 9. c. 3. n. 6.* innuere Sanch. sentire contra Pontificem, quia ibi definitur matrimonium non posse dissolui ob amentiam, infirmitatem &c. non tamen negatur has non esse causas ad dispensandum in matrimonio rato.

2 Idem dicas de impotentia superueniente ante consensum, quia cessat matrimonij finis. Quarta quædo alter cõiugum asserit se nõ habuisse verum animum, nec potest induci ad habendum illum. Quinta si efficiatur Episcopus, quod tum credo verum quando esset talis qualitatis, ut valde expediret bono communi eius Episcopatus. Alij ponunt mutuum cõiugum cõsensum, sed intellige quædo essent discordes, ut nullo modo possent cõciliari. vide Menoch. *conf. 385. n. 4. vol. 4. & de pres. lib. 2. pr. 10. n. 3942.* Felinum *con. 26. nu. 19.* Borgasium *to. cit. Enriquez lib. 11. de ma. c. 16. n. 7.* Socin. Sen. *con. 28. n. 8. l. 1.* Decium *con. 112. sine Barbofam. ff. sol. mat. rub. 2. p. n. 105.* & Nauarrum *l. 4. conf. 1. 1. de spons. in 1. edit. con. 49. in 2. con. 3.*

DISPUTATIO XVII.

An possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato infidelium, dum ambo baptizantur.

1 **P**OTEST Põtifex in matr. consummato infidelium dispensare, si post baptismum nõ cõsummarunt, quia firmitus est matrimonium ratum fidelium, cum sit Sacra. quam consummatum infidelium, sed potest Pontifex in rato fidelium dispensare, ergo in cõsummato infidelium, quia licet fiat Sacra. p. baptismum, tñ nõ hêt significationem vnionis Christi cum carne, quia ut suppono non est consummatum, postquam est Sacramentum. vide Nauarrum fuse tractantem hoc *lib. 3. conf. in pr. editio. conf. 1. in 2. conf. 3.*

DISPVATIO XVIII.

An dissoluatur matrimonium ratum per professionem in Religione, ita vt alter coniux manens in saeculo possit aliud inire.

DE fide est omnino dissolui. habetur in Conc. Trid. *sess. 24. de matr. can. 6.* & ita docet vsus Ecclesiae. D. Paulus conuertit Diuam Teclam ante matrimonium consummatum, & ad vitam perfectiorem vocauit. Diua etiam Cæcilia post matrimonium ad vitam perfectiorem trāsuit, teste Metaphraste & Vfurio, alijq; DD. alios referunt. Aduerte autem non sufficere solum ingressum, sed requiri professionem, vt explicuit Conc. Trid. vnde nec vota simplicia Eremitorum, aut Monacharum tertij ordinis, quas beatas vocant, dissoluunt matrimonium ratum. Nec vota à studentibus in Societate emissa, aut coadiutorum formatorum, quāuis publicè emittantur, quia sunt simplicia, licet verum Religiosum efficiant, patet ex Bulla Greg. 13. incipiente ascendente Domino in Nauicula. nec per ordinem sacrum, aut Episcopatum, quia Episcopatus non est mors spiritualis sicuti professio, & de ordine docet Ioan. 22. Vide Abba. *cap. ex parte 2. n. 13. de conu. coniug. Lancell. inst. iuris Cau. lib. 2. s. de spons. ver. relig. Victoriam sum. de matr. n. 256.*

2 Probabilius est & verius dissolui per vota Sanctj Ioan. Melitenis; quia sunt solemnia. sicut certum est dissolui per professionem Monialium, seu Clericorum ordinum militarium sub clausura viuentium, quia eorum professio solennis est: contra So. *lib. 7. de ius. q. 5. ar. 3. ad 3.* putantem per vota Religiosorū D. Ioan. non dirimi matrimoniū. vide Enriq. *lib. 11. de matr. c. 8. n. 6.* referētē D. Garson Ducem Metine habito sapientum consilio. ita fecisse. Petrum Ledesma *de matr. r. 61. ar. 2. ad 4.* Nau. *lib. 3. conf. in 1. edit. con. 1. in 2. conf. 2. ti. de conuers. coniug. Barbos ff. sol. matr. rub. 2. p. n. 82.* Bobadilla *in sua polit. l. 2. c. 19. num. 11.* & alios apud ipsum.

DISPVATIO XIX.

Quo iure professio in Religione dirimat matrimonium ratum.

Respondeo probabilius est dissolui solo iure diuino positiuo ex Christi priuilegio probatur, quia non dissoluitur ex natura rei cum dicatur matrimonium ratum indissolubile. nec iure Pontificio *ex C. ex publico de conuers. coniug.* noluit tamen Christus id priuilegium cōcedere matrimonio consummato, quia durum esset coniuges separare, qui per commixtionē sanguinum effecti sunt vna caro, citat Sanchez pro hac sententia 13. Theol. Sco. Victoriam, Veracrux, Enriq. Abulens &c. *ex Canonistis Cucum lib. 5. insl. mat. tit. 12. n. 277.* & Guttier. *lib. 1. q. can. c. 17. n. 26. & seq.*

Sunt etiam duæ sententiæ probabiles; quarum vna dicit ex natura rei cōpetere id professioni, atque adeo iure naturali diuino. sic Durand. *4. d. 27. q. 2. n. 9.* vbi Ricca. Palud. *q. 3. ar. 3. nu. 10.* & alij, & videtur esse D. Thomæ *q. 1. ar. 3. quest. 2. corpore.* Ratio est, quia professio est mors spiritualis. Altera dicit talem dissolutionem matrimonij cōpetere professioni solo iure Pōtificio. ita aliqui Canonistæ *C. ex publico de conu. coniug. verb. consumm.* Hort. Ioan. And. Ant. Anch. cum Gandauo *quodlibeto. 5. q. 35.* & Metina *lib. 5. de sac. ho. con. c. 86.* Theologis. Ratio eorum est, quia non potest esse iure naturali, vt dictum est, nec positiuo diuino; quia nullibi in scriptura habetur; ergo Pōtificio.

DISPVATIO XX.

An dissoluatur matrimonium ratum quando post illud vterque coniux communi consensu profiteretur Religionem, vel alter profiteretur, & manens in saeculo vouet continentiam.

Longè probabilius est quando vterque coniux profiteretur Religionem dissolui vinculum matrimonij: quia hæc dissolutio non oritur

ex renūciatione iuris alterius, sed ex Christi priuilegio, qui concessit id Religioni, hanc vocat Ledesma communem p. 4. q. 63. ar. 3. fol. 317.

2. Contraria sententia, quod non dissoluatur quando vterque profitetur, est probabilis; & iuxta eam si postea fornicetur, alter sponsus erit adulter, & si Pontifex in professione dispenset, non poterit dispensatus inire aliud matrimonium, nisi simul dispenset in matrimonio rato. hæc sententia est D. Tho. 4. d. 27. q. 1. ar. 3. *qualit. c. 3. ad. 1.* ratio est, quia omnes textus dicentes dissolui matrimonium, loquuntur quando vnus tantum profitetur, tūc enim is videtur renunciare vinculo cōiugij. Verum Paludanus 4. d. 27. q. 3. ar. 2. cōc. 2. n. 11. cauendus est, dum dicit, quod quando alter sponsus profitetur Religionem, alter vero vouet in sæculo continentiam, de communi consensu non dissoluatur matrimonij vinculum; quia eius sententia nullo modo est tuta. nam Canones absolute decidūt per vnus professionem dissolui vinculum matrimonij rati.

DISPVATIO XXI.

Quando censeatur matrimonium consummatum, vt indissolubile efficiatur professione, aut Pontificis dispensationem.

1. Certum est apud omnes per quacumque feminis effusionem extra vas naturale non cōsummari matrimonium; contra vero consummari quacumque arte introducatur semen etiam sine penetratione vasis naturalis, est communis, quia in primo casu non efficiuntur coniuges vna caro. in secundo vero efficiuntur. pro hac sententia habes apud Sanch. n. 5. Vinc. ca. fin. de sponsal. Archid. C. extraordinaria 35. q. 3. Innoc. G. attest. initio de sponsal. imp. Ioan. Andr. reg. que contra ius de reg. iuris in sex 10. Præp. C. finalis de sponsal. num. 55. Henricus C. fraternitati num. 10. de eo qui cog. vbi Alex. de Neuo num. 11. ex Theolog. D. Ant.

Sotum, Cor. Enriq. *Coronam confess.* quos num. 2. refert.

2. Longe verius est dicere, quod ad hoc vt matrimonium censeatur consummatum non sufficiat penetratio foeminei vasis, nisi intra illud seminetur quia per eam copulam matrimonium consummatur, per quam coniuges efficiuntur vna caro ex Alex. 3. c. 2. de cōner. cōiug. sed efficiuntur vna caro per feminis commixtionem, vt clare colligitur ex cap. lex, quod est Benedicti 27. q. 2. ergo non sufficit penetratio vasis ad hoc vt dicatur matrimonium consummari. ita D. Tho. 4. d. 41. q. 1. ar. 1. D. Bonau. Riccardus ibi, & alij n. præc. allegati. & alij contrariam vero sententiam tenent multi discipuli, D. Thomæ cum Petro Ledesma de matrim. q. 61. ar. 1. à fol. 581. Metina lib. 5. de sacr. horn. cōt. cap. 76. Manuel 1. t. sum. 2. edi. c. 239. n. 2.

3. Non est sufficiens ad consummationem si solus vir seminarit, sed requiritur foemine seminatio, quia semen mulieris est necessarium ad generationem, secundum Hippocratem, & Galenum apud Iauellum 8. met. q. 17. Antoninum Andream lib. 8. d. q. 2. Valles lib. 2. cont. medica. & philosoph. c. 6. & Perum mato tract. de semine à 9. iam vero. Vnde si absque mulieris semine non potest sequi generatio, nec poterit esse matrimonium consummatum. & hoc verum est etiam si foemina seminarit penetrato vase, quia non sufficit eius semen ad generationem. quare Sua. 3. p. q. 32. ar. 1. dis. 10. sect. 1. fatetur cum alijs esse probabile in generatione Christi Domini adfuisse semen Virgineum absque omni inordinatione, quod posse fieri docet Pero mato loc. cit. vt sic esset vera mater Dei.

4. Contraria sententia asserens censeari consummatum, quia foemineum semen non est necessarium, est communior, & probabilior. at nostra est etiam tuta, & probatur auctoritate multorum Doctorum, & alij etiam in proprijs terminis eam tenent, hi sunt Vinc. Host. Sylu. Vgo,

Innoc. & alij. apud Sanch. n. 11. Id tamen aduerte scilicet defloratē Virginem sponsam absq; feminis immixtione arceri à religione, quando id dolose fecit animo non cōsummandi; sed ingrediendi religionem, ob damnum Virgini illatum: si vero aliquo casu absq; dolo non seminavit potest ingredi religionem cū vtatur iure suo, nec dolum cōmiserit, in foro autem exter no nō creditur sponso dicenti se non feminasse; quia semper præsumitur quod plerumq; solet accidere; at in foro cōscientiæ creditur ipsi, ita Archid. Alex. de Neuo cum Palud. & D. Ant. Locis à Sanch. n. 8. citatis.

5 Dico tandē matrimoniū nō cōsummari per copulā habitā ante cōtractū matrimoniū, quia ea fornicaria est. Sic Paul. l. fin. n. 3. C. de episc. & cler. Bosche⁹ tr. de nuptijs lib. 1. n. 8. Ripa rub. ff. sol. ma. nu. 25. Barb. alios referēs. ff. sol. mat. rub. 2 p. n. 107. Menoc. de præf. lib. 3. præ. 1. n. 44. Nauar. sum. c. 22. n. 84. Acoſta l. cum tale s. si arbitrato ampliat. ultima nu. 19. ff. de cond. & demonſ. ex Theol. Palacios 4. d. 27. Dis. 2. f. 585. & Enriq. lib. 11. de ma. c. 8. n. 8. Cōtra Hypp. singulari 500.

* Non video sanē ex hac Sācij doctrina tam multos scrupulos oriri, quot putat Pontius lib. 9. c. 10. nu. 1. nec eos numerat, sed tantum hæc habet *vide enim quot quantisq; scrupulis, & dubitationib; exponeret cōsummatio matrimonij, si ea seminatio scemina attendenda esset* nam vel ambo coniuges acquiescunt dissolutioni matrimonij, & tunc si res agenda sit in foro cōscientiæ, ipsi dicēt an seminarint, nec ne. Vnde ex hac parte nō oriunt scrupuli, si vero dissentit alter spōsus, & nō vult separationē, iam dictum est in foro externo præsumi seminationē, & tūc nullus est scrupulus, quia iudex vult eos non posse separari.

DISPVATIO XXII.

An copula per vim extorta ita cōsummet matrimonium vt neutri sponso liceat Religionem ingredi.

1 **C**ertum est matrimonium fieri consummatum, & indissolubile per copulam vi extortam intra Bime-

stre (quamuis aliqui pauci Canoniste oppositum teneant Henricus cap. fin. num. 4. de sponsa duor. Armilla v. diuortium n. 6.) quia iura nullam faciunt limitationem, dū dicunt matrimonium consummari per copulā sequentem. est Victor. sum. de mat. n. 255. Enriq. lib. 11. de mat. c. 8. n. 10. Manuel. 1. t. sum. 2. edit. c. 239. n. 2. & aliorū Theolog. cū Couar. 4. dec. 2. cap. 7. Perez. lib. 5. ord. tit. 15. rubr. ad fin. Barboſ. ff. sol. mat. 2. p. rub. n. 106. & alij n. seq. relati.

2 Probabilius tamē est in eo casu posse sponsum ingredi Religionem, nisi sequatur damnum ratione proles, quæ educari non possit, quia nō debet dolum spōso patrocinari. ita ex Canonistis Præp. c. fin. verb. inuitus d. 55. Io. Andr. reg. quæ cōtra ius de reg. iur. in 6. Abb. c. 2. q. 2. de cōuer. coniug. vbi Car. Felin. c. causā de prob. n. 4. Brixiēsis & Io. de Deo, apud Ant. d. c. 2. n. 11. Paulus, & Bald. l. 1. §. remouet. ff. de postulan. Valascus cōf. 29. n. 5. Turrecrem. cap. mutationes 7. q. 1. n. 2. & alij, quos hic n. 6. Laudat Th. Sanch. cū Palud. P. Ledes. & Man. Theol. nec viri culpa debet impedire alteri⁹ bonū ex cap. ad nostram de empt. & venditione.

3 Multi tamen inter quos est Bart. Ledes. Enriq. Sotus, & alij DD. graues hoc negant, cū Archid. d. c. fin. Guido, & Iacobus, quos sequitur Ant. d. cap. 2. Barboſa rubr. ff. sol. mat. 2. p. num. 106. & alij apud Sanch. nu. 5. & est probabile, quia iura clamant consummato matrimonio neutri coniugi licere ad Religionem transire altero inuito, nec ponunt talem distinctionem.

4 At sponſus nō potest inuita sponsa religionem ingredi, & si ingredereetur, nulla esset professio in nostra sententia, qui dicimus matrimonij consummari per copulam vi extortā. & quod dictum est de copula vi extorta; intellege etiā si metu graui extorqueatur, quia infertur iniuria, licet satis probabiliter in metu oppositum teneant, nimirum non consummari ob copulam. Armill. ver. diuortium nu. 6. Syl. ibi q. 5. Præp. fin. d. 55. Card. cap. 2. de cōu. can. q. 2. Palacios 4. d. 27. dis. 2. f. 583. & alij quia metus non tollit omnimoda-

dam libertatem l. 2. ff. de eo quod met. causa.

Peccat tamen læthaliter sponſus, qui vi, aut metu graui ſponſam deſlorat ante Bi-meſtre, quia non habet ius donec tranſeat Bi-meſtre, ſicut etiã peccat ſi poſt Bi-meſtre extorqueat vi cũ pacifice poſſit petere debitum: ſponſa tamen de præſenti per vim cognita, videtur nõ poſſe ſemen expellere, quia iniuria non eſt tam grandis, nec infamiam patitur, & damnum nõ eſt adeò graue; poſſet verò aliqua, quæ vim pateretur à non ſponſo de repente expellere; quia ſemen nõdum acquiſiuit poſſeſſionem, & hoc reputatur iuſta deſenſio: ſecus verò tranſacto multo tempore, nam tunc eſt intrinſecè malum ſemen expellere. Manuel tamen, 1. l. ſum. 2. edit. c. 239. n. 2. vult non peccare læthaliter ſponſum cognoscẽtem ſponſam intra Bi-meſtre Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 4. ver. quid autem viris verò ait tunc peccare quando ſponſa affirmabat ſe velle Religionem ingredi.

Putat hic Pontius lib. 9. cap. 10. à n. 2. Sanch. non conſequenter loquutum eſſe, dum ait matrimonium conſummarĩ per copulam vi extortam ante Bi-meſtre completum, & poſſe nihilominus vi cognitam ſponſam Religionem ingredi. quod tamen non probat, ſed tantum aſſerit his verbis, & in primis hanc copulam ſue vi, ſue metu extortam ſufficere ad conſummandum matrimonium communior opinio eſt, quam citatis multis docet Tho. Sãch. & ratio eſt; quia iam ſunt vna caro &c. licet in hoc nõ ſatis conſequenter Thomas Sanchez loquatur cũ his, quos poſtea ex ipſo referemus. Deinde num. 3. ait mihi videtur non poſſe iam tranſire ad Religionem in eo caſu (quando ſœmina vi cognita eſt non elapſo bi-meſtri) tum quia iam matrimonium conſummatum eſt, & iura ſine diſtinctione loquuntur. quare ubi ius nõ diſtinguit, nec diſtinguendum eſt, niſi turpitudò ſequatur. tum etiã quia cum in eo caſu non diſſolueretur vinculu, ſi ſœmina ad Religionem tranſiret graue nimis eſſet virum innuptũ manere ſine coniuge, quod niſi cauſam diſſet perpetui diuortij ferri non debet. tum

præterea, quia graue nimis eſſet virum obligare ad ſuſcipiẽdum religionis ſtatum, cum nolit cõtineri. Adde denique rationem hanc, quia vel illa ſœmina tranſire poſſet ad Religionem in eo caſu ex vi priuilegij, quod vel Eccleſia, vel Chriſtus conceſſit religioni. & ex hoc capite iam non poſſet ad religionem tranſire, quia id priuilegium eſt conceſſum comparatione matrimonij nõ conſummati, in hoc autem caſu etiam Thomas Sãchez fatetur conſummatum eſſe. vel poſſet ſœmina tranſire ex iuris conceſſione, quæ concedat tranſitum ad Religionem poſt conſummationem, & hoc non, quia in eo euẽtu nulla eſt cauſa ex his, quæ iure cõſtituta ſunt ad tranſeundum ad Religionem, non eſt autem extendenda iuris diſpoſitio ab adulterio, & hæreſi ad iſtum caſum, licet Thomas Sanchez equiparare voluerit, atque ex his ſolues argumenta, quibus permotus Thomas Sanchez loco citato oppoſitum docet.

Sed nõ videtur Pontius fatiſ aduertiffe Sancierum non ex eo quod matrimonium non ſit conſummatum docuiſſe ſponſam vi cognitam poſſe ad Religionem tranſire; ſed ex hoc quod vir nõ debet reportare lucrum ex ſua malitia, & mulier non debet ſuo iure priuari ob alterius malitiam, vt iura clamant: nec deniq; ex eo quod ſponſus innuptus maneret, ipſa debet priuari bono vitæ religioſæ, ſibi enim ſponſus id imputet, qui ante tempus voluit matrimonium per vim cõſummare. Ad vltimum denique argumentum dicimus id competere ſœminæ ex priuilegio Chriſti radicaliter, nam cum Chriſtus conceſſerit Religioni, vt liceret matrimonium nõ conſummare ante bi-meſtre, ad hoc vt poſſet diſſolui per ſequentem profeſſionem, ſequitur ex natura rei, vt ſœmina diſſentiens conſummationi volens ingredi Religionem, non priuetur hoc iure ob alterius malitiã, licet matrimonij vinculum remaneat, & vir, qui copulam iniuſtè extorſit, ferat inde pœnam.

Vnde argumenta Pontij non ſolum nõ ſoluũt Sãcij rationes, vt ipſe putat; ſed neq; attingunt eorum vim, vt facile ingenioſus lector cõſiderare poſſet.

Id vero quod num. 5. Pontius addit scilicet Sanch. non cōsequenter loqui, dum putat coniugem in hoc casu vi cognoscētem peccare mortaliter nullo modo probat. sed tantum ait, *peccare mortaliter coniugem, qui ante bimestre exigit copulam, quia gravem irrogat iniuriam, cum impediatur, vel impotentem reddat coniugem ad transeundum ad Religionem idem etiam fatetur Thomas Säch. sed nescio quam cōsequenter ad suam sententiā, si enim ille sensit adhuc posse violēter cognitā ad Religionem trāsire nullam fœmine iniuriam intulit, cum non præcluderet aditum ad Religionem, & ex alia parte non accesserit ad nō suam at quam consequenter Sancius loquatur videāt ij, qui amico animo ipsum legūt; nam nō ex eo dicit sponsum peccare quod impediatur spōsæ ingressum in Religionem (si enim hoc diceret, non consequenter loqueretur ut vult Pontius) sed ex eo quia aufert corporis integritatem, ad quam nō habet ius nisi post Bimestre, & quia ius certum quod habet sponsa ad Religionem ingrediēdi, reddit dubium, & sub opinione DD. ut visum est. ergo etiam posito quod spōsa vi cognita possit ingredi religionem, consequenter dictum est spōsum vi cognoscentem peccare mortaliter.*

Nota tandem hic Pontium dicere num. 4. non esse ferendū quod ait Sanchez in fine dictæ disp. posse fœminā, quæ in eo casu (scilicet quando est à sponso per vim cognita) conari ad semen expellendum, ut videre est ex ipso, cuius verba data opera per extētum ponam, *sed multò minus ferendum est in eo auctore, quod asserit in eius disputationis fine, posse fœminam, quæ in eo casu vim patitur in continenti conari ad semen emittendum iam receptum, quia tunc inquit semen nō habet pacificam vasis possessionem; si dum relucatur fœmina eueniret ut semen effunderetur extra vas, illam ego à peccato liberam iudicarem, at semen effusum semen atq; receptum, cuius nullus alius usus est, nisi in ordine ad generationem emittere turpissimum est: neq; verò quia fœmina posset, dum vim patitur, virile membrum extrahere, ideo potest, &*

*semen iam receptum emittere; nam aliud est impedimēta oppenere, dum quasi in via est ad consummationem violenter aggressor, aliud verò semen eijcere, cum iam ad finem peruētum est, & consummatum matrimonium, ut satis constat, & denique inquiri ab isto auctore, quo sine honesta esse possit ea eiectio seminis, nam ut ea honesta esse posset, necessarium esset ut duo concurrerēt præcepta, unum efficacius alio. hic autem concurrunt præceptum naturale non eijciendi semen cum consilio suscipiendi habitum religiosum. quo modo ergo potest illa effusio honesta reddi. quibus verbis vides Pontium loqui de sponsa de præsentī intra bimestre cognita, & de ea dicit Sancium docere quod possit expellere semen; quod patet tum quia in hoc capite de hoc agit ut ex titulo patet, quod ē *quādo dicatur matrimonium cōsummatū ita ut iā nō sit loc⁹ transeundi ad religionem* tum quia sequitur quod numeris præcedentibus tractabat, ut patet ibi *sed multo minus ferēdū est in eo auctore, quod asserit posse fœminam, quæ in eo casu vim patitur* casus autem erat is, de quo *toto hoc capite & num. præced.* agebat nempe de sponsa, tum ex prima ratione, ibi. *aliud verò semen eijcere, cum iam ad finem peruētum est, & consummatum matrimonium,* loquitur ergo de sponso de præsentī, in quo per copulam cōsummatur matrimonium. denique ex instantia, ibi: *Hic autem concurrunt præceptum nō eijciendi semen cum consilio suscipiendi habitum religiosum,* luce igitur clarius constat Pontium reprehendere Sācium, quasi is docuerit posse sponsam per vim cognitā intra bimestre expellere semen, atque hoc intolerabile dictu putat.*

Sed certè non tam intolerabilis esset Sancij sententia, si eam docuisset, quam sit Pontij error, qui Sancio tribuit, quod ipse nunquam somniauit; sed oppositum ita apertè docuit, ut vel is, qui tantum scit legere percipiat. nam loco à Pontio citato ait hæc Sancius, *utrum sponsa per vim oppressa à spōso ante bimestre possit semen expellere & videtur non posse, quia est intrinsicè malū, & cōtra naturam ordinantem semen ad*

foebolis propagationem. Sed si loquamar de
 foemina, quae nō à sponso vim passa est, cer-
 tum; reputo non posse nisi incontinenti se-
 men expulerit non posse postea, incontinen-
 ti autem valde probabile est mihi posse.
 Ducor ea communi doctrina, quam am-
 plectuntur Sotus, Bagnes &c. quae habet
 licere priuata auctoritate furem incen-
 nenti ubi furtum arripuit, donec in tuto lo-
 co constitutus sit, percutere, & eam repu-
 tari defensam; similiter ergo reputabitur
 defensa; cum incontinenti, & statim
 ad semen receptum est foemina vim passa
 expellit; secus quando iam semen habet
 possessionem, & est quasi in tuto loco con-
 stitutum, tunc enim non erit defensa, sed
 intrinsecè malum; & confirmatur quia
 posset foemina illa vim passa membrum
 virile extrahere, quamuis semen effunden-
 dum esset, non enim tenetur id pati, ergo
 &c. Et concludit vt penitus suam ex-
 plicet sententiam, nec Pontio excusa-
 tionis locum daret. de sponsa autem de
 presenti per vim cognita id non affirma-
 rem, quia iniuria est multò leuior, nec in-
 famiam patitur, & damnum non est adeò
 graue, nec de foemina per metum cog-
 nita; quia copula fuit voluntaria, & cum
 peccato admissa. Videat ergo lector
 quam clarè Sanchez non loquatur
 de sponsa ante Bimestre cognita per
 vim, vt Pontius supponit, & impu-
 gnat, sed de alia foemina vt visum est.

DISPUTATIO XXIII.

*Vtrum si sponsa iurent se nondum matri-
 monium consummasse, sit in foro exter-
 no fides adhibenda.*

Si sponsa non erat Virgo, nec tra-
 ducta ad domum sponsi, creditur
 illis iurantibus; secus si sit traducta.
 similiter si erat Virgo, & talis ap-
 pareat post aspectum creditur illis,
 quia aspectus omnem vincit proba-
 tionem. sic Anchar. cap. ex publico de
 conuers. coniug. Host. sum. cit. eod. &
 Baldus. l. Deo nobis initio C. de epis. &
 cler. nu. 7.

DISPUTATIO XXIV.

*Explicatur an Bimestre, quod conceditur
 sponsis ad hoc vt deliberent vtrum ve-
 lint religionem ingredi nec ne, ita acci-
 piendum sit vt eo trāsfecto non possint spō-
 si religionem ingredi; quamuis matri-
 monium non consummarint.*

I AD huius casus decisionem mul-
 tum facit intelligentia cap. ex
 publico de conuer. conjugat. ibi man-
 damus quia si praedictus vir eam carnali-
 ter non cognouerit, & ea ad religionem
 transire voluerit, recepta ab ea sufficien-
 ti cautione, quod vel ad Religionem tran-
 sire, vel ad virum suum redire intra
 duorum mensum spatium debeat, ipsam
 abluas ex quo textu multae possunt
 oriri difficultates, quas hic explana-
 bimus.

QVAERES I.

*An hoc Bimestre sit datum ad deliberan-
 dum de Religionis ingressu, an vero
 ad profitendum, ita vt intra illud
 Bimestre teneatur sponsus Religionem
 ingrediens, profiteri, vel matrimonium
 consummare.*

2 **R**espondeo verius est illud Bi-
 mestre dari ad deliberandum,
 ad profitendum verò dari integrum
 annum, qui à iudice nequit coar-
 ctari, nisi magna sit causa, vt vult
 Host. sum. tit. de conuersat. coniug. &
 Anton. capit. ex publico d. num. 12.
 Probatur quia hic annus non tan-
 tum datur in fauorem Nouitij; sed
 etiam in fauorem Monasterij; ergo
 quamuis possit Nouitius ob proprium
 factum spoliari hoc iure; non tamen
 potest Monasterium. ita Palud.
 4. d. 27. quest. 3. articulo 2. coniu. 2.
 num. 14. Diuus Antoninus 3. p. tit. 1.
 cap. 21. §. 1. Sotus, 4. d. 27. quest. 1.
 artic. 1. Capua, lib. 2. dec. cap. 81. num.
 9. Bartolomeus à Ledesma de matrim.
 dubio 64. fol. 1567. Theologi cum
 Host. Anton. loco citato Armilla ver.
 diuortium num. 5. Canonistis.

Hoc

3 Hoc autem Bimestre potest à Iudice restringi, vel prorogari, quia est arbitrium vt deducitur ex ipso *cap. ex publico*, vbi mādatur Iudici vt designet Bimestre, quo casu potest tempus à lege præfinitum à Iudice coarctari, vel prorogari. Hāc sententiā tenet Glossa *de cap. ex publico* Card. Abbas, ibi Nauarr. *sum. cap. 16. n. 27.* Brunell. *de spons. con. 30. n. 2.* cum Riccar. *4. d. 27. a. 2. q. 2. ad 1.* Bart. à Ledes. *de matr. dub. 7. con. 3. fol. 1598.* & Manuele *1. t. sum. 2. edit. cap. 242. n. 1.* Theologis.

4 Contraria sententia asserens dari ad profitendum, est probabilis, eam tenent Innoc. *d. c. ex publico nu. unico* vbi Abb. *n. 11.* Nauarra, *l. c. & alij*, quia *C. ex publico* dicitur vt debeat ad Religionem transire, transire autem est professionem facere, sicut etiam probabilis est illa, quæ ait tūc dari annum ad profitendum, quando sponsus ex alterius consensu religionem ingreditur; quia eo ipso quod præbet assensum, vt ingrediatur Religionem, debet dare etiā tēpus nouitiatui præscriptū, quod est annus. sic Ioannes Andr. *d. c. ex publico num. 8.* & Cardin. *ibi quæst. 6. Anchar. num. 10.*

QVAERES II.

An retenta hac opinione asserenti dicto capite dari Bimestre ad profitendum, nunc asserendum sit per Tridentinum id esse correctum.

5 **R**espondeo probabilius esse id esse correctum per Tridentinum *sess. 25. de reg. cap. 15.* statuens nullum ad professionem admittendum esse, nisi tráfacto integro nouitiatus anno, quia lex vniuersalis negatiua, vniuersaliter est intelligenda *c. solita §. fin. de maior. & obed.* & sic si spōsa duodecim annos habens, transeat ad Religionem, sponsus quadriennio expectaturus est, nec potest aliam ducere donec illa 16. annum cōpleat, vt possit emittere professionem; potest tamen à Iudice compelli vt dato tēpore preceptorio, vel profiteatur, vel redeat ad sponsum,

quando pretextu Religionis nimis differat matrimonium consummare. ex Palud. *4. d. 27. q. 3. ars. 2. con. 2. num. 14.* D. Ant. *3. p. 111. 1. cap. 21. §. 1.* ita docent. Enriq. *infra cit.* dicens fuisse confirmatā in Cācellaria regia Vallisoleti & tenuisse multos iurisperitos ac Theol. Man. *1. t. sum. 2. edit. c. 239. n. 2.* Vega *lib. 2. sum. casu. 500.*

6 Contraria sententia asserens nō esse hoc correctū per Trid. & sic per sponsum cogendam esse sponsam profiteri intra Bimestre præscriptum *d. cap. ex publico* etiam si non explerit decimum sextum annum, est satis probabilis. Ratio est quia lex posterior generaliter, & indistinctè loquēs, limitanda est per specialem antiquiorem, quando expressis verbis illi non contradicat *l. sed & posteriores. ff. de legibus.* videtur eam tenere Nauarr. *Summa Latina cap. 16. n. 27.* qui post Tridentinum scripsit, & dicit concedi ad profitendum Bimestre, nec addit esse correctum per Tridentinum; immò tanquam probabilem relinquit, eamque defenderunt primarij Doctores Salmaticæ teste Henriq. *lib. 12. de matr. cap. 5. n. 8. in cōm. l. y.* & sic in ista sententia alter sponsus liberatur onere expectandi vltra Bimestre.

QVAERES III.

Quot dies debeat continere Bimestre hoc concessum dicto cap. ex publico.

7 **A**d huius rei cognitionem, de qua neminem in proprijs terminis disputantē inueni. sciendum est quando lex, vel statutum concedens mēsem disponit, à quo tempore mensis incipiat, vt à die electionis &c. tunc accipitur mensis secundum quod currit in calendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur a mense secundo, vt si electio fieri debeat intra tres menses à die vacationis, quæ fuit 8. Ianuarij accipiuntur 7. dies à Februario, quia Ianuarius habet 31. dies, & totidem à Februario &c. ita vt septima dies Aprilis sit vltima trimestris, cōputantur enim

hodie de momento ad momentum
ex l. 3. §. minorē ff. de min. & docent Do-
minicus cap. quā sit de elect. in 6. §. electus
n. 2. Francus ibi n. 4. Ant. cap. licet de sup.
neg. prel. vbi Card. Roccus de Iurep. q.
51. Lambertinus alios referens de iure
patronatus l. 2. p. 1. q. 1. ar. 14. & Men.
alij cit. lib. 2. de arb. cas. 50. à n. 21. quod
si mensis sit Bisextilis, verius est duos
dies computari pro vno in fauorabili-
bus; in odiosis vero pro duobus, quam-
uis probabile sit computari pro vno,
ita Laurentius cap. nullus d. 55. vbi Tā-
credus, Vinc. Io. And. Ant. C. quasi-
uit de verb. sign. vbi Card. Anch. Abbas
& alij multi, quēnā dicatur dispositio
fauorabilis, quæ odiosa, vi. lib. 1. disp. 2.

8 Quod si suspensio v.g. est absoluta,
vt per mensem Februarij, vel si dica-
tur, sit suspensus 40. diebus, tunc duo
dies in bisextili computabūtur, vt duo
& sic vltima die non poterit celebrare
sic suspensus, vide Bart. l. cū bisextus ff.
de verb. sign. Card. Abb. & cap. quæsiuit.

6 Si vero ius, vel dispositio nō expri-
mat, à quo tempore mēsis incipiat, tūc
verius est debere accipi totum ānum,
& diuidi in duodecim partes æquales,
& vnāquāquē earum pro mēse nu-
merari, sic Durand. C. quam sit §. electus
n. 2. de elect. in 6. Roccus de Iurep. Lā-
bertinus n. 7. cit. Ratio est quia cū mē-
ses contineant 30. dies, & alij 31. non
est cur eligamus 30. & nō potius 31.

10 Hinc inferitur difficultatis solutio,
nimirum bimestre concessum dicto
cap. ex publ. cōputari eo modo, quo tūc
mensis occurrunt in Calend. & de mo-
mento ad momentum, quia currunt à
tempore contracti matrimonij, vel ex
quo Iudex determinauit, vt patet ex
dictis num. 7. hinc etiam deducitur 16.
annum, qui requiritur à Trid. ad emit-
tendam professionem, & annum No-
uitiatus debere computari de momē-
to, ad momentum, non tamen opus ē,
vt dies addatur supra annum &c. quod
si ætas 16. anni compleatur in āno bi-
sextili mēse Februarij 6. Kalēd. Mar-
tij, censebitur compleri die secūda, nē-
pē 25. die Februarij, quæ etiam 6. Kal.
Martij dicitur, quia Tridentinum eam

exegit ætatem in fauorem minoris æ-
tatis, sic etiam dic de ætate requisita
ad Ieiunium.

* Ex quibus patet non esse obscurum
fundamentum, quo Sanch. vtitur ad
probendam mensium computationē,
quod tamen Pontius non vidit, vt ipse
ait lib. 9. cap. 9. n. 5. (aliter sentit Thomas
Sanchez, sed non video fundamentum ef-
ficax discedendum in eo esse à communi
modo, & recepto menses cōputandi) nec vt
ipse putat, & nō probat Sanch. recedit
à cōmuni modo, & recepto mēses cō-
putandi; immo vt patet consideranti
modus hic tradit' est valdē rationi cō-
formis, & DD. allegatis, ille vero, quem
Pontius tradit, scilicet computari mē-
ses iuxta occurrentem computationē
habet locum quando statutū disponit
à quo tempore mensis incipiat, vt di-
ctum est n. 7. at non satis rem explicat,
quando nullum assignat diem, à quo
sit computandus mensis, vt si dicatur,
concedo per duos menses indulgētiā,
vel suspendatur per mensem.

QVAERES IV.

An si sponsi nolint ingredi Religionem, te-
neantur statim inito matrimonio red-
dere sibi debitum.

11 **R**espondeo non teneri donec
transcat bimestre, quia id tem-
pus est datum ad deliberandum de in-
gressu Religionis, & quamuis hodie
v.g. non habeant intentionem ingre-
diendi Religionem, poterunt cras
eam habere: ergo licet tempus præ-
finitum expectare. citat Sanch. nu. 27.
pro hac sententia nouem Theologos
D. Tho. D. Bonau. So. Palud. Viēt.
de matr. num. 276. Enriq. l. II. de ma-
trim. c. 15. Viuald. Can. 1. p. de matr.
nu. 255. Manu. 1. t. su. ca. 239. num. 2.
Ex Canonistis Syluest. Rosellam v.
debitum. Tabienam matrimonium
3. q. 3. nu. 4. & alios. contra Angelum
v. debitum n. 14. pu tantem teneri.

QVAERES V.

An si bimestre transactio, vel tempore à
P. Iud.

Iudice prescripto ad consummandū matrimonium, neuter sponsus ad Religionem transijt, possit alter postea quocūque tempore elapso ad Religionem trāsire, si matrimonium nondum consummatum est.

- 12 **R** Espondeo posse; quia licet peccarit negando debitum post illud bimestre, quamuis Religionem ingredi intenderet, tamen non amisit ius statim ingrediendi, Christus enim absolute concessit professioni Religionis hoc priuilegium, vt per eam matrimonium non consummatum dirimatur. ita *Gloss. d. cap. ex publico v. intra duorū vbi Hor. Inn. nu. unica Ant. nu. 13. Cardin. q. 8. Anchar. n. 10. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 12. nu. 20.* Quod si Iudex ferat sententiam contra sponsum non consummantem, nec ingredientem Religionem tempore determinato, & transacto tempore ob contumaciam illum excommunicat, valebit excommunicatio; si vero excommunicatio sit ferenda; & ille Religionem tempore elapso statim ingrediatur, non pōt excommunicari.

DISPVATIO XXV.

An mutuus consensus sit necessarius ad matrimonium, eiusque causa efficiens.

- 1 **D** E fide est ad matrimonium requiri mutuum consensum: habetur enim in Florentino *in decr. de Sacram. mat.* qui si cōsideratur in qm̄ matrimonium, est Sacramētū, ē causa formalis, & intrinseca. probatur, quia intētio ministri, & recipientis Sacram. est de eius essentia; sed in isto Sacram. vt dictum est, contrahentes sunt ministri, & recipientes; ergo eorum cōsensus, & intētio est de huius Sacram. essētia; si vero matrimonium consideretur, vt coniūctio maritalis viri cū foemina est causa efficiens, & extrinseca, & licet non sit de essentia; est tamen ita necessarius, vt non possit matrimonium absque illis consistere.

- 2 Hinc infertur, cum sponsalia sint via

ad matrimonium, quod ea deliberatio requiritur ad ea constituenda, quæ sufficit ad peccandum mortaliter in materia peccati mortalis; vnde nō sufficit promissio sponsalium proueniens ex motu, qui dicitur primo primus, in quo nulla culpa est, quia non est in hominis potestate illum cohibere; nec etiam erit sufficiens promissio ex motu, qui dicitur secundo primus, in quo tantum est culpa venialis, quia parum libertatis est in homine ad eum referendum. Ratio conclusionis est; quia sponsalia sua natura obligant sub mortali; ergo petunt eam deliberationem, quæ sit sufficiens ad peccandum mortaliter, sic etiam ex Theologis Palud. 4. d. 38. q. 1. D. Ant. 2. p. 1. 11. c. 2. Caet. 2. 2. q. 88. ar. 1. Sotus l. 7. de iust. Alcozer lib. de ludo c. 13. & alijloquentes de voto, & iuramento. & in proprijs terminis Palud. D. Ant. Sylu. votū 2. q. 13.

- 3 Deliberatio vero sufficiens ad peccatum mortale, & sic ad sponsalia, & votum tunc est, quando aliquis comparat id, de quo deliberat cum eius opposito, quod imperceptibiliter fieri potest. sic Caet. *loc. cit.* Nauarr. c. 12. *sum. nu. 26.* Ludou. Lop. *prima parte instr. cap. 43.* dicentes non exigi, vt ea deliberatio præcedat tempore votum etiam si transacta angustia periculi in quo vouens, vel contrahens reperiatur, facti pœniteat, aut cessante calore iracundiæ, minime votum, aut sponsalia contraxisset, quia sæpe multa peccata mortalia fiunt calore iracundiæ, quo cessante non fuissent commissa, & sæpe hominem pœnitent eorum, quæ fecit magna ex deliberatione. sic Palud. D. Ant. Sylu. Soto *loc. cit.* contra Ang. *votum 1. num. sexto* vbi Tabien. q. 1. Panor. C. *si vero de iur. iur. nu. sept.* qui has regulas tradunt ad dignoscendum non fuisse deliberationem sufficientem, quando nimirum promittentem pœnitent promissi, vel si cessante iracūdia nō promississet.

- 4 In dub. vero ā iracūdia, aut perturbatio priuauerit promittētē cōtrahere

matrimonium, aut vouentem deliberatione requisita præsumitur non priuasse; quia gesta calore iracundiæ habent etiam libertatem sufficientem, ad peccatum mortale; vnde raro contingit vt occidens alium ex iracundia excusetur à mortali, quamuis præsumatur non fuisse maturum consilium, sic etiam Alex. de Neuo C. *sicut eo* n. 18. de iur. iur. vbi Felin.

5 Sunt tamen aliqui, qui censent non sufficere ad valorem sponsalium eam deliberationem, quæ habetur ex calore iracundiæ, sed requiri eam deliberationem, quæ procedit ex maturo consilio, & plena consideratione. sic Gloss. C. *si quis iratus* 2. q. 3. Bart. reg. quidquid 48. ff. de reg. iur. vbi Decius n. 1. loquētes de contractibus, & de voto, & iuramento Host. Pano. Ant. C. *dudū & C. ex literis de iur. iur.* Tiraq. de pœnis tēp. causa 1. n. 26. cum Ricc. l. *citan, quæ falsò.* Pōtius lib. 4. c. 1. n. 4. ait non bene citari, nā vere vbi Ricc. in 4. disp. 38. q. 2. ar. 2. dicit *votū, siue iura. non emissū ex plena deliberatione non obligare ex necessitate, sed posse ab ipso vouente solui*) in proprijs vero terminis de sponsalibus nullus ē, qui id asserat.

QVAERES I.

An Sardi, & Muti possint habere deliberationē sufficientē ad matrimonium, & sponsalia.

6 **R**espondeo surdum, & mutum si signis edoceri possit quid sit matrimonium, & explicare valeat proprium consensum, posse contrahere sponsalia, & matrimonium, quia pōt secundum omnes confiteri, & absolui. sic Host. Pano. Ioan. And. Anton. Cardin. Alex. de Neuo, Præp. C. *cū apud ver. Surdus de spons.* Greg. Lopez l. 5. recop. tit. 2. p. 4. v. *que fuisse* Matien. l. 5. rec. r. 1. rub. gl. 1. n. 67. Si vero sit Surdus, & Mutus, & Cæcus non pōt contrahere, etiam si non sit à Natiuitate, & prius ignorauerit matrimonij naturam, quia hic nullo modo edoceri potest quid sit matrimonium; tamen

Host. Ioa. And. Anto. Card. Panor. Alex. de Neuo, Greg. Lopez putant posse hunc contrahere.

7 Idem dicas de furdo, & Cæco à natura scilicet non posse contrahere matrimonium, quia nec verba, nec signa potest percipere ad intelligendam naturam sponsalium, & matrimonij; aliqui tamen putant surdum, & mutum non posse contrahere sponsalia. sic Ancha. C. *cū apud de spons.* Bald. l. *discretis* n. 1. C. *qui test. fac. poss.* vbi Iason. n. 8. Ang. & Lud. de Roma, ibi Bollus in *Economia Canon. classe* 2. c. 4. §. 7. lit. G.

QVAERES II.

An Insani, & mente capti eam deliberationem habere valeant, quæ sit sufficiens ad contrahenda sponsalia, & matrim.

8 **R**espondeo negatiue, quia ad hoc vt sponsalia valeant, requiritur, vt vterque contrahens habeat rationis vsum, & sit sui compos C. *dil. de sponsal.* vnde nec validum erit matrimonium, seu sponsalia tempore ebrietatis contracta. si uero furiosus, vel mente captus habeat lucida interualla validum erit matrimonium, & sponsalia eo tempore lucidi interualli contracta, quia tūc possunt mortaliter peccare. sic D. Tho. 4. d. 34. *quæst. unica* ar. 4. cum reliquis Theologis; verum furiosus contrahens tempore lucidi interualli peccabit ex D. Tho. & D. Bonau. quia non potest prolem educare; & si vterque contrahens frequenter amentiam pateretur forsitan est peccatum mortale, quādo per alias cōiūctas personas proles educari non posset. sic Sotus 4. d. 34. q. vn. ar. 4. *conf. 1.* ij vero qui non carent omnino intellectu, qui dicuntur tonti, possunt & matrimonium, & spons. inire, nā possunt ēt peccare mortaliter, ita Greg. Lop. l. 6. t. 2. p. 4. *ver. el que fuisse.*

9 Quod si dubium sit an sponsalia contracta sint tempore, quo contrahens erat furiosus, vel demens, præsumitur fuisse contracta quando non erat furiosus, si non constat eum antea fuisse furiosum; si vero constat aliquem

fuisse furiosum; nec est certum habuisse lucida interualla, & furor durauit per aliquod tempus v. g. per mensem; tunc præsumuntur sponsalia gesta tēpore dementiæ; sicut etiam si quis est demens, & habet lucida interualla, si faciat aliquem actum, talis actus præsumitur factus tempore dementiæ; nisi ita bene gestus sit, vt appareat fuisse factus tēpore, quo habebat lucida interualla. præsumitur etiam furiosus quoad actus, qui gesti sunt paulo post tempus furoris; non vero quoad eos, qui multo post tempore fiunt. Sicut nec præsumitur in furore perdurare, ille, qui peritorum testimonio ex aliquo accidente v. g. morbo, fuit furiosus, quod tamen accidens iam euauit. Sic ex Couar. 4. decr. 2. p. cap. 2. n. 5. Menoch. lib. 6. præf. 45. num. 18. & 24. multos referente.

10 Si Ebrius, vel demens tempore, quo erat sanus, habebat animum contrahēdi spōsalia, vel Matrimonium, & exequatur talem voluntatem tempore ebrietatis, vel dementiæ nullum erit matrimonium, aut sponsalia, quia in his ipsi contrahentes sunt ministri, & eorum actus nō potest esse humanus, sed ad hæc cōtrahēda requiritur actus humanus, quo velint contrahere; Voluntas vero virtualis, qua sponsalia, & matrimonium sunt in se volita est sufficiens ad ea constituenda, vt si quis incæperit exequi ea, quæ solent matrimonium, vel sponsalia præcedere; & deinde tempore, quo præbet assensum, distrahatur ad alia cogitanda, facit verum matrimonium, & vera sponsalia, sicuti vere consecrabit Sacerdos, qui accedit ad altare animo faciendi sacrum; etiam si tēpore quo verba profert distrahatur. Sic Nauar. sum. c. 12. n. 26. Lud. Lopez 1. p. instr. cap. 43. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 1. loquentes de voto.

11 Aduerte tandem posse inueniri aliquem delirantem in aliqua speciali materia ob falsam imaginatiuam, in qua nec libertatem, nec rationem, meriti, aut demeriti habeat, & in alijs materijs bene discurrere; vnde potest fateri, & cætera Sacramenta recipere,

matrimonium, & sponsalia celebrare. Probatur auctoritate Auicennæ l. 3. fen. prima tract. 3. cap. 2. Galeni l. 4. de locis male affectis cap. 1. & aliorum apud Sanchez lib. 1. disp. 8. fine, & ipsa experientia; erat enim vnus pastor, qui percipiebat recte mysterium Sanctissimæ Trinitatis, peccata confitebatur, oues ducebat, & sciebat etiam recte pacisci de stipendio sui laboris, tantum in hoc erat demens; angebatur enim ne cogeretur habitum Monachalē accipere, & hoc ab alijs ne fieret precabatur.

DISPVATIO XXVI.

Vtrum ita necessarius sit consensus ad matrimonium, vt nequeat de potentia Dei absoluta absq; illo consistere.

ID quod queritur in hac disp. est an vinculum, quo coniuges copulantur (in quo dictum est disp. 1. & 2. consistere matrimonium) possit consistere de potentia Dei absoluta absque illorum consensu. Nam certum est posse Deum dare dominiū in corpus foeminae, viro, & contra: sicuti etiam certum est si loquamur de matrimonio in quantum est contractus humanus cōfurgens à propria hominis voluntate, non posse à Deo fieri, quia contractus, qui oritur à voluntate essentialiter, ab ipsa tantum fieri potest, cum sit actus vitalis, qui essentialiter debet esse à potētia vitali. hac posita explicatione.

1 Dico probabilius est nō posse matrimonium consistere absq; proprio consensu per nullam potentiam, quia consensus est de essentia matrimonij; sed Deus non potest facere vt res cōsistat absque sua essentia; ergo non potest facere vt sit matrimonium absq; proprio consensu, ob quam rationē absq; vlla controuersia est, matrimonium causaliter, idest in quātum est contractus humanus non posse consistere etiam de potentia Dei sine consensu contrahentium. sic aliqui ex discipulis Diui Thomæ teste Petro Ledesma de matrim. quæst. 45. articulo 1. dub. 1. can. 3.

2 Altera sententia satis probabilis asserit posse de potentia Dei consistere vinculum matrimonij absque cōsensu. Ducuntur ex eo quod consensus sit causa efficiens huius vinculi, & Deus potest supplere munus causæ efficientis, sic Sotus, Victoria, Verac. Palacios, Angles floribus Vega, & alij graues Theologi, apud Sanch. hic nu. 3. sed nos disp. præcedenti diximus esse causam formalem intrinsecam; falsum tamen est quod aliqui dicunt Deum immediatè coniunxisse primos Parētes absq; illorum consensu; quia ad Dei suauem dispositionem spectabat primum matrimonium non esse absque consensu proprio.

* Vide quæso mi Pontian verum sit quod tu dicis l. 2. c. 3. nu. 4. Sanchez non percepisse sensum quæstionis in primis Thomas Sanch. nō satis percepisse videtur quæstionis sensum adeò enim accuratè omnia diuisit, vt nihil clarius dici posset, nam agit de matrimonio causaliter, id est de causa, quæ facit illum cōtractum, & supposuit id non posse sine consensu fieri. Secundò de potestate, quam vir habet in corpus foeminae, & contra; & dixit posse Deum eam dare alteri sine cōsensu alterius. tertio tandem de vinculo, quo coniuges copulantur, in quo consistit matrimonij essentia, vt dictum est hoc lib. 2. disp. 1. à qua excludit ius vtendi corpore alterius, & mutuam obligationem, & de hoc vinculo ait non posse consistere absque consensu proprio, vt dictum est. quid ergo in hac re amplius quærendum remanet, quod Sanchez non percepit?

DISPUTATIO XXVII.

An in Republica Ecclesiastica, vel seculari sit potestas coniungendi aliquos matrimonio sine illorum consensu.

R Espōdeo certum est nullam esse humanam potestatem, quæ possit inuitos coniungere matrimonio. probatur quia matrimonium est vinculum perpetuum, at nullum violen-

tum est perpetuum. Secundo sequeretur quod posset Ecclesia separare virum ab vxore, & alteri coniungere. Tertio Tridentinum sess. 24. cap. 9. de matr. excommunicat Principes ad matrimonium compellentes, ergo supponit nō posse compellere. sunt in hac sententia Palud. 4. d. 36. quæst. 2. art. 2. num. 15. Diuus Antonius 3. p. tit. 1. cap. 15. §. 3. Sotus 4. d. 27. quæst. 1. art. 2. con. 2. Veracrux 1. p. spec. art. 2. §. item, si non esset Petrus Ledesma, de ma. q. 45. a. 1. dub. 1. con. 2. Lud. Lop. Enriq. Palac. Angles floribus apud Sanchez. hic n. 2. cum Hort. Ant. Præp. quos sequitur Couar. 4. d. 1. p. cap. 4. initio num. 4. Sylu. matrimonium 2. quæst. 15. posset tamen Princeps quando expediret bono cōmuni aliquem compellere, vt alicui nubat, at si ille nolit, nunquam erit matrimonium. sic Ledesma 2. p. 4. quæst. 47. ars. 1. & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 6. num. 7.

DISPUTATIO XXVIII.

Quid sit obiectum, in quod consensus matrimonij ferri debet?

R Espondeo esse explicitè in ius, & & potestatem ad copulam carnalem, implicitè verò ad ipsam copulam. probatur quia essentia matrimonij nō consistit in copula sed in traditione corporum mutua ad copulam. sic Diuus Thom. 4. d. 28. quæst. 1. art. 4. vbi Diuus Bonauent. Sotus 4. d. 27. quæst. 1. art. 2. con. 4. multos Sanctos referens Suarez. 3. p. quæst. 29. a. 2. sec. 1. sine Vega lib. 4. sum. casu 73. Henricus quodlibeto 9. q. 11. & alij; quando vero dicitur quod implicitè est ad copulam, intellige ex parte contractus, & in radice, quia scilicet facit aliquid, quod ex natura sua tendit ad copulam, nam quamuis habeatur animus seruandi virginitatem, vt fuit Beata Virgo, stat matrimonium, quia non est necesse vt ex parte contrahentis sit implicitè consensus in copulam.

DISPVATIO XXIX.

Qua bona debent constitui, & qua ratione ad hoc ut matrimonium contrahentes non peccent.

Tria solēt à Doctōribus, & Sāctis Patribus bona constitui, quibus tria detrimenta, quæ solet matrimoniū afferre compensatur. primum est bonum Sacramenti, per quod excusatur seruitus perpetua. Secundum bonum prolis, per quod excusatur euagatio mētis ob nimiam voluptatem in actu coniugali. Tertium est bonum fidei, per quod excusatur nimia sollicitudo placendi viro.

Aduerte tamen matrimonium non indigere his bonis, quasi quibusdam extrinsecis ad ipsum honestandum, vt sunt actus ex se indifferentes, vt comedere, bibere, &c. sed tanquam intrinsecis, quæ sunt de matrimonij ratione, & causant in ipso honestatem. vnde nō est conueniēs quod Durandus 4. d. 31. q. 1. a. 1. ait per hæc bona excusari matrimoniale actum, qui ex se est indifferens, hoc est generationem in communi, quæ potest bene fieri per matrimoniū, & malè si absque illo fiat. Nam Sācti Patres, & Doctōres excusare intendunt ipsum matrimonij contractū, & actum generādi, vt ab ipso procedit ob detrimēta, quæ affert, non quia sit malus; vnde patet debere cōstitui hæc tria bona in cōtrahendo matrimonio.

QVAERES II.

An ea bona debeant esse finis intentus à contrahentibus ad hoc ut matrimonium sit validum.

Respōdeo cōtrahētem matrimonium debere saltē implicitè intēdere bonū Sacramenti, quod accidit quando nō habet intētionem cōtrariā: nam si haberet intētionem licet solo animo retētam, nec verbis expressam aduersus bonū Sacramēti, quia nimirū haberet animum ad tēpus contrahēdi, nullū esset matrimoniū; nam de essētia

matrimonij est, esse vinculū perpetuū; vt cōstat ex eius definitione. at si cetera bona excludat, nempè bonum prolis, & bonū fidei tātū quoad exequutionē intēdens in corde suo non educare prolem, vel fidē non seruare, validū est matrimoniū; quia de essētia matrimonij est vinculū indissolubile; fides autē, & proles nō sunt de essentia; sed obligatio ad fidē seruandā, & prole educandā; vnde si in pactum deducetur intentio cōtraria bono fidei, & prolis nullū esset matrimoniū. videtur aperte D. Th. 4. d. 31. q. 1. ar. 3. corp. & Adria. 4. q. 3. de mat. dub. 9. S. respōdeo ad primum eam tenēt Palud. 4. d. 30. q. 2. a. 1. con. 1. nu. 14. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 19. ante S. 1. & alij. apud Sanch. hic n. 111.

At ex Theologis Riccar. 4. d. 31. a. 2. q. 1. Valdensis de sacr. c. 131. Pet. Soto, l. 26. de mat. & Enriq. lib. 11. de ma. c. 12. n. 7. cum Turrecrem. post cap. sicut non omnis ars. 1. 32. q. 2. tenent irritati per intētionem cōtrariam bonis matrimonij etiam mente retentam, vt si intendat prolem non educare, & debitum negare. Rosella matr. 3. nu. 11. vbi Sylu. 4. q. 5. & Lācell. inst. vir ca. lib. 2. tit. de sponsal. S. sponsalia contracta ve. puta cum aliquibus theologis tenent intētionem contrariam substantiæ matrimonij, & eius bonis si mente retineatur illud non irritare.

QVAERES III.

Quis finis debeat intendi ad hoc ne contrahenda peccent.

Respōdeo qui cōtrahit matrimonium animo habendi copulam, & non intendit principaliter sobolem, peccat venialiter, quia est quædam inordinatio præponere finem secundarium, qualis est vitatio fornicationis fini primario, qualis est prolis procreatio; si verò contrahens talis sit vt non possit procreare filios non peccat venialiter intendens vitare fornicationem; quia cessante fine primario, remanet secundarius.

6 Qui vero intendit matrimoniū animo non habēdi copulam, potest sine ullo peccato cōstituere sibi finem bonum fidei, & Sacramēti. Contrahere vero primario ob alios fines extrinsecos matrimonio vt ob pulchritudinē, diuitias, paces componēdas &c. est peccatum veniale ob leuem deordinationem; nisi tamen expressē fines matrimonij excludantur; quia tunc est peccatum mortale & sacrilegium ob iniuriam Sacramēto illatam. Si vero fines indifferentes, & matrimonio extranei sint tantum causa secundaria, & vt ratio applicādi animum ad illud matrimonium, vt communiter accidit, nullū est peccatum, quia nulla est inorditio debiti finis.

7 Tandem si quis ob finem peccati mortalis contraheret matrimonium, triplex peccatum committeret primum, quia recipit Sacramentum in peccato; secundum quia intendit finē peccaminosum: tertium desiderium consequendi rem illam lathalem, ita graues Dōctores D. Tho. 4. d. 30. in expositione literæ Caet. opusc. t. 1. tr. act. 12. de matr. q. 3. Palud. 4. d. 30. q. 2. ar. 3. n. 24. Enriq. lib. 11. de matr. ca. 4. n. 2. D. Ant. 3. p. 1. cap. 19. §. 8. 9. & alij, Angelus tamen *matrimonium* 2. n. 25. cum Couarr. 4. decr. 2. p. cap. 1. §. unico nu. 7. ait esse mortale contrahere ob fines extraneos, nempe ob pulchritudinem, diuitias &c. Sotus vero 4. d. 30. q. 1. ar. 2. concl. 3. tenet in hoc casu nullam esse culpam. Couarr. citatus, & Palacios 4. d. 31. dis. 2. fol. 690. col. 1. §. hæc ergo sunt, dicunt contrahere ob vitandā fornicationem nullam esse culpā, quos etiam alij videntur sequi. teste Pe. So. lec. 16. de matr. §. secundum præposleram.

* Distinctionem quam n. 3. huius disputationis ex Sancio posui nimirum si bonum prolis, & fidei tantum quoad executionem excludatur à contrahēte in suo corde valere matrimonium: contra vero si in pactū deducatur intentio contraria matrimonij, hanc inquam, distinctionem Pontius appellat nullius momenti, eamque impugnat *ib. 1. cap. 20. nu. 9. ubi (secundo colligitur*

nullius momenti esse distinctionem, quæ dicitur in presenti Thomas, Sanchez qu. cit. n. 11. inquit enim si finis matrimonij veliatur conditione contrariæ bono Sacr. v.g. donec alteram inueniam, inualidum esse siue retineatur mente, siue verbis exprimat, nam eo ipso non vult celebrare matrimonium indissolubile. at vero si habeat intentionem contrariam bono prolis, & fidei, nihilominus matrimonium valere si non exprimat verbis, & in pactum deducatur, sed mente retineatur. hæc quidem distinctio mihi non placet nam si semel demus conditionem eam esse contra substantiam matrimonij parum refert an mente retineatur, an exprimat verbis, nam quouis modo deest consensus necessarius &c. Si enim huiusmodi conditiones solum iure positio excluderentur à contractu matrimonij, verum esset eas tantum verbis expressis irritare sic enim subiacent foro Ecclesiæ, ac cum sint contra substantiam contractus eo ipso iure repelluntur quo constat essentia, & substantia contractus, ac ea sit & iure naturali iure quoque naturali repelluntur huiusmodi conditiones à contractu, unde siue mente retineantur, siue exprimentur verbis pariunt eundem effectum quis hoc neget?

Quo loco Sancierum arguit quasi vero dicat intentionem contra bonum prolis, & fidei esse quidem contra substantiam matrimonij: at si ea mēte retinetur, nō annullat illud, contra vero si verbis exprimat. vnde argumentatur, si hæc conditiones solum iure positio excludantur &c. & concludit admirans quis hæc neget, sed omnem abijciat admirationem, si aduertat attentē ea quæ Sancierus dicit n. 11. & 12. is enim distinguit quando intentio est de executione non educandi prolem, & non seruandi fidem, & quando tātū est de nolendo se obligare ad educandam prolem, & fidem seruandam; quæ etiā distinctionem præter D. Th. omā & alios ab ipso citatos admittūt Hortado de matr. disp. 3. diff. 4. n. 11. citans Filiucium Aegidium, Ochagauia, & hæc secundam dicit Sanch. esse contra substantiam matrimonij, ipsumq; annullare, etiam si mēte tantum retineatur, verba

verba Sancij sunt n. 12. (id tamen obseruandum est aliud esse sentiendū de tribus bonis quoad obligationē, & aliud quoad executionē, nam quoad obligationē omnia illa sunt de essentia, obligant enim cōiuges ad vitam indiuiduam ad reddendū sibi debitum, proleque non impediendā, & habitā educandā, si tamen considerentur hac quoad executionē, & in se ipsis sic bonū Sacramenti quod est indissolubile vincuū est de essentia matrimonij, non autem fides, & proles. Hinc fit ut intentio cōtraria bono Sacramenti irritet matrimonium, non autem intentio contraria fidei, & prolis, si tamen aduersaretur intentio fidei, & prolis quoad sua principia, similiter irritare matrimoniuū, ut si quis contraheret non intendens se obligare ad educandā prolem, vel ad seruandam fidē esse irritū matrimonium, quia cū hac sint matrimonio essentialia talis intentio matrimoniuū excludit) & hæc Sancius. At loquens de intentione contraria bono fidei, & prolis quoad executionem dicit si ea tantum mente retineatur non reddere nullū matrimonium, quia nil attingit ad eius substantiam sic inquit n. 11. (si tamen haberet intentionē aduersā alijs duobus matrimonij bonis corde solo retentā, nec in pactū deductā, valeret utique matrimoniuū ut si intenderet vitare prole, & habitam non educare debitū negare) idque probat (quia ea intentio nil astinens ad contractū, substantiā non auferit: quia si ille velit absolute contrahere obligatur ex vi contractus ad non agendum aliquid contra predicta bona non obstante sua intentione, & confirmatur quia stat velle obligari ad aliquid faciendū, & adesse animū non implēdi, ergo similiter stare potest matrimoniuū validū contrahere cū intentione non seruandi fidem.)

Adiungit præterea vir doctissimus hanc intentionem non seruandi fidem, & prolem non educandi quoad executionem vitare matrimonium, illudque annullare si deducatur in pactum. & ratio est quia tunc excluditur obligatio educandi prolem, & seruandi fidem quod dixit esse contra substantiā contractus matrimonij, En ipsius verba n. 13. (ad tertiuū dico quando intentio e-

contra bonū prolis, & fidei, ut sunt substantialia; id est quoad obligationem, similiter irritare, & ideo irritat conditio contraria in pactum deducta; quia predictam obligationem excludit, quod secus est de simplici intentione.) Poterat ergo Pontius ex his, quæ attulimus aduertere optimam esse Sancij distinctionem, nedū nullius momenti appellare, ex ipsaque doctrina nil dubitationis Pontij argumento relinquere. quare ad id quod ait nam si semel demus conditionem eam esse contra substantiam matrimonij parum refert an mente retineatur, an exprimatur verbis. Respondeo hoc verum esse de conditione, seu melius, ut loquitur Sanchez, de intentione cōtra bonum fidei, & prolis quoad obligationem; nam illa est cōtra substantiam, de intentione vero cōtra bonum prolis, & fidei quoad executionem, nego id esse cōtra substantiam matrimonij dum mente retinetur; & nō in pactū deducitur, & multum referre si verbis exprimatur, & in pactum deducatur, quia tūc tollit obligationem seruandi fidem, & prolem educandi, & sic reducitur, seu efficitur cōtra substantiam matrimonij.

Neq; maius pōderis habet id, quod addit Pōtius (si huiusmodi conditiones solum iure positivo excluderentur à contractu matrimonij, verū esse eas tantū verbis expressas vitare, sic enim subiacent foro Ecclesia) nam Sánchez nō facit vim utrū per verba fiat hæ cōditiones sēsibiles, nec ne: sed in eo quod in pactum deducatur ob rationem toties repetitam. quæ omnia notare debuerat Pōtius, neque tam facile Sancium carpere ut benè etiam notauit Paulus Layman tract. 10. p. 2. cap. 7. n. 8. ibi valide cōtrahitur matrimonium cum intentione adulterandi, prolis generationē impediendi, vel genitam necandi, sed nō validè contrahitur si talia in pactum deducatur, quod etiam videre est apud DD. supra cit. & alios recentiores.

DISPVATIO XXX.

An satis sit consensus internus ad matr. & an sufficiat signis eum exprimere.

Cer.

1 **C**ertum est inter catholicos, nō satis esse consensum internum; sed oportere exprimi verbis, aut signis; quia si consideretur vt Sacramentum est; de ratione eius vt sit signum sensibile; si vero consideretur vt contractus inter homines celebratus, requiritur etiam expressio aliqua; quia ipsi ignorant corda.

2 Hæc autē externa signa ita sunt de ratione, & essentia ipsius contractus, vt sine illis non possit esse matrimonium; quamuis Deus reuelaret consensum internum, quia matrimonium vt ē Sacramentum necessario, & intrinsecè ē signum sensibile ex definitione Sacramenti; ergo etiam vt est contractus, quia Christus non immutauit naturā contractus in matrimonio. sic etiam tenent aliqui Theologi. Almainus 4. d. 15. q. 2. Victoria sum. de mat. n. 250. Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 3. con. 1. ver. verumtamen Ledesma 2. p. 4. q. 47. ar. 2. fo. 448. Palacios 4. d. 27. dis. 1. fol. 568. contra Maiorem 4. d. 26. q. 1. ar. 3. qui putat nō requiri signum externum casu quo Deus consensum reuelaret alteri.

DISPUTATIO XXXI.

Verum sufficiat consensum matrimoniale signis exprimere, vel necessario verba desiderentur.

1 **P**roterius tenendum puto satis esse ad valorem matrimonij signa consensum exprimentia in quibuscumq; contrahentibus. Probatur quia Christus noluit materiam, & formam huius Sacramenti magis determinare, quam esset necessarium ad rationem contractus; sed ad rationem contractus satis ē vt mutua contrahentium voluntas signis manifestetur; ergo etiam hoc satis erit ad matrimonium; nec Ecclesia irritat matrimonium sine verbis contractum, quia cum corrigat ius diuinum, debet expressissimis verbis id facere, quod tamen non fecit. habes pro hac sententia, apud Sanchez 24. Theologos insignes D. Tho. Maiorem, Gabr. Victoriam, Suar. Enriquez Gama de sacr.

pras. ad mortem damnatis ques. 4. num. sexto Viguer. lib. inst. c. 16. §. 7. ver. 6. Ledesma 2. p. 4. q. 47. ar. 3. fol. 448. Palacios 4. d. 27. dis. 1. fol. 562. Grifald. v. matrim. num. 16. Barth. à Ledesma dub. 17. de mat. fol. 1271. Vega lib. 3. sum. casu 151. & ex iurisperitis Abbas C. tua de sponsal. num. 3. vbi Ant. nu. 8. Card. sine. Alex. de Neuo inter cons. matrim. Zileti cons. 35. nu. 2. Ripa l. ex facto nu. 1. ff. de vulg vbi Areti. Boerius decis. 1. num. 18. Cagnolus Galiaula, Iacob. de Nigni, Nicol. Morfius Euerardus Nauarr. Tabiena Angel. Brunell. Couarr. Nicol. Capiterreus, & alij locis à Sanch. nostro in presenti disp. nu. 5. cit. Vnde dicendum est in tali casu esse Sacramentum, quia omne matrimonium fidelium est Sacramentum, vt dictum est supra disp. undecima est communis omnium theologorum, & iurisper. Secundum Enriquez l. 11. c. 2. num. sex. hic.

2 Sunt multi iurisperiti, qui cum Riccardo, & Durando dicunt in potentibus loqui nō sufficere signa ad consensum exprimendum. Alij vero volunt, vt saltem præcesserit tractatus de matrimonio contrahendo, vel vnus ex contrahentibus proferat verba. Sunt Henricus, Ioan. Andr. Lupus, Boerius &c. quos videte apud Sanchez. hic à num. sec. ad 5.

Q V A E R E S.

An verba sint saltem de præcepto ita vt peccent potentes loqui si contrahant signis.

Respondeo multò certius esse (quamuis aliqui oppositum teneant, vt Manuel 1. t. sum. 2. edit. cap. 216. num. 5. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. num. sex. quamuis non adeò absolutè. verba in potentibus loqui non esse de necessitate Præcepti; quia nullum tale est Ecclesiæ præceptum, esset tamen culpa venialis verbis non explicare, quando non est iusta causa, quia non explicatur commodiori modo, quo potest; si vero ita signis explicetur, vt dubius esset con-

Q sensus

fensus, & lites orirentur; & scandala, esset peccatum mortale, nil autē refert, an prius foemina verba proferat, vel maritus, & vter debeat prius interrogari. vide Gouarr. 4. dec. 2. p. c. 4. n. 6. Io. Andr. C. si inter de spons. n. 3. vbi Anton. Palac. 4. d. 27. d. 1. f. 569. Veracr. 1. p. spec. ar. 3. Bart. Ledes. dub. 17. de ma. f. 1271.

Quod ex Sanch. diximus esse pec. veniale non exprimere verbis cōsensum. putat Pont. non esse cōsequēter dictū l. 2. c. 7. n. 14. (Quod si quis quaerat: an saltem sit necessariū ex praecepto, ut qui loqui valeant, adhibeāt verba in celebratione matrimonij, Thom. Sanch. dis. ci. 31. dicit esse peccatū veniale omittere verba) & addit (Ego quidem non video praeceptum aliquod ecclesiasticū de verbis adhibēdis, & Pontif. in d. c. tua aut C. licet de spons. duorū non intendit excludere alia signa expressiva consensus: & ipso Tho. Sanch. admittit nullum in dictis capi. contineri praecept. &c. quod si nullū agnoscat praeceptū quomodo potuit esse peccatum veniale in omissione verborū, cum peccatum tam mortale, quam veniale nō possit esse nisi vbi lex, & praeceptum est, ut enim inquit Apostolus vbi non est lex, non est praeuaricatio, ut dixi latē in ma. de peccatis nec verō ex Trid. sess. 24. c. 1. &c.) hec ille, ex quibus in primis aduerto nō fideliter Sancij sententiam ab ipso afferri, nam debebat etiam dicere moderationem positam; scilicet esse veniale, nisi iusta causa excusaret; sed hoc difficultatem non ingerit, id me valde mouet; quod Pontius dicat nō fuisse consequenter locutum Sanchez dum dixit nō extare Ecclesiae praeceptum de verbis, & tamen addidit esse peccatum veniale; quasi vero infallibilis sit hęc consequentia Pontio non est praeceptum Ecclesiae: ergo non est peccatum; aut quasi fuisset obscurum fundamentum Sanchez; quo asserit esse veniale verba sine causa omittere in expressione consensus: legat eodem n. 10. quem Pontius citat, & inueniet hęc verba Sancij (Fateor culpam esse venialem, non exprimere verbis &c. quia à recta ratione alienum est in hoc grauiss. contracta non exprimere consensum cum-

modiori modo possibili: verba autem meli⁹ & clarius, quam signa consensus exprimūt) habet igitur Pontius legem; non quidem Ecclesiasticam, quam Sanch. negat extare; vnde frustra laborauit eā iauestigando ex Canonibus. aut ex Tr. sed legem illam; cuius transgressio cōstituit rationem peccati; si grauis rōnē mortalis, si leuis, peccati venialis; per quam peccatum definitur (dictū factū vel concūpitū contra legem aeternam) à S. Aug. lib. 22. contra Faustum c. 27. D. Tho. p. 2. q. 71. ar. 6. Vasq. dis. 97. c. 1. & alijs commr. vbi nomine legis aeternae intelligitur ipsa diuina essentia, quae cōsiderata in se; etiam antequam intelligantur creaturae possibiles, est radix totius conuenientiae & regula honestatis radicalis actuum humanorum; nam ex eo quod Deus est, sequitur hominem nō implicare seu creaturā rationalem quae quatenus est participatio diuina naturae, est proxima regula humanorū actuum in bonitate, & malitia: vnde actus erit bonus si conformetur rectae rationi, malus si sit ab ea difformis: quae omnia fufe alias videte Suar. trat. 3. dis. 7. sec. 1. de vitijs & pecc. Vasq. dis. 97. c. 1. in 1. 2. Victoriam relec. de hom. & alios apud ipsos. Ex quibus iam satisfactum est Pontij argumento: dicit enim Sanch. esse peccatum; quia est disconueniens rationi rectae. in qua disconuenientia ratio peccati consistit vt dictum est.

Neq; D. Paul. dum dixit (vbi nō est lex neq; praeuaric. ad Rom. 4. intelligit non esse peccatū vbi non est Ecclesiasticū praeceptū; vt videtur sentire Pōt. nam adducit hunc locum: ad probādū, quod si nō est praeceptum in d. cap. tua non debebat Sanc. agnoscere peccatū in omissione verborum. sed vel locut⁹ est de his, quae sunt peccata, quia prohibita, vt omittere sacrum v. g. Deifesto: vel quia lex, & dictamen rationis ostendit peccatum; quod si ignoraretur; non esset tale; vt videre est apud DD. cit. abstineo enim à lōgiori tractat. cū satis mihi sit ostēdisse, vt videtur, Sanch. nō esse notādū incōsequētiae, vt putabat Pōt. nā circa veritatē sētētiae non disputo, nec mea indiget defēs. in hac re Sanc.

DISPVATIO XXXII.

QVAERES.

An necessarium sit utriusque coniugis consensum simul absque interuallo praestari

An si consentiente altero coniuge nempe Titio, alter vero, scilicet Berta fictè consentit, satis sit ad hoc ut matrimonium contrahatur si Berta de nouo praestet consensum.

Multo probabilius est non esse necessarium ut consensus amborum coniugum simul tempore praestetur, sed sufficit si consensus prioris coniugis reuocatus non sit; quia in omni contractu hoc tantum sufficit. quod si prior qui consentit dicat se reuocasse consensum, creditur illi, quia in dubio praesumitur consensisse cum hac conditione si ille statim assensum dabit. ita D. Thomas 4. d. 29. q. 1. ar. 3. *quasi iuc. 2. ad 2.* Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 3. Riccar. *ibi q. 3. ar. 1.* Viuald. *Candel. 1. p. de matr. n. 42.* Manuel 1. s. *sum. 2. edi. c. 216. n. 8.* & plures iurisperitij Calder. C. *si inter de spons. vbi Ant. n. 4. Cardin. n. 4. q. 4.* Alex. de neu. n. 12. Praef. n. 3. Zasius *conf. 4. n. 8.* Parisius refer. *alios con. 55. n. 16. vol. 4. lup. rub. de don. §. 50. n. 20.* Couarr. 4. *dec. 2. p. cap. 4. n. 7.* Azebedo *lib. 6. rec. tit. 16. l. 2. n. 20.* Corsetus Crotus Card. Florent. apud Zassium *loc. cit. Nauarr. sum. cap. 22. n. 80.* contra Speculatorem 1. *de spons. §. 1. n. 5. v. secus Iua. And. d. c. si inter n. 2.* Ant. *conf. 64. Abb. c. dilect. de spons. fine Alex. Carr. lib. 4. de spons. c. 3.* putantes debere esse simul, quia id requiritur in caeteris contractibus, & in alijs Sacramentis materia, & forma debent esse simul.

2 Non debet tamen posita nostra sententia intercedere magnum interuallum inter consensum vnius, & alteri; quod aliqui dicunt esse septennio transacto, Alij biennio, tamen melius id prudentis arbitrio attentis circumstantijs particularibus decernetur. Ratio est quia in alijs etiam contractibus transacto longo tempore non manet virtualiter voluntas, sed censetur reuocata l. 1. §. 1. ff. 1. *de verb. oblig.* ergo etiam in matrim. vide Sotum 4. d. 27. q. 1. ar. 3. *ve. sed alia hinc nascitur* Couarr. 4. d. 2. p. c. 4. *ini. n. 7.* Azebedo *lib. 5. recop. ti. 16. l. 2. n. 20 ad fin.* Lud. Lop. 2. p. *inst. de matr. c. 39. f. 1056.* Petrum Ledes. *de matr. q. 45. ar. 3. dub. 2.*

3 **R**espondeo satis est si denuo consentiat, modo ille qui consentit verè non reuocauerit consensum; quia cum prior consensus validus fuerit ex parte vnius; nihil desideratur, nisi alterius consensus; ergo hoc posito efficitur matrimonium [loquimur hic quando cadit consensus supra personas habiles ad contrahendum, & nullum habentes impedimentum] ita D. Tho. 4. d. 29. q. vni. ar. 3. *quasi. 2. ad 2.* D. Bonau. *ibi q. 2. n. 13.* D. Ant. 3. p. *tit. 1. c. 7.* Enriquez *lib. 11. de ma. cap. 10. n. 5. fine.* Viguerius *lib. inst. c. 16. §. 7. ver. 6.* Nauarr. *sum. cap. 22. n. 51.* & alij multi tractantes quando alter metu cadente in virum constanter consentit, & in proprijs terminis, quando fictè coniux consentit P. So. l. 3. *de ma. §. primum igitur* Ludou. Lop. 1. p. *inst. c. 85. fine §. penul.* Manuel 1. s. *sum. 2. edi. cap. 208. n. 7.* Nauarr. *sum. c. 22. num. 80.*

4 Secunda sententia, quae dicit requiri nouum utriusque consensum, est satis probabilis. tenet Bart. à Ledesma de matrimonio *dub. 19. fol. 1297.* Palacios 4. d. 27. *dis. 1. fol. 566. col. 2.* Ratio est, quia matrimonium claudicare non potest, ergo deficiente vnius consensu, est irritum; ergo requiritur nouus consensus amborum.

5 Ex nostra sententia infertur non esse necessarium alteri coniugi quidquam dicere de consensu non habito; etiam si plures anni intercesserint quia ille iam tenet & habet eundem animam & consensum, quem prius habuit, cum adhuc eam retineat in coniugem, nec requiritur ut fiat coram Parocho, & testibus, aut signis externis; quia hic tantum suppletur defectus interni consensus. caetera vero omnia iam sunt praestita. Idem etiam dici potest de eo, qui fictè professus est, aut metu: potest

enim quocumque temporis intervallo elapso, interius profiteri, citat Säch. à nu. 11. etiam pro his Riccar. D. Ant. Ang. Sylu. Petr. Soto, Enriq. & alios. Nec dicta in hac disp. correctæ sunt per Tridentinum *sess. 24. de matr. cap. 1.* ita vt necessarium nunc sit simul tempore consensum præstari ab vtrisque contrahentibus, quia multi Doctores relati *num. 1.* id affirmantes scripserunt post Tridentinum. Cucus tamen *lib. 5. init. mai. s. 11. n. 3.* & Bart. à Ledesma *de mat. dub. 17. fol. 1272. s. sed dubium se offert* dicunt esse correctæ.

* Contra dicta in hac disp. à *num. 3.* sentit Pontius *lib. 4. c. 24. n. 5.* putatque suam sententiam non modo probabilior, sed etiam iam definitam iudicio Sedis Apostolicæ, aitque contra Sanchez hæc *verum contra sententiam istam, quam Sedis Apostolicæ iudicium definiuit, sentit Thomas Sanchez, quem ea definitio latuit*, quibus verbis tacite insinuat absurdissimam, ac plusquam erroneam sententiam Sancij esse, cum sit contra decretum Sedis Apostolicæ, verum ipsum ob ignorantiam excusat,

Quod si quis ab eo petat, vbi nam sit hoc decretum Sedis Apostolicæ refert. *n. 4.* quandam Epistolam P. Tuccij scriptam ad P. Paulum Comitolum, vt ipse testatur in qua dicit Clementem VIII. de ea re consultum ab ipso Tuccio respondisse consensum iterum renouari debere coram Parocho, & testibus, & alterum coniugem monendum de nullitate matrimonij.

Credo equidem Pontium multos legisse DD. Suar. tamen *de legibus præsertim lib. 4. cap. 14.* non legisse videtur, sciret enim quando, & quo modo responsa Pontificum vim habent, & auctoritatem Sedi Apostolicæ debitam, quod hic non est meum explicare, passim enim DD. tradunt, & optimè Suarez *loco cit.* vbi quæso hoc responsum Clementis extat? quis audiuit? vbi promulgatum est? ergo tota Ecclesia P. Tuccij testimonio acquiescet? Bonacina tot annis Romæ versatus, ac munus Pœnitentiarij exercuit, sub ipsoq; Clemente VIII. vigit, & tamen Sächij

sententiam amplexus est *q. 2. pun. 10. num. 1. de matr eandem Filiucc. tra. 10. cap. 39. q. 6. num. 84.* qui in ipsa Romana luce sua scripta edidit, eam etiam amplectitur Paulus Laiman *tract. 10. p. 2. c. 6. n. 1.* & nouissimè P. Diana Clericus Regularis *in suis Miscellaneis tract. 15. resol. 5.* qui refert Comitolum afferentem decretum Pontificis, & nihilominus Sancij sententiam vt probabilior sequitur cum alijs recentioribus, quos ibi citat, aitque responsum hoc non extare, & etiam si extet dicendum esse Pontificem vt priuatum Doctorem id sensisse; Et certè si vnquam dici potest Pontificem aliquid vt priuatum Doctorem decernere, hic esset casus; quis enim credat Clementem VIII. virum prudentia singulari prædictum, sententiam, quæ D. Th. D. Bonau. D. Ant. & alij multi, quos *nu. 3.* retuli Theologiæ lumina docuere (nō enim refert si non loquantur præcise in casu ficti consensus, sed quando est metus, eadem est enim ratio,) & tot iurisperiti in terminis docuere Hort. *cap. dilectus de spons. ver. contrario. Io. And. n. 7. Anch. nu. 3. Alex. de Neuo nu. 18. Sylu. matrim. 8. q. 2. dicto 6. Nauarr. sum. c. 22. nu. 8.* cum Soto Riccardo Lud. Lop. & Manuel. Theologis *n. 3.* relatis statim ad vnus interrogationem damnare voluisse, & oppositam sententiam absq; vlla consultatione auctoritate Apostolica firmare.

DISPVATIO XXXIII.

An sufficiat ad matrimonium cōsensus quo vterque coniux falso existimans subesse impedimentum dirimens contraxit, vt si putabat coniugem priorem viuere qui reuera mortuus erat.

I R E S P O N D E O valere in isto casu matrimonio iū, quia isti cōiuges reuera sunt habiles, & intendunt contrahere, vt supponimus; ergo cōtrahunt, sicut putans baptismum eē irrisorium, & baptizet, intendens facere quod facit Ecclesia, valet baptismus. ita ex Theologis D. Anton. 3. p.

1. 1. o. 9. sine. Bart. à Ledes. de matr. dub. 52. con. 3. Petr. Ledesma de matr. q. 55. ar. 9. dub. 2. Enriquez lib. 11. de matr. c. 11. n. 5. loquens quando contrahentes dubitāt. & aliqui iurisperiti Gloss. sap. cum in Apostolica, v. remanente de spons. Rosella impedim. imp. 12. sine Tabien. ibi impedim. 10. Veruetius & supplem. apud Sylu. matr. 8. q. 13. dicto 5. Couarr. 4. dec. 1. p. c. 3. §. 7. n. 2.

2. Contraria sententia est etiam probabilis. est Sylu. loc. cit. Armill. matr. n. 44. Ang. matr. 3. imp. 13. n. 5. Ant. Cu. Soti Angles Flor. Vega, quos refert Sanch. n. 1. hic. Ratio horum est quia error videtur in hoc casu esse circa substantiam; nam coniuges putant eē impossibilem sibi corporum traditionem. In foro tamen externo his non est habenda fides, si negent se consensisse. sic Couarr. dicto §. 7. n. 4.

Quid sentiat in hac dispu. Sanchez adeò clarum est vt mirer Pontium lib. 4. cap. 23. n. 2. id inquirere ibi duobus modis potest se habere contrahentium animus in predicto casu (scilicet quando contrahunt putantes se habere impedimentum) primus est si ibi sint duo actus, & iudicia, quorum vnū seratur in impedimentum, quod falso subesse putant, & scientiā iuris, & ea supposita volunt adhuc contrahere quamuis ius resistat: secundus est, vt quamuis habeant eam cognitionem circa factum, & ius, aliam habeant, qua ipsis occurrat fortè se teneri eo impedimento, & consensus sit quasi cōditionatus, qui sic explicari potest; & si nos teneamur impedimento, & ius resistat, attamen si fortè pot inter nos iniri matrimoniū consentimus in primo casu impossibile est consensus, & si oppositū intendat Thom. Sanch. planè falsum est, & eius argumenta nequaquam id probat) poterat Pontius aduertere Sancium in primo sensu esse loquutū, sic enim habet in ipso dispu. ingressu (difficultas consistit quādo adest error facti, iurisque scientia, quia coniuges falso credebant esse impedimentum, & existimabant eo stante nō posse consistere matrimonio, si enim erraret etiam iure fatentur omnes verum esse matrimonium) & n. 2. ait (secunda sententia probabilior affirmat valere

matrimonium si contrahentes intendāt quantum in ipsis est contrahere ex quibus vtriusque auctoris verbis quis non videat magis posse dubitari de sensu Pōtij, in eo ipso in quo putat omnia in concordiam, & lucem prodere; nam ponit secundum casum his verbis (vt quamuis habeant eam cognitionem circa factum & ius aliā habeant qua ipsis occurrat fortè se non teneri eo imped.) quæ verba ita explicari deberent: si impedimentum non est, vel quia mortuus est vir v. g. vel quia ius hic, & nunc nos nō ligat, & in hoc casu tantundem est, ac quærere: an quando dubitant, vel habent opinionem de impedimento validè contrahant, & sic est alia quæstio, quam Sanchez. infra à disp. 41. tractat: nunc autem loquitur quando contrahentes existimant esse impedimentum dirimens, ad quod requiritur non solū scientia iuris, vt sciant v. g. consanguinitatem in tertio gradu dirimere matrimonium; sed etiam sciant, vel certò credant se esse consanguineos alias nō procedit quæstio, quam præ manibus habemus, si enim habent intentionem, quam vult Pōtius iam non verificatur de ipsis, quod existiment esse impedimentum, quod optimè notauit Sāch. infra disp. 41. ci. ibi (hactenus egimus quādo nullitas matrimonij certò cognoscitur, in presenti autem disputamus, quādo ea dubia est) en quo modo intelligendus sit Sanchez in hac dispu. nimirum quādo contrahentes putant nullum esse matrimonium, non autem quando dubitant; vt putat Pontius, hæc enim ē alia quæstio infra tractanda, vt dicebam; id etiam, quod addit Basilus ad explicationem huius secundi modi, quo contrahentes se habere possunt nimirum (& si nos teneamur hoc imped. & ius resistat, attamē si fortè potest inter nos iniri matr. cōserimus.) valdè dubiam reddit suam sententiam, nam si intelligat per ly si fortè potest si nō sit v. g. mortuus coniux, vel si hoc non sit impedimentū, iam incidit in id, quod diximus esse diuersum à proposita quæstione, nam loquitur quādo contrahentes sunt dubij de impedimento: si vero intelligat quod

cōtrahentes sciāt se teneri illo impedi-
mento, & ius resistere, & adhuc habeāt
hunc animum volumus contrahere,
si possumus iam nil noui dicit, nec op^o
erat inquirere, num Sanchez fuerit in
hac sentētia: apertē enim id docuit in
sua conclusione vt vidimus, & manife-
stissimē respondens ad tertium ait (*dic
non posse voluntatem ferri absolutē in im-
possibile; benē tamen sub conditione*) Expli-
cet pro vt vult suam Pontius sentētiā.
illud fanē mīhi valdē difficile, & durum
dictū est, quod ait planē falsam Sancij
sententiam cum saltem autoritate,
grauissimorum DD., qui eam ample-
ctuntur vt Diui Antonini, Barthol.
Aledes. & Petri Aledes. & recensiorum
etiam quamplurium vt Filiuc. Bonac.
Gutier. &c. probabilis iudicanda sit à
viris doctis, ego auctoritate solius Co-
uarr. viri omnium iudicio vtriusque
Iurisperitissimi contentus ero ad asse-
rendam Sancij sententiam, non modo
non falsam; sed etiam valdē probabilē
esse ait igitur Couar. 4. dec. 1. 2. cap. 3.
§. 7. n. 2. *fat est* (ad matrimonium con-
trahendum) *illud impedimentū nō subesse
& contrahentē consentire matrimonio etiā
refragante lege Canonica, quā illud probi-
bet inter consanguineos, iuris equidē Can-
onici est illum cōtractū retractare, cōtrahē-
tis est cōtractui cōsensire quod patet*) sed
an argumenta Sancij intentum non
proben, vt putat Pontius, videamus,
ex his, quæ affert ad illa debilitanda.
n. 2. circa medium hæc habet Pōtius
loquens de Sancij argumentis (*prima
adducit Sanoh. argumentū ex cap. 1. de
spōsal. in 6. vbi deciditur ex sponsal. nullis
ratione impedimenti oriri publicam hone-
statem modo ad sit cōsensus: ergo supponitur
possibile esse cōsensum cū impedimento di-
rimenti. Potest tamē respōderi primo in-
telligendum esse quādo ignorabatur impe-
dimentum, & ita cum ea ignorantia esse
cōsensum potuisse. deinde respōderi potest
intelligendum esse quando contracta spons.
sunt in ordine ad Papæ dispēsationem sub
ea cōditione, & Pōtifex noluit dispēsare;
fuit enim tūc sufficiens cōsensus ad spōsalia,
conditionatus tamē, & ita potuit ex illis
licet nulla remaneret ratione impedimēti*

*oriri publica honestas cum nō fuerit cōsensus
absolutus, sed cōditionatus.*) solutio hu-
ius argumenti non ostendit falsam pla-
nē Sancij sententiam, ex eo enim quod
alicui argumento respōderi potest nō
sequitur.

Contrariam sententiam esse apertē
falsam alias omnes fere Pōtij sentētiæ
essent falsæ cum ipse non afferat argu-
menta vt demōstrationes, quibus res-
ponderi non possit, modestius igitur
loquutus est Petrus Ledes. q. 55. de ma-
ar. 9. dub. 2. cum Sācio hic, dum cōtra-
riam sentētiā probabilem appellat,
quamuis respondeat illius argumētis.
Præterea si expendamus primam res-
pōsionem Pōtij nimirū tunc ius præ-
sumere cōsensum in spōsaliibus cōtra-
ctis quādo impedimentum ignoraba-
tur videbitur fortē valdē difficilis ex-
plicatio; nam testus loquitur (*ex spōsal.
puris, & certis etiam si cōsanguinitatis, af-
finitatis, frigiditatis, aut alia quauis rōne
sunt nulla: dummodo nō sint nulla ex defe-
ctu cōsensus, oritur efficax ad impediendū,
& dirimēdum sequētia spōsalia, vel matri-
monium impedimentum.*) valdē autem
difficile est dicere religiosum, Sacer-
dotem, &c. nescire hoc esse impedimē-
tum præsertim cum textus indistinctē
loquatur vt bene notat Francus hic
n. 3. notab. 4. Palud. in 4. distinct. 41.
q. 2. ar. 2. n. 12. & supponunt omnes, qui
hoc testu vtuntur ad probandum posse
esse cōsensum cum scientia impedi-
menti vt Couarr. lo. ci. Filiucc. de ma-
tract. 10. cap. 3. n. 56. & alij. Secunda
autem explicatio nimirum Pōtificem
loqui de spōsaliibus contractis sub cō-
ditione si Papā dispensauerit, & condi-
tio non est impleta, quia Pōtifex no-
luit dispensare (*fuit enim tunc inquit Pō-
tius, sufficiens cōsensus ad sponsalia, cōdi-
tionatus tamen, & ita potuit ex illis licet
nulla remaneret ratione impedimēti, ori-
ri publica honestas, cum non fuerit cōsen-
sus absolutus, sed conditionatus*) hæc ex-
plicatio videtur apertē cōtra tex. & illi
contradictoria; textus enim dicit ex
sponsaliibus conditionatis ante euentū
conditionis non oriri impedimentum
publice honestatis sicuti non oritur ex
incer-

in certis & consensum non habentibus Pontificis verba sunt (*nam ex sponsa lib^o conditionatis ante conditionem extantem, sicuti consensum non habentibus, & incertis nulla publica honestatis iustitia oritur*) & tamen Pontius audet dicere oriri impedimentum publicæ honestatis ex spō salibus conditionatis, non solum antequam conditio eueniat; sed cōditione deficiente, quia Papa noluit dispēlare, vt ex eius verbis patet.

Secundum vero argumentum Sancij soluit Pōtius n. 3. vbi habet referēs illud (*probat 2. Sanchez ex clem. de cōsan. quin. vbi excommunicantur cōtrahētes in gradu prohibito quod inquit nō aliter fit, nisi quia supponit esse cōsensum eo enim deficiente nō incurritur illa excommunicatio. Sed nō rectē colligit, punitur in illa clem. factum ipsum sciēter, & cū prāsūp. siue fuerit alias cōsensus sufficiens siue nō*) probabilis est ista explicatio sed Sācio nota qui lib. 7. disp. 48. n. 9. ait (4. deducitur nec esse locum huic excommunicationi. quando quis fidele cōsensit, quia dicta clem. unica punit affectū, ac cōtrahēdi voluntatem cum illis impedim. huius sententia sunt &c. & Pe. de Ledes. qui bene ait oppositum esse probabile, nimirum incurri in hoc casu excommunicationem: partem enim hāc tuebūtur, qui censent existente impedimento dirimēti nō posse dari cōsensum in matr. &c.) vnde patet Pontium Sancij responsionibus, quas ipse etiam aduersarijs suppeditat vltim; ea tamen probabilitas non facit Sanciū non rectē inferre suam conclusionem ex illa clem. cum ea potissimum vtantur Couarr. & alij; quam solide autem respondeat hic auctor 3. argumento Sancij ingeniosis omitto lectoribus, ne frustra tempus teram, cū fatis sint que dixi ad ostendendum, minus rectē Sancij sententiam ab ipso plane falsam appellari illud præterire minime possum nimirum rationem, quam affert Pontius pro sua sententia iam dudum allatam paucis verbis & solutam à Sánchez esse; ratio Pontij est (*inteso non potest sequi in volunt. nisi iuxta id, quod in intellectu præcessit neque cōtra actum intellectus perseverantem potest quidem*

voluntas intendere: ergo cum in intellectu solum sit cognitio vera iuris, & nulla de dubio facti, nō potest esse inteso cōtrahēdi si possum, quam enim cognitionem sequetur ea intēsior explicio à simili in materia communi de cōsciētia potest qui sibi ex duab^o opinionibus persuadet aliquam esse falsam cōtra propriam cōsciētiam operari, quia alias habet iudiciū aliud per extrinseca principia oppositū esse probabile, & posse operari iuxta opinionē probabile, at si tale iudiciū nō eēt nō posset operari cōtra illam se teneretur sequi iudiciū illud, cū nō esset sufficiens aliud principii in intellectu, vnde alius actus vol. sequi posset hoc argumentum breuissimè propositum fuit à Sanchez tangendo medium in quo tota difficultas consistit pro cōtraria sententia ibi (*& ratio dubitādi ē quia non apparet qualiter veram intensionem ineūdi matrim. habeāt, qui illud impossibile esse putāt*) & post pauca adducit tertium argumentum cōtrariæ sententiæ (3. quia voluntas nō potest ferri in impossibile vt iuris conscius qui Sacer. nō est nequit intēdere cōsecrare) ad quod argumentum n. 4. s. respondet (*ad 3. dic nō posse volūt. ferri omnino in impossibile bene tamē sub cōdit. in quātū potest*) ex qua responsione sic solutum manet Pontij argumentum. distinguendo antecedens, non potest intendere voluntas contra iudicium intellectus, omnino, & absolutē concedo; conditionatē, in quantum pōt nego antecedens, & consequentiam, neque exemplū, quod affert, nouam addit argumento vltim; nam vel loquitur de potentia physica, quod scilicet non possint habere intēsionem sub conditione in quantum possunt ad illam opinionem, quam falsam putant, & sic videtur assumere pro exemplo id, quod est in quæstione & probandum. Vel loquitur moraliter, quod scilicet teneantur cōformare iudicium practicum iudicio speculatiuo, & tunc non sumus in casu; nam certum est coniuges peccare mortaliter dum sciunt esse impedimentum, & nihilominus volunt contrahere, tenentur quippè conformare suam intēsionem iudicio intellectus dictantis eē impe-

impedimentum, & illicitum contrahere. Quæstio vero proposita à Sancio in hac disputatione est; an stãte iudicio intellectus putantis esse impedimentum possit physicè haberi intẽsio contrahendi sub conditione. Ex his omnibus lectoribus iudicandum relinquo, an Sancium suam sententiam adeo obscure posuerit vt Pontio iustã ansam de illius sensu dubitãdi dederit: & eius argumenta adeo imbecilla vt iure à Pontio planè falsa potuerint appellari, præsertim cum Pontij argumẽtum, quod manifestum putat à Sancio non leuiter fuerit solutum, nec ipsum debuit latere; vt nullam fecerit mentionem illud allatum, & solutum fuisse à Sancio.

DISPVATIO XXXIV.

An sufficiat consensus, quo aliqui ex errore putantes matrimonium per ipsos contractum esse validum, de nouo consentiant.

CAsus est: quidam fictè contraxerunt matrimonium, & credẽtes illud valuisse, vel quia ab aliquo viro docto, vel confessario dictum est illud valere, denuo cõsentiunt in illud. Respondeo non esse matrimonium etiam posito hoc nouo consensu, quia nil est tam contrarium cõsensui quam error. *l. per errorem ff. de iurisd. omn. iud. nec valeret etiam si illi ita affecti essent vt si scirent matrimonium prius contractum à se nullum esse, adhuc contraherent; quia ad matrimonium nõ sufficit consensus habitualis, & in animi præparatione, sed requiritur actualis, sic tenent etiam ex Theologis Henriquez lib. 11. de ma. ca. 9. n. 7. fi. Veracruz 1. p. spec. ar. 29. fi. Palacios 4. d. 28. disp. 1. fol. 628. col. 1. Victoria rela. de ma. p. 1. n. 10. & alij Canonistæ Nauarr. sũ. c. 22. n. 76. Ant. iter cõf. Anchar. con. 229. vbi Anchar. con. 230. Rosella ma. 4. n. 4. & 5. Angel. ma. 2. n. 17. quamuis hi duo cum Nauarro Palacios, Victoria, & Ledesma videantur in oppositum, sentire quando si scirent contractum esse nullum vellent adhuc consentire,*

DISPVATIO XXXV.

An ad ratificandum matrimonium inualidũ ob impedimentum dirimẽs, impetrata impedimẽti dispensatione exigatur vtriusque coniugis consensum renouari; an vero sufficiat consensus illius, qui nouerat impedimentum.

CErtum est desiderari vtriusque consensum, quia prior consensus fuit ex parte vtriusque inualidus. nam fuit circa materiam illegitimam, vnde debent de nouo contrahere verbis, vel signis externis nouum consensum explicantibus, cuius contrarium minus benè dixit Veracruz 1. par. spec. ar. 44. concl. 3.

Idem dicas de eo; qui in etate non legitima professus inualidè est, aut alia de causa incapax erat professionis; desideratur enim nouus cõsensus externus superioris acceptantis, & ipsi⁹ profitentis. sic plures Theologi D. Thom. 4. d. 40. q. vn. ar. 4. ad 6. Scot. 4. d. 35. q. vn. s. respondeo 1. conf. Gabr. supplem. 4. d. 38. q. 1. ar. 2. con. 12. Caet. op. t. 1. tract. 12. de ma. q. 2. Palac. 4. d. 30. q. 1. fol. 170. Manuel 1. t. sum. 2. edi. c. 220. n. 2. Enriq. l. 12. de ma. cap. 1. n. 7. Arag. 2. 2. q. 33. ar. 6. con. 3. cum Nauarro sum. c. 22. n. 4. 7. & 8. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 4. n. 5. Sylu. matr. 6. q. 5. dic. 2. Bald. nouel. tract. de dote p. 111. s. bac. n. 18. Paris. conf. 52. vol. 4. Calder. Præp. C. cõ in apoll. de spons. fi. Segura. Greg. Lop. Perez. Matienzo Sarmien. Fran. Aret. Ant. Anch. loquentes de cõsensu ad matrim. quos citat Sanchez n. 2. in dis. hac.

DISPVATIO XXXVI.

Titius, & Berta habebant impedimentum dirimens, decursu temporis certior est facta Berta de hoc impedimento vult ratificare prius matrim. Queritur an satis sit vt renouent ambo consensum, an vero requiratur vt Titius certior fiat de nullit. matrim.

Quæsitum non procedit quãdo est error

error personæ, vel conditionis; quia in tali casu quocumque consensu posito dum manet idem error, nullum est matrimonium, nec sufficit si alter audierit seruitutem coniugis, & assentiat matrimonio; quia requiritur, vt credat, vel vt probabiliter opinetur talem seruitutem esse, sed procedit in casu, in quo non est impedimentum erroris personæ, vel cōditionis, vel si tale fuit, cessauit, & si aliud est impedim. iā fuit obtēta dispensa. his positis dico.

2 Probabilius est ad hoc vt matrimonium cū tali impedimento contractū conualescat, requiri vt coniux impedimenti ignarus, de illo certior fiat. Probatur quia nil magis contrarium est consensui quam error; sed cōiux ignarus nullitatis matrimonij consentit ex errore, quo putat coniugē esse suā; ergo verè non consentit. Confirmatur, quia est maior error quā personæ; nā ignorat integram contractus substantiā, & nescit quid agat; sufficit tamē vt nouus consensus procedat ex cognitione æquiualentis scientiæ nullitatis, vt si cōiux petat: mi vir me ne ita diligis, vt si non esset inter nos matrimonium, de nouo contraheres? & ille respondeat, ita; quia in tali casu vir non solum intēdit perseuerare in matrimonio cōtracto; sed etiam si nō esset contractū matrimonium vult illud contrahere. sufficit etiā si cognito impedimento se affectu maritali cognoscant, habetur ex *cap. 2. & cap. fin. de coniug. seruor.* citantur pro hac sententia apud Sanch. hic n. 3. quæ innititur rationibus multo vrgētioribus, permulti Theologi, & Iurispreriti Scotus 4. d. 3. q. 5. vn. §. respondeo primus consensus. Riccar. d. 40. ar. 1. q. 6. Sotus d. 35. q. 1. ar. 2. ver. sed percontaris Angl. flor. 1. p. de ma. q. 10. de imped. erroris ar. 1. dub. 1. con. 3. Enriquez. lib. 11. de ma. cap. 9. fine. Manuel 1. r. sum. in 2. edi. c. 220. n. 2. ad finem. Couarr. 4. d. 2. p. c. 4. initio n. 5. Segura 2. p. direc. c. 15. n. 40. §. caterum si alter. Villalobos in comm. lit. M. n. 68. Perez. lib. 5. ord. 1. l. 1. f. 41. col. 2. ver. 7. non habebunt. Loarez. de ma. dub. 12. n. 14. Palac. 4. d. 30. dis. 1. f. 670. fine. Philiar. de off. sac. r. 1. p. 2. l. 2. cap. 5. impe-

dimento 2. & alij apud Sanch. lo. ci.

3 Contr. sententia, quæ tenet nō esse necessariū, vt vterq; coniux sciat impedimentū, quo prius matrim. fuit nullū est parū probabilis: & si quis eā amplecteretur absq; grauissima necessitate, non excusabitur à culpa læthali.

4 Quod si periculū esset scandali, vel mortis, vel infamiæ si vir sciret impedimentū illud, ex quo matrim. est irritū; vel timeretur virū recessurū ab vxore, nec fore vt de nouo contrahat, nolens ei vllō pacto respondere; immo si tunc petat debitū ab vxore, pōt reddi affectu maritali, & nouo cōsensu ex parte vnus; quia iā ex parte ignorantis impedimentū, & putantis matrim. esse validū, ea copula habetur animo maritali, quod licet sit minus probabile; tū pōt amplecti rōne periculi, & necessitatis. Hæc autē quæstio post Trid. multū prodest ad dignoscendū matrim. infideliū quando sit validū, si impedimentū est occultum, proderit etiā fidelibus post Trid. vt *disp. seq.* dicemus.

DISPVATIO XXXVII.

An matr. celebratū corā Parocho, & testib⁹ si inualidū sit ob aliquod impedimentū occultum ad hoc vt sublato imped. validum fiat, celebrandū sit iterū corā Parocho, & testibus.

1 **R** Esp. non esse necessariū, vt matr. contrahatur iterū corā Parocho, & testibus; sed satis esse si contrahētes sublato impedimēto quodcumq; illud sit siue seruitutis, siue defect⁹ etatis &c. inter se renouent consensū, quē antea quando habebant impedimentū, præstiterunt corā Parocho, & testibus, etiā si mala fide contraxerint sciētes impedimentū. Probatur quia sublato impedimento, quodcumq; illud sit siue seruitutis, siue defectus etatis, &c. Ratio finalis Decr. Trid. *sess. 24. de ma.* statuētis, vt matr. corā Parocho, & testib⁹ contrahatur, non dicitur in hoc casu cessare; sed à principio non se extēdere ad hunc casū positū, quia decretū Trid. nunquā in hoc casu obligauit, vt contrahatur matrim. corā Parocho, & testib⁹, quia licet dubiū sit à lex obliget

aliquo casu, in quo rō final. ei* cessat; tñ quando ea nō se extēdit à principio ad aliquē casum, nunquam habuit locum in illo, vt docent Anton. *cap. post transf. de renunc. n. 34.* & Abbas *ibi in sec. lect. n. 17.* vt si superior præcipiat religiosis, ne adeant locum vbi operarij laborāt, eo sine motus ne loquelis illos impediant, si quis adeat intendens omnino non loqui, in eo posset dici cessare rationem finalem legis; & dubium est inter Doctores an faciat cōtra præceptum superioris, nec ne; si tamen die festo adeat ad locum, vbi operarij solent laborare, in hoc casu non dicitur lex cessare; sed nunquam ad illum se extēdisse, quia die festo non laborant operarij. quod autem ratio decreti Trid. statuentis vt matrimonium coram Parocho, & testibus contrahatur, nūquā se extenderit ad nostrum casum, quādo scilicet fuit prius contractum corā Parocho, & testibus cum impedimēto occulto patet; quia in hoc casu non sequuntur scandala, quibus Conc. motum fuit ad illam legem statuendam, & præcipue ne relicta priori coniuge, aliam accipiant; nam hoc matrimoniū quamuis iure fuerit nullum, tamen in foro Ecclesiæ validum reputatur (supponimus enim impedimentum esse occultum) & sic si coniux aliud matr. inire vellet, impediretur ab Ecclesia. ita Enriq. *lib. 11. de ma. c. 3. n. 6. vbi in comm. h. l. ait sic sensisse* Couarr. Franc. Blanco qui interfuere Concil. Trid. Guerre M. Sanius, F. Gallo D. Moya & Balbas idem docent Palacios 4. d. 30. d. 1. fol. 671. col. 2. Petrus Ledesma. q. 45. ar. 5. dub. pen. dicens sic Cardin. declarasse Vega l. 6. sum. ca. 93. & 143. Capua *lib. 2. dec. c. 80. n. 15.* cū Nauarr. qui dicit sic postea declarasse Pium Quintum, & Sacrum Pœnitentiariæ forum eā declaratione vti *sum. c. 22. n. 70. & in no. edi. cap. 16. n. 37.* vbi nota contra Petrum de Ledesma, Pium Quintum non dispensasse in hoc, sed declarasse Concilium non comprehendere hunc casum.

Quicquid dicat in contrarium Pōt. *lib. 5. cap. 6. n. 12,* qui laborat vehemen-

ter transcribendo decisionem Rotæ Toletanæ, quæ contra Sanchez sentit apud Farinacium, quasi vero ea posita oppositum teneri non posset; sed iam Sanchez affert pro se multas Cardinalium declarationes, vt videre est apud ipsum *num. 3.*

Et hoc quod dictum est scilicet non esse necessarium in prædicto casu contrahere iterum coram Parocho, & testibus; valet etiam si in dispensatione concessa ad matrimonium illud reualidandum, apponitur clausula solita. (*hita est cū eis, vt inter se publicè, & seruata forma Trid. contrahant, dispensa.*)

Nec coniuges tenentur accipere Ecclesiasticam benedictionem, qui sublato impedimento clam reualidarunt matrimonium; si antea acceperant; quia non posset sine scandalo repeti, vt docet Corduba *sū. q. 51. §. 9. este ma.* & Bart. à Ledesma *dub. 17. fol. 176. de ma.* Hæc reualidatio potest fieri etiam per copulam habitam maritali affectu, quia sicuti iure communi *cap. 15.* qui fidem, de spons. id fieri poterat; ita nunc post Trid. in hoc casu, quia Tridentino non comprehenditur, vt *n. 1.* probauimus. sic Henriq. *l. 11. cap. 3. n. 6.* Manuel *1. s. sum. 2. edi. c. 220. n. 2.* Ludou. Lop. *2. p. inst. de ma. c. 37. & 40. sine & alij.*

2 Poterit etiam matrimonium nullū ob occultum impedimentum reualidari per consensum præstitum absque Parocho, & testibus; quamuis hi post contractum matrimonium coram ipsis sciant impedimentum tali pacto vt nō possit in foro externo probari; quia quādo interfuerūt matrimonio ignorabant impedimentum, & sic satisfactū est Trid. præcepto, & Ecclesiæ, constat de valore talis matrimonij; & adhuc impedimentum manet occultum, poterit etiam occultè celebrari; si Paroch⁹ quando interfuit matrimonio, sciebat impedimentum in solo cōfessionis Sacramento; vel si quis moueret quæstionem de illo impedimēto, & deinde nō posset probare ita vt falsa informatione pronunciaretur sententia pro validitate matrimonij publicè contracti, quia

quia iam matrimonij valor constat Ecclesiæ.

3 Hinc deducitur Episcopum posse dispensare in aliquo delicto deducto in forum contentiosum, si id probari nō potuit, vel Reus falsis testibus se defendit ita vt ab eo delicto fuerit absolutus, quia cum Episcopus per Trid. *sess. 24. c. 6. de reform.* possit dispensare in delictis occultis non deductis ad forū contentiosum debet intelligi ea facultas, quando ea deductio effectum habuit. sic etiam Henriquez *lib. 14. de irreg. c. 20. n. 4. Manuel 1. t. sum. 2. ed. cap. 167. n. 4.* & alij doctissimi Salmantini teste Viuald. *Cand. 2. p. de excomm. n. 42.*

4 Quod si quando Parochus, & testes interfuerunt matrimonio nullo ob occultum impedimentum, illud sciebant non poterit cessante impedimento, occulte reualidari; sed iterum debent eē Parochus, & testes; quia cum ipsis constet in foro Ecclesiæ matrimonium esse nullum, non erunt testes valoris; sed nullitatis matrimonij, vnde ad hoc vt Ecclesiæ constet valor matrimonij deberent iterum interesse sublato impedimento. Idem etiam fieri debet si sit periculum, vt detegatur impedimentum; vel si impedimentū sit plenē probabile in foro externo, necessario iterandum est matrimonium coram Parocho, & testibus, quia in matrimonio non accipitur occultum, vt in alijs decretis Bullarum &c. scilicet illud quod non est publicum, vel non est deductū in forum contentiosum, nā aliter omnia inconuenientia sequerētur ex matrimonio, quæ olim ex clandestinis sequebantur. dicit autem plenē probabile impedimentum in matrimonio, quando potest probari duobus testibus omni exceptione maioribus, quibus .s. nihil opponi possit. ex Mascari. *de prob. concl. 1023. à n. 4.*

5 Alij tamen tenent semper reualidandum esse tale matrimonium corā Parocho, & testibus. sic Nauarr. *lib. 4. cōf. in pr. ed. t. 1. de spons. conf. 11. in sec. tit. de spons. impub. con. 3.* Guttier. *q. can. lib. 1. c. 18. n. 7. & 8. Mattienzo lib. 5. rec. t. 1. l. 1. Gloss. 1. n. 3. & per pauci.* Alij vero

id limitant nisi scandalum, aut infamia oriretur si iterum coram Parocho, & testibus contraheretur. sic Corduba. *sum. q. 51. f. 130. col. 1. §. resolutoriamente digo.* & Seguia, & Veracruz putat probabile *appēd. dub. 10. conc. 6.*

* Ad rotæ decisionem; quam pro se attulerat Pontius *l. c. iam diximus n. 1.* restat, vt reliqua quæ ad impugnationē doctrinæ *n. 1.* relatæ affert, discutiamus: vt hinc appareat, quo fundamento hic auctor asserat *l. 5. c. 6. ci. n. 10.* Sācium conari dissoluere argumentum ab eo, propositum: id tamen non præstare, & eius suppositionem, quam *n. 1.* dixi, putat non esse ad rem. ait igitur Pontius *n. 6.* volens suam sententiam asserentē renouandum esse consensum iterum coram Parocho; confirmare. (*in primis adduco responsum clem. 8. quod ad verbū refert Comitulus lib. 1. resp. mor. q. 120. quod si quis existimet clem. 8. locutum esse tantum in eo casu, quando impedimentum est publicum, vel probari potest refellitur sane ipsi verbis clem. 8. dixit enim se dispensare in solemnitate ob scandalum &c.*) sed non est quod Pontius labor et in impugnanda hac interpretatio ne; nā nostra respōsio est: non extare hoc decretum authenticè, nec si extaret, dicendum est, ibi Pontificem loqui, vt talē; sed vt priuatum Doctorem, vt diximus *dis. 32. hoc libro cum Diana ibid.* & sic destructo hoc fundamento, corruunt planē omnia quæ illo *n. 6.* dicit. cum dicitis *n. 7.* vbi affert decisionem aliam Rotæ apud Seraph. 900. Neque meo iudicio maius habet pōdus argumentū propositum ab ipso *n. 9.* & sufficienter solutum appareret lectoribus; si quemadmodum illud ex Sancio integrum accepit; sic etiam subscripsisset eius respōsionem integram, & eodem modo quo à Sanchez fuit tradita. verba Pontij sunt (*Deniq; argumentum desumi potest ex doctr. Bart. & aliorum, quos refert, & sequitur Tirag. in tract. cessante causa, lim. 37. quod dū lex aliquid tamquam formā exigit, cessante causa non cessat lex, &c.*) at hoc argumentum proposuit contra se Sanchez tertio loco iisdem pene verbis; & soluit *n. 15.* ex doctrina

relata à me n. 1. huius disputationis, & à Pontio n. 10. soluit inquam his verbis (ad 3. quidquid sit de antecedenti; dico nostram sententiam non inniti illo fundamento, quod cessarit finis decreti Tridentini; sed quod nunquam id, decretum comprehenderit hunc casum; ut probavi n. 3.) Enex hac responsione in forma, clari⁹ apparere solutionem, argumenti; quã ex modo, quo Pontius retulit eius doctrinam, seu suppositionem; de qua tñ ait. (*licet vera sit attamen non est ad rem*) quo autem pacto id probet videamus immediatè enim subiungit (*tum quia adhuc ostendimus in hoc casu fraudibus locum esse tum etiã, quia quãuis motiuum condendæ legis fuerit illis malis mederi, quæ ex clandestinis nuptijs oriebãtur: attamen nõ is finis legis condendæ fuit, sed voluit Ecclesia ex eo motiuo, & consideratione ut constaret idonee de matr. validè contracto, & ideo dedit pro forma presentiam Parocho cuiuscũque matr. conciliũ enim vniuersaliter loquitur de omni matr. cumque huius contractus hanc formã esse voluerit, planũ est casũ illũ comprehensũ fuisse hoc decreto, ut enim diceremus casũ aliquẽ non comprehendi, ea lege, quæ formã assignat actus, necesse est illũ excipi lege, nec satis ẽ si occasio assignãdi formã non reperiat in eo, satis enim videtur ut comprehẽdi dicamus si actus ille sit, cui forma præscripta est*) Ex qua Pontij impugnatione aperte colligo validissimè solutam à Sancio fuisse rationem sibi obiectam: nam tãtus doctor videtur in vnico fundamento non persistere, sed variare sententiã: ait enim finem Trid. non fuisse malis clandestini mederi; sed vt cõstaret idonee de matrimonio cõtracto: cum tamen id in argumento n. 9. proposito supposuerit; alias non fuisset ad rem illud afferre; & hoc ipsum quod nunc assumit, nescio quo pacto valeat sustinere: tum quia cõtrarium ex proemio ipsius Conc. *sess. 24. de ma. c. 1.* apparet, vt notat Sãch. n. 3. in prima ratione: tñ etiam quia causã finalis est id, cui⁹ gratia, ex Philosopho *tex. 315. metaph.* sed si quis petat cur Conc. Trid. constituit presentiam Parocho &c. in matrimonij contractu, respondebit Pontius, vt Ec-

clesiẽ innotesceret idonee de matrim. validè contracto; sed præterquã, quod hoc est idem, per idẽ sub diuersis terminis: assignare tantundem enim est dicere Conc. voluit Parocho presentiam & duorum testium; ac dicere Concil. voluit vt matrimonium constaret Ecclesiæ: tamen adhuc peto cur voluit vt constaret idonee? certè qui respõdet hanc fuisse causã finalem; deberet dicere gratia fui: quæ tamen respõsio videtur pugnare cum intentione, & verbis conc. ait enim *c. 1. cit. (cui malo cũ ab Ecclesia, quæ de occultis non iudicat succurri non possit, nisi efficacius aliud remediũ adhibeatur. Idcirco sacri lateranẽsis Conc. sub Inno. 3. celebrati vestigijs in herẽdo præcipit vt in posterum antequã matr. contrahatur &c.)* vt remedium ergo Conc. adhibuit denunciationes, Parocho presentiam &c. quibus Ecclesiæ innotesceret matrimonij contractum; ad mala Clandestini vitanda: ergo non fuit finis propositus ille, quem Pontius asseruerat; remedium enim non finis, sed medium est ad finem assequendũ vt de se patet, rursus Põtius quod gratis dederat eodem n. 10. videtur statim sibi repetere; concesserat enim doctr. Sancier; nimirum aliud esse cessare rõnẽ legis; aliud esse rationẽ legis ab initio non se extendere ad aliquem casum, &c. nunc vero vltimis verbis, vult ad hoc vt dicatur casus non comprehẽdi; vt ab ipsa lege excipiat. alias statim intelligitur inclusus. non debebat igit absolute dicere doctrinam Sancier esse veram: cum is locutus fuerit quando verba legis non excipiunt expresse, vt in exemplo de superiore prohibente, ne religiosi adeant locum, vbi operarij laborant vt n. 1. dixi, vel debebat distinguere de lege præscribente aliquid vt formam, vel non: cum Sancier generaliter sit locutus, vt in exemplo allato patet. Verum parum prodest Põtio hoc tentare; cum minime assequatur quod intẽdit: immo ni fallor eadẽ sua limitatione videtur contra se pugnare: hoc pacto requiritur exceptio legis in aliquo casu particulari; ne ille comprehendatur in regula generali: ergo

ergo casus ille iam verbis generalibus legis cōprehendebatur: contra id quod Pontius prius supposuerat. consequē-
tiam probo, *ex l. quæstū §. idē respondit ff. de fund. instr.* ex quo tex. infertur quod id, quod non est expressum remanet sub regula vt docet Sanc. *sen. 2. p. 5. decr. C. scripta n. 79.* ergo dum casus aliquis expressē excipitur, & sequitur; quod nisi fuisset exceptus comprehenderetur in regula generali: Exemplo rem declaro statuat Rex vt omnes filij Petri excepto vltimo soluāt Tributum: Titius v.g. qui vltimus nascitur dicitur comprehēdi verbis generalibus legis; nam si non fuisset exceptio. quis non videat eum debere soluere: & sic lex regia, etiam ad hunc se extendebat contra vero Nepos non debet soluere aut qui fuisset abortus; cum tamē nulla fuerit de ipsis facta exceptio; immo impertinens fuisset excipere nepotē, vel abortum, cum illi ab initio, ex vilegis non inclusi fuerint. ita profecto in nostro casu, nō videtur aptē dici, quod ad hoc vt casus, de matrimonio reuolidādo secretē; posito quod iam in facie Ecclesiæ fuerit contractum, non intel. ligatur ab initio includi decreto Trid. requiritur exceptio, namque si requireretur exceptio lex ad illum se extēdisset, sed ex priuilegio, seu exceptione dimouit talem casum. vltimum etiam Pontij dictum verum est: sed hoc dēt probare; & nos negamus actum illum nempe reuolidationē matrimonij pri^o coram Parocho contracti esse talem, cui Con. assignauit pro forma Parochū & testes. melius itaque videtur sibi Pōtius consulere; dum ait adhuc esse locum fraudibus; & per consequens posset inferre, talem casum comprehendi Trid. decreto: sed quæ sint hæ fraudes videamus: vnicam ipse assignat *n. 8.* ibi *(sed cōsidamus ista minutius vt clare perspicatur, quanta ex opposita sententia, rerum perturbatio sequatur. plane ille, qui ignarus impedimenti contraxit, nō tenetur tam impedimenti conscius contrahere iterū cum eadē uxore, sed potest ab ea discedere, & tuta conscientia in aliū locum remotū secedens ibi alteri nubere. ponamus igitur*

istum renouasse consensum occultē. at cum id in opinione positū videret. alio secederet, & ibi iterum sine impedimento corā facie Ecclesiæ nuberet; dubitari non potest quod ad Deum attinet in casu hoc dubiū secūdū matrimoniū præstare primo, & ex cōsequēti illi stare tenetur, qui contraxit; quamuis excommunicationibus cogatur ad primum redire.) sed hæc, mirum quantum Sancij doctrinam confirmant, hoc enim, inconueniens sequitur posita doctrina Pontij; si enim iste Sancij sententiam, amplecteretur, putaretque iam esse verum matrimonium, per ratificationē illam: & sententiam Pontij, volentis vt iterum adfit Parochus, & testes, exploderet; non posset aliud inire matrimonium; nisi ex sua malitia vellet id facere, vt defacto multi sine Dei timore faciunt. & sic hoc inconueniens non sequeretur; immo ratio Sancij cōfirmatur; quia hic cogere stare priori matrimonio, vt concedit Pontius, & sic iā constat Ecclesiæ hoc matrimonium eē validum: vnde non potest fieri separatio, ad libitum, vt posset in clandestino, & per consequens hic casus non comprehenditur lege Trid. vt iam dixerat Sanchez. & potius ex Pontij sententia scandala sequuntur: quamuis ipse *n. 11* contendat nulla sequi: quam tamen, solidē iudicet lector. quo pacto enim, potest negare esse magnum scandalū: si postquam per multos annos simul fuerint. filiosque susceperint, cogantur iterum coram testibus contrahere: aut quam difficile est omnibus rationem, impedimenti aperire: præsertim si fuerit ob affinitatem, ex copula illicita cōtracta à sponsa; vel si ea consensum nō præstitit, & hoc aperiat, quæ odia insurgerent viro præsertim difficilis nature vt *disp. preced.* diximus: quam incommodum petere ab ordinario dispensationem, vt denunciante omittantur, vel secretē fiat. præsertim cū sunt personæ infimæ conditionis, vel pauperes: vel etiam nobiles si aliqua suspicio pōt esse de eorū fama. Tandem ut à *1. Pōtj* argum. finem faciam, aduerto ipsum *d. n. 8.* ita argumentum proponere, ac si, nec à Sācio fuerit allatum, nec ēt solutū

lutum: ait enim Pontius (*præterea offendo sententiã nostram, ista consideratione, quia præsentia illa Parochi assignatur pro forma matrimonij, contra actus autem mat. non est nisi quando fit, tunc enim est Sac. & non antea, nec postea: debet ergo tunc adhiberi forma quãdo fit: sed quando primũ celebratum est nullũ fuit: ergo quando de nouo fit debet adhiberi forma*) omitto autẽ hic verba Sãcij, quibus idem posuit argumentum hac *dis. n. 1.* nam ex solutione, quam adhibet *n. 15.* patet. (*res. negando prius matrimonium fuisse omnino nullum, fuit enim validũ quoad præsumptionẽ Ecclesiæ ignorantis impedimentum, in cuiusq; facie contractum est, & ita iudicandum non est de illo, ac si omnino contractum non fuisset; quoad repetendam Parochi, & testium solemnitatem, sed tantum quoad necessitatem renouandi consensum ad. 2. dico antecedens* (scilicet quia Trid. exigit pro forma præsentiam Parochi, & testium) *quando matrimonium omnino de nouo cõtrahitur. ad confirmationẽ* (nimirum quia solemnitas illa adhibita, est ad legitimandum consensum prioris matrimonij tunc expressum, qui cũ nullus fuerit, non constituit matrimonium; sed posterior consensus) (*dico per se tantum legitimare consensum tunc præstitum: per accidens autem legitimare consensum postea occulte præstandum, quia ex suppositione solemnitatis præcedẽtis, sequens matrimonium clam ratificatum, non manet omnino clandestinum quoad forum Ecclesiæ*) hæc Sanchez. debuerat ergo Pontius alia noua consideratione, Sãcij responsionem impugnare: & omittere præsentem considerationem, qua repetit argumentum solutum: ne quis dicat potius in considerationem fuisse id, quod necessarium erat præterire. præsertim cum iam Sãcij sententiã sit communis teste Coninich. *dis. 24. dub. 10. nu. 83.*

DISPVATIO XXXVIII.

Verum Confessarius, qui nouit aliquos ex ignorantia inualidẽ matrimonium contraxisse, teneatur illos admonere.

1 **C**ertum est non posse Confessarium diffimulare quando ignorantia est vincibilis, & culpabilis læthalliter cuiuscumque iuris, vel facti sit, licet scandalum pœnitẽtis sequatur. Est omnium, quia si conferret absolutionem, conferret Sacramẽtum indigno, cum sit in peccato mortali pœnitens, quare diligenter videre debet cõfessarius an illa ignorantia sit vincibilis, nec ne; aliquãdo enim quod ẽ vni in vincibile alteri non erit, & contra; & quod prius erat culpabile, & constituebat in malo statu, potest deinde fieri inculpabile, si v.g. petat consilium, & docti aliqui dicant id posse fieri.

2 Immo tenetur in prædicto casu admonere pœnitẽtem ex vincibili ignorantia peccantẽ. probatur: quia si quãdo pœnitens peccat ex ignorantia vincibili, confessarius solum denegaret absolutionem non admonendo illum de suo malo statu, daret aĩsam querelæ ipsi pœnitenti, vt docent Sotus *4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2.* Ledesma *2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 8.* & Aragonius *22. q. 33. ar. 6. concl. 4.* contra Metinam *Cod. de confess. tract. 2. q. de confess. dimid. iteranda* dicentem confessarium non posse absoluerẽ, sed non teneri admonere, & idem dicas si pœnitens ex conscientia erronea peccet putando v.g. esse peccatum spuere in Ecclesia, debet enim tunc confessarius illũ admonere; quia quilibet alius tenetur in tali casu lege charitatis admonere, ne cõmittat tot peccata lethalia; ergo multo magis cõfessarius, ad quem tanquam ad Doctorem, & proprium pastorem accedunt, vt benè aduertit Enriquez *libr. 6. de pœn. c. 28. n. 1.*

3 Quando vero ignorantia est inuincibilis siue sit iuris humani, siue diuini, siue iuris, scilicet quod ignoret esse cõtra legem, siue facti quod scilicet ignoret coniugem v.g. esse sibi consanguineum; & non est spes probabilis emẽdãdi, vel graue incommodum sequat; vt quia perseuerabũt in illo matrimonio contracto bona fide absq; eo quod petant dispensationem, & per consequens remanebunt in peccato. non debet

debet confessarius admonere, sed tenetur tacere, probatur ex illo Aug. habetur *cap. si quis autem de pœn. d. 7. (h sci rem non tibi prodesse, non te admonerem)* Ita loquentes de ignorantia iuris humani Metin. l. c. Sotus 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2. Cano. *relect. de pœn. p. 5. §. atque hic ego Corduba sum. q. 189. p. 2. Enriquez lib. 6. de pœ. c. 27. n. 4. Arag. 22. q. 33. ar. 6. concl. 2. Lud. Lop. 1. p. infl. c. 27. §. ad prudentiam quoque*, & quod tenetur tacere docent præter Metinam Canum Sotum docet Nauarr. *sum. c. 22. n. 83. & Corduba p. 3. l. c.* etiam intelligitur antequam matrimonium contrahatur ob eandem rationē; quin etiam licet confessario compellere uxorem ad reddendum debitum, casu quo ea existimans esse matrimonium cum ignorātia, & circumstantijs dictis nollet reddere; quia hoc nō est in peccatum cooperari, cum ibi nullum sit peccatum. sic Enriq. n. 5.

4 Idem dicas etiam si illud peccatum per ignorantiam inuincibilem cōmissum sit contra tertium ob eandem rationem; im mo omnia prædicta intelligenda sunt quamuis confessarius credat poenitentem æquo animo accepturum; sed videt remedium esse difficile, & iuxta dicta etiam exponendus est textus *C. quia circa, de consanguinitate* scilicet Pontificem velle dissimulandū esse, cum difficile remedium appareret, & coniuges sunt in bona fide iuxta dicta, sic enim habet Innoc. III. (*dissimulare poteris ut remaneant in copula sic contracta, cum ex separatione graue videatur scandalū imminere*) loquitur enim de quibusdam, qui sub reptitia dispensatione matrimonium iniere. ita Ioa. Met. *God. de cōfess. trac. 2. de cōf. dimidiata iterāda vers. coroil. seq. ex dicto Canus relect. de pœ. p. 5. §. atque hic ego intelligi volo Enriq. lib. 6. de pœ. c. 27. num. 4. Corduba sum. q. 189. punr. 1. & 6. Ledesma 2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 9.*

5 Sunt tamen aliqui casus, in quibus tenetur confessarius admonere poenitentem inuincibiliter ignorātē. primo quando ipsum consulit, quia est in dubio conscientia illius, & confessoris ta-

citurnitas erit erroris approbatio: si vero petat ob scrupulum, debet prudēter respondere, ita vt non aperiat statum illius, quia per scrupulum nō ponitur poenitens in mala fide. Secundo tenetur admonere, quando peccatum illud obesset communitati, quia bonū publicum præferendum est bono priuato. Tertio quando scandalum poenitenti sequutum, esset momētaneum vide de his Sotum 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2. Ledes. 2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 8. Angles flor. 1. p. q. 3. de confess. ar. 4. dif. 8. concl. 1. Enriquez lib. 6. de pœn. c. 27. n. 5. Cordubam pu. 5. Arag. 22. q. 33. ar. 6. con. 4.

6 Adrianus tamē quod lib. 5. ar. 2. à lit. F. vers. ad qu. respondeo docet teneri confessarium admonere si ignorātia sit iuris diuini, & Petrus de Soto *lect. 10 de conf. ad fin. §. circa hæc omnia* ait cum ignorātia est iuris diuini, vel humani tutius esse poenitētē instrui.

7 Doctor etiam publicus quamuis tenetur veritatem aperire, etiam si aliquius scandalum sequatur ex *C. ephesijs 43 d. & C. error 83. d.* vbi dicitur approbari errorem, cui non resistitur. ita Sotus 4. d. 18. q. 2. ar. 4. ad 2. Cano *relect. de pœn. p. 5. fol. 101. §. testimonia vero* Bart, à Ledesma *de pœn. dub. 13.* tamen quando scandalum pusillorum in tota Republica timetur, est differenda admonitio ad aliud tempus. sicuti expedit aliquando vt confessarius nō aperiat simul omnia, ad quæ poenitens tenetur, quia abstineret à confessione, & cum aperit, faciat post confessionem, & absolutionem sic etiā Met. n. 4. cit.

DISPVATIO XXXIX.

An coniux conscius nullitatis matrimonij, quia v. g. alter coniux prior viuit, vel non est obtenta dispensatio impedimēti, possit in tali matrimonio perseuerare ad vitanda scandala, vel ad vitam tuendam, vel ob Ecclesie excommunicationem, à qua compellitur reddere debitum viro.

1 **C**ertum omnino est coniugem in nullo casu posse reddere debitū

bitum, quia esset fornicatio, & intrinsecè malum. immo probabilius est in tali casu excommunicationem, qua fertur contra eum, qui non vult coniugi reddere debitum; cum sciat impedimentum; illum, non ligare, quia excommunicatio incurritur tantum ob læthalem inobedientiam. ita *Victoria sum de ma. n. 264*, *Ledesma 2. p. 4. q. 48. ar. 2.* contra *Palud. 4. d. 27. q. 2. n. 37.* Adde etiam quod quando impedimentum celsarit, hic non tenetur contrahere de nouo ob Ecclesiæ præceptum reddendi debitum; quia Ecclesia procedit ex falsa præsumptione, qua putat esse verum matrimonium. & ob eandem rationem non tenetur cohabitare simul, etiam si non esset periculum incontinentiæ, nisi ratione scādali. quod sequeretur ex negatione cohabitationis sic *Petrus Ledesma de matrim. q. 45. ar. 4. dub. 2. ad 2.*

3 Quare in hoc casu coniux sciens impedimentum, & illud probare non valens, propter vitæ periculum, vel ob aliam grauem causam; potest fugere in locum, vbi cesset scandalum, vel Religionem ingredi, si matrimonium nondum consummatum sit; non tamen ad hoc tenetur, quia Religio est medium valdè difficile, vel petere diuortium ob aliquas causas; vel habitare tanquam frater, & Soror; quo tamen moraliter nunquam vti licebit. Alij verò dicunt posse coniugem manere, & non se componere ad copulam, sed tantum veluti coactam tacere, & permittere nullo modo membrum cooperando ad copulam, probant ex doctrina *Nauarr. sum. c. 16. n. 1* *Soti lib. 5. de iust. q. 1. ar. 5. ad 3.* *Enriquez lib. 12. de ma. c. 6. n. 8.* & *Lud. Lop. 1. p. inst. c. 73.* qui dicunt fœminam non peccare, dum non est periculum consensus, si membrum non resistat, dum modo non se componat, & præparet; sed hæc sententia est periculosa, & a *Corduba*, qui illam refert *lib. 1. questionarij q. 11. ad finem.* vocatur erronea; quia cum viro manendo, videtur scelerati accommodare.

3 Sunt tamen aliqui, qui in hac re dicunt licere coniugi reddere debitum,

& excusari à peccato ob Ecclesiæ præceptum. ita *Magist. 4. d. 38. fine.* *Hugo de 5. vict. de Sacra. p. 11. cap. 6. sum. tit. de coniug. seruo. n. 8.* sed hæc sententia est valdè in fide periculosa, & falsissima; quia inde sequeretur fornicationem esse aliquando licitam, est etiam cōtra *cap. lit. de restit. spol. & alia iura vt docet multi Theologi D. Tho. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. questiunc. 4. fine.* *D. Bonau. d. 38. in expost. lit. magistri.* *Durandus ibi Riccar. ibi & alij cum multis Canonistis Syll. matr. 2. q. 15.* *Nauarr. sum. cap. 16. n. 39.* *Couarr. 4. dec. 2. p. c. 7. §. 2. n. 7.* Alij verò dicunt licere coniugi reddere, quando impedimentum est iuris humani hanc tenet *Henriquez lib. 12. de ma. c. 3. n. 2. in comm. lit. K.* & ait huic sententiæ fauere *Nauarr. & Couarr.* sed neuter illi fauet, citatur etiam pro ea *Adrianus quodlib. 1. ar. 3. ad 3.* & *Host. ca. proposuit de coniug. seruo.* sed hæc sententia non placet, quia stante impedimento iure humano nullum est matrimonium. falsissimum tandem est quod ait *Philircus de off. sac. t. 1. p. 2. lib. 2. c. 14.* posse scilicet Pontificem dispensare quando non potest ab alio coniuge extorqueri consensus alterius sine periculo vitæ; & quando est impedimentum, in quo dispensari non potest, posse Pontificem declarare coniugem, qui non potest impedimentum absque vitæ periculo manifestare, posse reddere, & non petere debitum. quia coniux impedimenti ignarus debet consensum præstare, nec illum potest Ecclesia supplere.

DISPVATIO XL.

An in prædicto casu quando matrimonium contractum esset cum impedimento occulto dirimenti possit Episcopus dispensare.

1 Dico primo multò verius est posse Episcopum dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando matrimonium est publicum, & impedimentum occultum (quod tunc dicitur occultum, quando non constat publicè, nec periculum est detectionis) & ob separationem scandalum sequa-

sequat, nec Pōtifex cōmodè adiri pōt inopia coniugū, vel ēt si diuites sint, ali qua vrgēs causa occurrat; vt quia esset magnū periculū incōtinentiæ lōgo tēpore dispēlationē Pōtif. expectare, vel quia mulier nō pōt impedimentū viro detegere. Probat, quia pōt Episcop⁹ dispensare in lege Pontificis, & Concilij causa graui tēpore vrgētis necessitatis, vt docent Bald. *l. oēs pop. n. 8. ff. de iustit. & iure Lignado C. at si Cler. §. de adult. de iudic. Specul. de dispens. §. nunc de Episc. n. 30. Felin. in mem. v. Episc. & alij multi Milis, Lābert, Staphil. Cucus, Guttier. quos cit. Sanch. n. 3. sed in casu proposito vrgentissima est necessitas; ergo pōt Episcopus dispensare. Secundo quia quicquid pōt Pontif. in tota Eccl. pōt Episcop⁹ in sua Diocesi, nisi Pōtifex referuet, sed non est verisimile Pontificē id reseruare in hoc casu, ergo &c. sic Ang. *v. dispēs. n. 5. ver. 2. vbi Syl. q. 9. §. 15 Capua lib. 2. dec. cap. 80. nu. 14. Nauarr. sum. c. 22. n. 85. Man. bulla cr. §. 13. n. 6. dicentes ita esse praxim. Vega c. 143. l. 6. sum. Enriq. lib. 6. de pæn. c. 10. n. 1. Anto. Gomez. Bull. Cruc. clau. 10. n. 58. Viual. Cand. 1. p. de ma. n. 248. Sp. spec. test. gloss. 15. num. 86.**

2 Requiritur autē bona fides in habentib⁹ impedimenta, vt. si ignorauerint eē impedimentū; nā si mala contraxerint fide, non pōt Episcopus cū eis dispensare, quia non est mens Pontificis iniquitati fauere: ad malā autē fidē requiritur præter scientiā speculatiuā sciētia practica, qua. si. contrahentes nō solum sciāt se esse consanguineos; sed sciant hoc esse impedimentū, nec ad excludendā bonā fidem sufficit culpa lata, & ignorantia culpabilis, sed requiritur dolus, & temeritas ingens, vt docēt Anchar. *Clem. vn. de consan. col. 3. Im. n. 4. Bonif. n. 15. Syl. v. ignor. q. 8 d. 4. Cou. cap. al. mamater 1. p. §. 10. n. 17. Nau. cap. accepta de rest. spol. oppos. 8. illat. 9. n. 32. Tabi. excomm. 5. casu 11. q. 6. n. 7. Domin. cap. is, qui de sent. excomm. in 6. §. is vero Gaet. v. excomm. cap. 84. & alij multi, inter quos Anton. cap. 2. de constit. n. 9. habet (quamuis canon requirat dolum, comprehenderetur ignorans, si in tantum ignoran-*

tia esset crassa, & crassissima, quae equiparetur dolo) nec impedit mala fides vnus coniugis, quia non debet alter innocēs priuari beneficio, Enriq. vero lib. 2. de ma. cap. 3. n. 2. comm. lit. K, & O docet nō requirit bonam fidē in cōtrahentibus.

3 Dico secundo. si duo occurrāt impedimenta cū circūstantijs dictis *nu. præc.* pōt ēt Episcopus dispensare, quia licet in dispens. mixtū sub simplici non cōprehendatur; tñ in hoc casu potest Episcopus ex sua ordinaria potestate dispensare, & nō est ei delegata potestas, vt *n. 1. dictū est*; ergo hæc regula nō valet. immo addo posse dispētare ātequā matrim. ineatur in casu grauiissimo, vt si foemina nobilis peractis omnibus necessarijs ad matrimonium manē cōtrahendum, reperiret impedimentum dirimens eodē die; & nullo modo posset illud aperire ob magnā infamiam, nec alia via posset effugere, quin contrahat &c. probatur, quia pōt Episcopus in casu magnæ necessitatis, in lege superioris dispensare vt dictū est *n. 1.* ergo, & in hoc, sicuti propter magnum incōtinentiæ periculū casu quo Pontifex adiri non potest aut consuli, dispētare potest in voto simplici castitatis, vt docet Enriq. *lib. 6. de pæn. c. 14. nu. 7. lit. P.* & præterea licet hæc sententia sit minus probabilis, pōt tamen ad proximi damnū auertendum amplecti.

4 Si vero eēt Cōmiss. Bullæ Cruc. q. ui pōt in impedimētis occultis post cōtractum matrimoniū dispensare, non potest Episcop⁹, nisi in casu, in quo nō potest alteri coniugi impedimētū aperiri: quia cū Cōmissarius non possit dispētare, nisi detecto coniugi impedimēto. pōt Episcop⁹ ob dictas supra rationes Manuel. *Bull. Cru. §. 9. nu. 148.* Enriq. tamen *de pæn. lib. 6. cap. 10. n. 1. in comm. lit. D.* putat ēt si sit Cōmissarius Bullæ, vel alius legat⁹, posse Episc. dispensare.

Dico 3. non potest Vicarius generalis dispensare, nisi ea dispensatio, specialiter committatur, nec aliquis qui habet etiā priuilegiū dispensandi in casib⁹ Episcopolib⁹, quia hi cas⁹ ad Pōtifcem pertinent, & ex iuris interpretatione cōfēt Episc. permisi, nec valet

hæc dispensatio, nisi in foro cōscientiæ, sic etiam Enriq. *lib. 12. de ma. c. 3. nu. 2.* at Sotus *1. de iust. q. 7. a. 3. ver. at vero sci-* *ficitaris, quamuis in 4. d. 41. q. vn. ar. 3. fin.* *videatur in nostra sent. Metina 1. 2. q. 97.* *ar. 4. Veracruz 3. p. spec. ar. 18. & Cord.* *lib. 1. quæstiona. q. 11. ver. hæc igitur jec. op.* putant non posse Episcopum dispensare, quia inferior non potest in lege superioris dispensare.

Q V A E R E S.

An Episcopus possit prædictam facultatem dispensandi alteri delegare!

5 **R**espondeo posse, & etiam quoties potest ratione necessitatis in casibus papalibus dispensare, posse etiam eam potestatem generaliter alteri concedere; quia priuilegiū Principis competens non personæ, sed dignitati, non est potestas delegata, sed ordinaria ex Bart. *l. ambitiosa n. 34. ff. de decr. ab ord. fac. Bald. C. fin. n. vn. de off. or.* vbi Imola, Io. Andr. *addit ad spec. de leg. §. ult. vers. legatus est ordin.* & alijs tum Theologis, tum Canonistis apud Säch. *n. 14.* ergo pōt delegari. ita in proprijs terminis tenet Henriquez *lib. 12. de mat. c. 3. n. 2.* cum Nauarro *sum. c. 27. nu. 45.* Anglo *excomm. 5. casu 1. n. 39.* Felino *C. fin. n. 8. de off. deleg. Corduba sum. q. 8. inisio Ludou. Lop. 1. p. instr. in sec. edit. c. 284. fol. 794.* & alijs generaliter docentibus posse ordinariam potestatem delegari. & hoc verū est etiam in ijs, quæ Princeps sibi reseruat in suprême potestatis signum; nisi tamē res concessa talis esset, vt per alium expleri nequeat vt potestas conferendi benef. quæ non pōt; nisi Vicario Gen. delegari ab Epif. sic Cou. *3. var. c. 20. n. 6.* vbi multos cit.

6 Sunt in hacre quidam teste Sylues. *ver. deleg. q. 8. dist. 1.* qui negāt posse generaliter Episcopum hanc potestatem delegare, ducuntur ex Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reformat.* vbi conceduntur Episcopo casus Pontificij occulti; vt in ipsis dispenset per se, vel per Vicarium; ergo non possunt Episcopi delegare hanc potestatem, nisi specialiter cōce-

datur; sed hoc fundamentum corruū, quia etiam hos casus potest Episcopus generaliter Vicario delegare; nam in his habet potestatem ordinariam, & Trid. solum vult, vt non statim ac Vic. eligit, intelligantur hi casus communicati. vt docet Nauarr. *lib. 5. con. in 1. edit. de sent. excomm. cons. 15. nu. 3. in 2. tit. de priu. con. 11. num. 4.*

DISPVATIO XLI.

Traditur breuis institutio quomodo procedendum sit quando dubitatur, an matrimonium iam contractum sit validū, & aliqua circa dubia reliquarum materiarum explicantur.

Aliquando coniuges contraxerunt matrimonium siue mala fide; siue bona, existimantes nullum eē impedimentum; deinde superuenit dubium, aut vni tantū, aut vtrifq; & ignorant an tunc debeāt petere, vel reddere debitum: quare per quatuor disput. sequentes, trademus quid in hac re agendum sit, & ad plenam intelligentiā eorum, quæ dicturi sumus circa dubia matrimonij aliquas etiam quæstiones proponemus in dubijs circa alias mat.

Q V A E R E S I.

An operari contra conscientiam dubiam sit peccatum; v.g. Titius dubitat an comedere lactinia sit peccatum nec ne, si comedat, an peccet?

1 **R**espondeo si dubium est practicum. operans cum tali dubio peccat mortaliter; quia tunc operans se exponit periculo peccandi, & hoc peccatum reducitur ad eam speciem, de qua dubitatur, vt si practicè dubitans, an sit peccatum furari, furetur, ista operatio erit furtum.

2 Quando vero dubiū est speculatiuū, potest sine peccato operari illud, de quo dubitat formando iudicium practicum in contrarium, vt si dubitans esse peccatū comedere lactinia; pōt for-

formare conscientiam, quod non fit peccatum in his, & istis circumstantijs v.g. quia alios cibos non habet, & tunc iste dicitur formare iudiciū practicū contra iudiciū speculatiuum, quod habebat. sic Caet. *opus. 17. resp. 13. dub. 7.* Sotus *4. d. 27. q. 1. ar. 3.* Palacios *d. 36. dis. 1. fol. 799. col. 1.* Burgos de Paz *proemio legum Taurin. 414.* Molina *t. 1. de ius. tract. 2. dis. 113. fol. 654.* Bannes *2. 2. q. 62. ar. 6. dub. 5. con. 4.* Vega *lib. 3. sum. casu 154.* Corduba *lib. 3. questionarij q. 5.* Metina *12. q. 19. ar. 6. dub. 3.* Ludou. Lopez. *2. p. instr. de ma. c. 39. fol. 1057.* & alij Theologi.

3 Tenetur tamen formare idem iudiciū practicè, quod habebat speculatiuè, nisi sit aliqua peculiaris ratio, vt si quis speculatiuè, & in communi dubitet aliquid esse vsuram, tenetur hic, & nunc etiam practicè dubitare esse vsuram, nisi alias habet rationes, quibus iudicet hic non esse vsurā, vt docet Corduba *loc. cit. dub. 1.* & Ludou. Lopez. *lo. cit. c. 135. §. ult. in sec. edit.* Quæ vera sunt, quamuis sit sciētia, seu opinio speculatiua; potest enim operans formare iudiciū practicū contra talem scientiam, & opinionem, & operari, vt si sciam non esse licitum laborare diebus festis possum formare iudiciū practicū hic, & nunc ob paupertatē licere, ita Caetanus, Metina, Burgos de Paz, & alij multi. *nu. praec. cit.*

4 Est autem scientia cognitio certa alicuius rei, ita vt ea posita vir prudēs non formidet de opposito *l. 2. §. idem labor ff. de aqua plu. arcenda.*

5 Opinio est assensus ad vnā partē, ita tamen vt semper sit aliqua formido de opposito, vt si v.g. putē nō esse ieiunandum hodie, sed adhuc timeo an debeat ieiunari, ita D. Ant. *1. p. t. 3. cap. 10. §. 9.* Sotus *4. d. 27. q. 1. ar. 3. ver. tunc ergo* & alij. Dubium est quando intellectus nescit iudicare, an potius hæc pars sit vera, an opposita, sed pendet in æquilibrio, vt docet D. Thom. *3. d. 17. q. 1. ar. 4. corp.* So. D. Ant. *lo. cit.* & alij. Denique scrupulus est formido, ita tenuis, vt sit contra eam agendum, ita Sotus *de secr. membro. 3. q. 2. concl. 3.*

6 Porro scientia speculatiua, seu dub. vel opinio est quando quis in generali & in cōmuni scit hoc esse faciendū v.g. scio, dubito, vel opinor bona aliena eē restituēda. sciētia vero practica, opinio seu dubiū est quādo hic, & nūc attentis particularibus circumstantijs scio, vel opinor, vel dubito hoc eē faciendū v.g. hic & nunc teneor ad restituendū, ita D. Th. cū multis alijs. *1. 2. q. 57. ar. 5. ad 3. præsertim Gaetano.*

QVÆRES II.

An in materia lussitia idem dicendum sit.

7 Dico 1. incipiens bona fide possidere rē alienā, si dubium superuenerit rē illam esse alterius; potest facta sufficienti diligentia deponere dubiū practicū ratione possessionis, & prosequi suā possessionem; probatur, quia in pari causa melior est conditio possidētis. *reg. in pari ff. de reg. iuris.* & possessionis, multa sunt cōmoda, quæ refert Masc. de probatione *conclus. 1200.* ita Sotus *de secr. m. 3. q. 2. post 3. concl. v.* & quāuis solutio. Couarr. *reg. possessor 2. p. §. 7. n. 4.* Burgos de Paz *proemio l. Tauri nu. 406.* Salon. *2. 2. q. 61. tract. de dom. sine f. 596.* & alij. Quod si ita dubius manet, vt magis præponderet in eam partem, quod res illa aliena sit, tenetur partem restituere pro rōne maioris illi propētionis quia tunc non est par causa, vt docent Salon. *q. 62. ar. 6. controu. 4. con. 4.* Pet. de Ledes. *de ma. q. 45. ar. 1. ad 3.* & alij. Quin etiam post diligentiam factam potest dubitans re uti, & ad libitum eam distrahere, quia frustra esset possessio, si uti re non possit, admonito tamen emptore de hoc dubio, quando est periculum, vt Dominus compareat; quia debet detegere vitium rei. ita Salon. *loc. cit.* Metina *Cod. de rest. q. 10. col. 6. v. dico 2.* Veracrux *3. p. spec. ar. 13.* Bannes *2. 2. q. 62. ar. 6. dub. 5. con. 5.* & alij contra Cordubam *lib. 3. q. 8. Corol. 3. §. ad 1. autē negantē possessorē bonæ fidei posse rē cōsumare, & distrahere; quia qui nō potest præscribere, vt est dubitās, neq. pōt alienare. l. alienationis de vera. signif.*

8 Quod si possessor bonæ fid. sua culpa eō deuenit, vt nō possit āpli⁹ scire Do-

minū, tenet prudētis arbitr. restituere illi, de quo dubitat, vel pauperib⁹, & si sciatur Domin⁹, tenetur reddere rē, & fructus ex tunc ex quo dubitauit; quia ex tunc fuit possessor male fidei, omit- tens diligentiam inquiren- ti: vt docet Molina t. 1. de iust. tract. 2. dis. 36. concl. prima. Iudex vero pari dubio iuris existente, non potest cōpellere vt possidens partem rei tradat; quia possi- les habet ius retinendi. vt docet Salon. 22. q. 6. tract. de dominio, nec si non est adhuc possessa potest vni dare, vt putat Petrus Ledesma de ma. q. 45. ar. 1. dub. 2. in sol. ad 3. 1. sen. sed debet eam diui- dere, & si sit indiuidua res, debet dare pretij medietatem alteri, de quo dubi- tatur; alteri vero rem, modo ipsi con- sentiant, aut v. g. vnus rem, alter pretiū accipiat, si vero dissentiant, forte diri- matur, quia cum vtriq; habeant æqua- le ius, non est cur vni res, alteri pretiū detur. & idem dicas quando dubium non est æquale, sed magis v. g. creditur esse Titij, quam Caij, tunc maior pars danda est Titio. ita Arag. 22. q. 62. ar. 5. in sol. ad 3. & Bagnez. ibi dub. 6. circa 1. concl. con. 2.

9 Dico secundo si fiat aliqua actio ini- iusta v. g. Titius furtum fecit, & dubito an meo consilio hoc malum sit pepe- tratū, iudicandum est contra me, quia possessio stat pro Titio maleficio, null⁹ enim præsumitur delictum admissur⁹, & sic in hoc dubio præsumendum est meum consilium illum impulisse. ita Ananias cap. ad audientiam n. 10. de hom. Angel. l. 1. initio vers. vlt. et ff. de eo per quem Dec. reg. conf. 47. n. 9. ff. de reg. iuris. Felin. c. 1. de off. del. n. 13. ver. vtrum autē & alij, sed Enriq. lib. 14. de irr. c. 3. Sylu. Nauarr. lib. 3. de restit. c. 4. dub. 4. Metina C. de restit. q. 7. tenent possessionem esse pro me. Idem dicas de Depositario, vel Commodatario dubitante, an res cō- modata sua culpa perierit, potest enim iudicare non perijisse sua culpa; non .n. debet præsumi malus in dubio.

10 Dico 3. qui accepit rem dubitans, an esset furtiua nec ne, titulo emptio- nis, vel quouis alio; tenetur restituere plus, vel minus pro dubij qualitate;

quia quamuis ipsi possessio non faueat, & per consequens teneatur restituere, tamen cum non constet rem illam ad aliquem p. rt. nere, non tenetur rē totam post factam diligentiam restitu- ere, sed partem. sic Molina t. 1. de iust. dis. 36. Salon. 22. q. 61. tract. de dominio ad finem Lud. Lop. lib. 1. de con. c. 5. §. pe- nul. nisi accipiat, vel emat animo quæ- rendi verum dominium, & rem tuēdi, tunc enim non peccat, sed potest ab ip- so petere pretium, quo rem illā emit, quia non est equum pretium amittere, cum domini rem vt iliter gesserit, vt docet Metina Cod. de rest. q. 10. §. aliter tamen Couarr. reg. peccatum 3. p. nu- me. 4. & alij.

11 Quod si constet rem esse furtiuam, & Dominus nescitur, debet talis res expēdi in vsus pios deducto pretio ēp- tionis, docet D. Ant. 2. p. t. 1. c. 12. §. 16. Rosella rest. 7. n. 18. & alij. similiter si is, qui rem possidet, eam abstulit iniuste à possessore bonæ fidei, dubitans an es- set sua, tenetur integrè restituere, quia nullum habuit ius spoliādi iustum pos- sessorē, vt docet Nauarr. lib. 3. de rest. c. 1. in noua edi. dub. 8. n. 350. Mol. t. 1. de iust. tract. 2. dis. 43. §. verum enim ve- ro & alij. contra Metinam C. de restit. q. 20. col. 5. vers. 2. quia præsupponunt. pu- tantem non teneri restituere: contra- vero si dubitans rem accepit ab eo, qui bona fide possidet, v. g. emit mancipia, Guineæ nō ab his, qui ea caperunt, sed ab alijs, qui bona fide putantes id sibi licere, ea emerunt à capientibus, non tenetur quidpiam restituere; sed solū quando constabit rem illam esse alte- rius, & in exemplo posito mancipia iniuste fuisse capta. ita Molina lo. c. sine sec. conclus.

12 Vltimo aduerte nō satis esse vt quis dicatur esse bonæ fidei ēptor, si igno- ret rem illam esse furtiuam, & de cæ- tero credat non omnia, quæ ille vendit talia esse; quando est rumor, & publica fama vendentem multa furtiua vende- re; quia debet facere diligentiam an- res illa, quam emit sit talis; licet autem in dubio melior sit possidentis condi- tio, tamen quando sunt diuersæ opi- nio-

niones circa aliquam rem, non tenetur Doctor, vel Iudex fauere possidenti; quia in dubio melior est conditio possidentis, sed Doctor, qui dat consilium, vel Iudex non est possidens, sed tantum probabiliter opinatur; & certum est satis esse amplecti opinionem probab.

Q V A E R E S III.

An in alijs virtutibus melior sit possidentis conditio.

13 **R**espondeo non solum in materia iustitiæ, sed etiam in alijs materijs potior est conditio possidentis, vt dubitans an votum emisit, vel an emisit votum castitatis dependenter à Religione, & an vouerit Religionem in communi, an vero determinatam, potest eligere quod minus est, quia est in possessione libertatis ex cap. ex parte de censibus, tum quia æquitas vult vt gratis oblata benignè exigantur cap. d. ex parte, & sicuti dubitans an vouerit, ad nil tenetur; ita dubitans de parte obligationis vt est in casibus positus ad illam non tenetur cum argumentum de toto ad partem vim magnam habeat ex Euerard. loco de toto ad partem. ita multi DD. lib. 1. dis. 9. relati agentes de dubio an votum emisit; Quamuis D. Tho. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. quaestione. 1. ad 6. vbi q. 2. ver. insuper. Cartusianus & alij putent in dubio voti castitatis dependenter à Religione eligendum esse quod tutius est, & Nauarr. lib. 3. consil. tit. 34. de voto in 1. ed. con. 4. in 2. con. 13. id docet in dubio voti.

14 Ex hoc principio plures casus scitu digni deducuntur. nimirum si quis est certus se votum emisisse, sed dubitat à teneatur illud implere ratione materiæ, finis &c. tenetur, & si habeat opinionem se vouisse, tenetur implere iuxta maiorem, vel minorem iudicij determinationem; similiter cum constat quod lex, vel præceptum sit datum, sed dubium sit an obliget, an fuerit derogatum, debet seruari, nec debet dari Epicheia, sed seruanda sunt verba legis. ita D. Th. 2. q. 120. ar. 1. ad 3. vbi Caet.

Sotus de iust. lib. 1. q. 6. ar. 8. v. tertia vero concl. Sylu. v. Papa q. 16. dicto 2. & alii rursus dubitans an habeat completam ætatem ad ordines, non potest ordinari, sicuti neque dubitans an transacta sit media nox, & bibit, potest accipere Eucharistiam, quia in his casibus possessio stat pro rebus v. g. voto, lege &c. non autem pro libertate vouentis.

15 Vbi nota quod si quis bibet statim, ac pulsare incepit Horologium denotans mediam noctem elapsam; non potest se communicare; quia hora in primo pulsū est expleta, vbi tamen essent plura horologia, posset aliud expectari v. g. horologium S. Antonij mediam noctem ostendit iam elapsam; sed horologium S. Nicolai nondum dedit signum, possum bibere sequendo hoc horologium, quod non dedit mediam noctem.

16 Contra vero dubitans an lex, vel præceptum quodcumque sit, datum fuerit, vel an 21. annum ætatis expleuerit ad ieiunandum non tenetur; quia tunc libertas est in possessione. Similiter si dubitet an media nox Iouis transacta sit, vt possit comedere carnes, potest comedere, quia dies Iouis est in possessione. Rursus si quis dubitet an votum reale, vel personale emisit tempore pubertatis, potest pater illud irritare, nam habet pater possessionem iuris, ne filius impubes votum emittat absque suo consensu, sicuti posset quando filij opinionem haberet se tempore pubertatis vouisse, & talis opinio non esset vehemens. Vbi tamen possessio non fauet, in dubio est eligendum quod tutius est. Vide de his D. Ant. Tabienā, Nauarram, Gratianum, Sotum, D. Thomam, Palacios, & alios plures citatos apud Sanchez. in hac disputatione a numero 33.

Q V A E R E S IIII.

Quomodo applicanda sit predicta doctrina, quando post contractum matrimonium bona fide superuenit dubium utrique coniugi, vel alteri de nullitate ipsius.

17 **R**espondeo probabilius est coniugem dubitantem de valore matrimonij bona fide contracti, teneri reddere ante adhibitam diligentiam, ad inquirendum, an verè sit impedimentum; quia non est spoliandus iure suo alter, qui est in possessione, nec dubitat, post adhibitam vero diligentiam, vel si non est moraliter spes sciendi, ea prætermissa, potest practicè deponere dubium, & petere, & reddere; quia fauet possessio. sicut enim possessor bonæ fidei post adhibitam diligentiam potest re vti, & alienare, etiã si nequeat dubium vincere; ita & coniux dubitans post adhibitam diligentiam potest etiã petere. sic Sotus l. 4. de iust. q. 5. ar. vlt. Ledesma 2. p. 4. q. 18. ar. 1. dub. 14. fol. 231. Veracrux 1. p. spec. ar. 42. con. 3. Enriquez lib. 12. de ma. c. 6. n. 5. Lud. Lop. 1. p. ins. n. 2. edi. cap. 297, §. sed si inquirat & alij contra D. Tho. 4. d. 38. sine in exposit. lit. mag. vbi Cordubam l. 3. qu. 8. fol. 185. col. 1. sine Philiarcum de off. Sac. 1. 1. p. 2. lib. 2. c. 9. & alios, quos refert Sanch. in hac disp. n. 45. D. Bonau. putantes valde probabiliter non posse petere; sed tantum reddere; quia petendo exponit se periculo fornicationis, non petendo vero nullum timet periculũ.

18 Sunt etiam aliæ duæ sententiæ improbabiles. vna dicit nunquam posse petere, nec reddere. sic Altisidorensis 3. p. sum. tract. vlt. c. 2. vers. ad 2. descendum Adrianus 4. de rest. q. de præscrip. §. instabilis fortasse subtiliter Metina de rest. q. 17. col. 4. vers. ad 3. & alij. Altera docet posse petere, & reddere. sic Ledesma 2. p. 4. q. 8. ar. 4. dub. 6. sine Angles flor. 1. p. de ma. q. 11. de imp. ordinis ar. 3. dub. 5. & 6. Vegal. 4. sum. casu 74. & quidã alij.

19 Ex nostra doctrina infertur posse coniugem reddere ante bimestre, & post adulterium alterius, & post factam diligentiam, qua certus fiat de valore matrimonij, posse etiam petere ob rationes dictas; quia scilicet est in possessione, retenta vero altera sententiã, quæ docet cõiugem dubium de valore matrimonij non posse petere, sed reddere ob eius alterius; neque reddere potest in his casibus, quia alter coniux nõ ha-

bet ius petendi durãte bimestri, & post fornicationem.

20 Infertur secundo quando mota est lis inter coniuges de valore matrimonij, & coniux non est certus; sed dubitat, in foro conscientiæ, idem ius habet ad petendum, & reddendum, quod haberent, si lis mota non esset. immo si duplex lata est sententia, altera pro valore matrimonij, altera contra; & neutra transijt in rem iudicatã, potest dubitans reddere, quia in hoc dubio non est alter possessione priuãdus; nec per talem redditionem sibi præiudicat. nã si impedimentum est tale, vt non possit proprio consensu auferri v.g. consanguinitatis, quotiescumque probabitur impedimentum, dissoluetur matrimonium; quando vero lis intenditur pro separatione quoad torum, potest petere, & reddere; quia potest cedere suo iure, non tenetur tamen reddere; quia per redditionem videtur facta remissio & amittit ius diuortij. at in foro externo lite mota de valore matrimonij, & probationes non offeruntur incontinenti, vt intra triduum, iuxta dicta lib. 1. dis. 51. datur restitutio quoad cohabitationem tantum, si matrimonium nondum consummatum sit. si vero lis sit de diuortio, conceditur restitutio quoad torum etiam. ita Abb. C. ex par. de rest. spol. n. 25. Lignauo apud Imolam d. c. n. 11. Brunell. de spons. con. 12. nu. 5. Barbosa ff. sol. ma. rub. 2. p. n. 80. Vide hic Sanchez n. 50. fusius tenetur etiam vir in conscientia lite pendente ea alimeta præstare, quæ ante litem præstare tenebatur, (l. si negat ff. de libe. agnos. ita Glo. C. cuius rei v. remouisse 19. q. 2. Innoc. cap. per velt. de dona. inter vir. & vxor. Ant. C. 2. de coniug. seru. vbi Anchar. sine. Alex. de Neuo nu. 12. immo addit Innoc. teneri etiam si vxor fuerit indotata ex cap. ex par. de accus. vbi monachus lite pendente alendus est de bonis Monasterijs.

21 Dico secundo si alter coniux affirmat matrimonium esse nullum ob ali- quod impedimentũ, nõ tenetur alter illi credere; nisi hēbat cõiecturas cõuicētes (de quibus infra disput. 45.) quare pōt pete-

petere, & reddere; non tenetur tamen reddere; quia alter coniux cum dicat esse impedimentum, non habet ius petendi, nisi prius se retractet sufficiēter, tunc enim tenetur reddere; similiter si ob assertionem alterius dubitat, non potest petere, nec reddere, donec dubium deponat, & facta sufficienti diligentia potest petere, & reddere, etiam si perseveret dubium, ratione possessionis, patet ex dictis. Vide etiam Adrianum q. 2. de ma. §. dico pro lim. Syluestr. matr. 4. q. 2. Henriquez lib. 11. de matr. c. 15. n. 13. Ludou. Lop. 2. p. inst. de mat. c. 39. fol. 1057. col. 1. §. ex prædictis sequitur Manuelem 1. tom. sum. 2. edi. c. 243. nu. 6. & alios hic apud Sanch. n. 52.

22 Dico tertio si matrimonium ex utriusque coniugis parte bona fide initum fuit, & superueniat ambobus dubium, neutri licet petere non adhibita diligentia; & si alter petit, alter peccat reddendo, quia qui petit in dubio nullum habet ius ratione possessionis; ergo alter non potest reddere cum dubitet etiam, si vero alter non dubitaret, posset reddere petenti cum dubio, quia est in pacifica possessione, posset etiā negare, quia ille non habet ius petendi, cum dubius sit. Denique quando esset scrupulus ortus ex leui, & temeraria credulitate possunt petere, & reddere consilio confessarij cap. inquisition. de sent. excomm. vbi Glossa.

DISPUTATIO XLII.

An cum alter, aut uterque coniux mala fide contraxit dubius de aliquo impedimento possit petere, & reddere.

1 **R**espondeo quando alter ex coniugibus mala fide, id est cum dubio contraxit, non potest petere, ex cap. Dominicus de secundis nuptijs, ibi quod à se tamen nouerit (nempè debitum) nullatenus exigendum & si petat, alter non tenetur reddere; quia possessio dubia fide incepta non dat ius petendi, quāuis Enriquez lib. 12. de ma. cap. 6. num. 5. com. lit. T. putet alterum teneri reddere petenti. quod si alter, qui bona fide

contraxit petat, tenetur hic dubitans reddere ob possessionem alterius bona fide positi, vt ex d. cap. Dominicus constat, ibi (& de prioris coniugis morte adhuc existimans dubitādam ei, que sibi nupsit debitum non denegat) ita Innoc Ioan. Andr. Domin. Alex. de Neuo d. c. Dom. Francus Pauinus tract. de visitatione q. 8. 2. p. n. 59. Lud. Lop. 2. p. inst. de matr. cap. 55. fol. 1172. Veracruz 3. p. spec. ar. 18. conc. 6. Salon. 22. q. 61. tract. de dom. q. 5. ar. 6. fol. 594. & alij. At si utriusque mala fide, & cum dubio contraxerunt, non possunt nec petere, nec reddere, quia neutri fauet possessio, vt docet Veracruz lo. cit. ar. 13. Angles floribus 1. p. de ma. q. 11. de imp. ord. ar. 3. dub. 4. & Henriquez l. 11. de ma. c. 11. n. 5. sine. contra Bart. à Ledesma de ma. dub. 20. conc. 1. volentem teneri reddere, licet non possit petere, non sunt tamen hæ nuptiæ, vt putat Sotus 4. d. 27. q. 1. ar. 3. ver. alia vero cum Ludou. Lopez. & Bart. à Ledesma cit. irritāda, quia cap. Dominicus dicit dubitantem teneri reddere; ergo supponit non esse irritandum matrimonium. Denique si probabiliter putent esse matrimonium verum, etiam si putent oppositum esse probabilius, possunt petere, & reddere quia in moralibus possumus sequi opinionem probabilem.

DISPUTATIO XLIII.

Vtrum quando impedimentum proprio consensu amoueri potest, dubitans de valore matrimonij bona fide à se contracti, teneatur reddere etiam Ecclesia id præcipiente.

Casus est. Titius contraxit matr. cum Berta, deinde dubitat, an hoc matrimonium sit validum ex eo, quod dubitat, an Berta sit serua. Quæritur an Titius possit petere debitum à Berta, & teneatur reddere etiam si Ecclesia præcipiat, vt reddat, & ratio dubitandi est, quia impedimentum seruitutis potest à Titio amoueri, nam potest velle matr. non obstante Bertæ seruitute. Ad huius casus solutionem.

Dico

1 Dico primo certum est posse dubitantem accedere animo ratificandi matrimonium; quia potest de nouo contrahere, & si impedimentum est occultum, nil aliud requiritur posito quod prius contraxerit coram Parocho, & testibus, vt dictum est *disp. 37.*

2 Dico secundo, probabilius est coniugem, qui non vult ratificare matrimonium, quod dubitat, an sit nullum ob impedimentum amouibile per suum consensum, vt seruitutis &c. teneri reddere alteri petenti, quia si licet, tenetur reddere, cum alter sit in possessione; sed licet, quia potest reddere animo maritali, vt conseruet alterum in sua possessione, etiam si Iudex non præcipiat; ergo tenetur. probatur secundo quia si nõ teneretur maxime esset, quia sibi præiudicaret per illum accessum; sed hoc est falsum, quia potest accedere a nõ ratificandi, vt dictum est, sed vt conseruet alium in possessione, quocasu sibi non præiudicat, vt docent Io. Andr. *cap. cuius rei 29. q. 2. ver. remouisse de coniug. seru. vbi Alex. Host. loquentes quando adest Ecclesiæ præceptum. sed eadem est ratio; nam potest præsumi accedere ad coniugem ad reddendum id, ad quod tenetur; non autem ad ratificandum; atque adeo docent hanc sententiam, loquentes quando Ecclesia præcipit præter DD. cit. Sylu. *v. matrim. 8. q. 3. dict. 2. supplem. pifana ver. impedim. imp. 3. & plures Theologi Palud. 4. d. 36. q. 2. ar. 2. n. 14. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 3 §. 2. Ledesma 2. p. 4. qu. 53. ar. 4. col. 2. Palacios 4. d. 30. disp. 1. fol. 671. col. 2. §. sed queras & alij; potest etiam adhibita diligentia ratione possessionis petere.**

3 Contraria sententia est etiam probabilis, quæ potest tutissimè amplecti non reddendo debitum etiam Iudice præcipiente, quia potest esse vt Iudex sit in sententia, quod per hanc redditionem sibi præiudicet. Hanc tenent ex Theologis D. Tho. 4. d. 36. in *exposit. lit. D. Bonau. ibi Riccard. ar. 2. Metina c. de rest. q. 19. in sol. ad 2. Vega lib. 2. sum. casu 401. Adrianus 4. de rest. 9. de præscr. §. in stabis fortasse & alij multi quos citat Sanch. hic nu. 2. cum Vincentio Philip-*

po Taner. Goff. apud Alex. de Neuo C. 2. de *coniug. seru. n. 11. Couarr. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 2. fine.*

DISPVATIO XXXIV.

An coniux, qui opinatur matrimonium, quod prius bona fide contraxit, esse nullum, possit petere, & reddere.

1 **N**ON potest petere coniux opinans matrimonium esse nullum, nec post factam diligentiam si remaneat eadem opinio, & nullam habet opinionem de valore, quia possessio nõ fauet opinanti, scilicet quando ita credit non esse matrimonium, vt parum dubitet esse.

2 Tenetur tamen reddere, quia alter est in possessione, & ipse nõ est certus de nullitate. Probatur ex D. Aug. qui refertur C. *si virgo 34. q. 2. (si Virgo nupserit nesciens viro alieno, si semper nesciat, nunquam ex hoc adultera erit; si autem sciat, tam ex hoc adultera erit)* nisi sit vehemens opinio, & firma credulitas de nullitate matrimonij cum leui formidine oppositi. Hanc etiam tenet San. Tho. 4. d. 41. q. vn. ar. 5. *questiunc. 1. ad 3. Palud. 4. d. 36. q. 2. ar. 2. n. 14. Conrad. de contr. q. vlt. con. 3. Corduba lib. 3. qu. 5. propos. 2. fine §. e conuerso autem. Manuel. 1. t. sum. 2. edit. c. 243. n. 4.*

3 Si vero habet probabilem assensum de nullitate matrimonij, & probabilem de valore potest petere, & reddere et si probabilius putet inuvalidum esse matrimonium, quia possumus sequi opinionem probabilem relicta probabiliori. ita Pet. Ledesma *de matr. q. 45. ar. 1. ad finem*

DISPVATIO XXXV.

Explicatur quando coniux possit esse certus de nullitate matrimonij, & quando probabiliter dubitare?

1 **D**Ico primo in foro conscientie creditur dicenti se fictè consensisse, non autem in foro externo, nisi probetur; quia in foro conscientie agitur de salute anime, sic Couarru. 4. *decr.*

decr. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 9. multos referens Menoch. *pra. 77. n. 16. lib. 1. & lib. 3. pres. 1. n. 29.* in externo vero ut ius alteri detur. Vxor tamen non tenetur credere viro dicenti se non consensisse, nec est si iurat; quia verisimilius est modo mentiri, quam in contractu principali. probatur *ex cap. per tuas de prob. ibi (nimis indignum est iuxta legitimas sanctiones, ut quod quisque dilucide sua voce protesta tus est, valeat proprio testimonio infirmare)* ita Sotus *4. d. 30. q. 1. §. Jed defacto Ricc. ibid. 2. 7. q. 4. ar. 1. Palud. quæf. 2. ar. 1. con. 2. n. 5. Adrianus 4. q. 2. de ma. §. ad 2. Nauarr. summa c. 22. n. 82. Men. con. 385. n. 20. vol. 4. & loquētes quando est iuramentum docent Ricc. & Adrianus Nau. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. num. 6.*

- 2 Si vero eæ adsint circumstantiæ, quibus possit coniux esse moraliter certus de ficto consensu alterius, pōt ab eo separari, & aliud matr. inire. probatur, quia in hac re, quæ dependet ex corde alterius non potest haberi certitudo metaphysica, ergo sufficit moralis, quæ virum prudentē moueret positis quibusdam coniecturis. ita Sylu. *mat. 4. qu. 9. d. 3. Nauarr. summa c. 22. n. 76. ver. 3. Cou. 4. decr. 2. p. c. 2. n. 4. & si potest fieri sine scandalo aliorum, ut quia non pōt prius matrimonium probari (sed hoc rarissimè accidit) potest sine Iudicis sententia fieri separatio, ut habet etiā Enriquez *lib. 1. de ma. c. 1. n. 4. Bart. à Ledesma de ma. dub. 19. Coniecturæ vero, quæ sufficiunt ad faciendam moralem certitudinem ficti consensus, Iud. arbitrio sunt dignoscendæ. sufficiens tñ erit coniectura credendi virum habuisse fictum consensum, & per consequēs aliud matrimonium ineundi, si postquā coniux protulit consensum statim, & incontinenti se retractet, ut potius lapsu linguæ videantur ea verba prolata. Secunda sufficiens cōiectura erit si vir statim asserat se fictè cōsensisse, & aliud ineat matrimonium; quia non videtur ver simile tantum malum committere ita Nauarr. *sum. c. 22. n. 76. Angel matr. 2. n. 16. Petr. Ledes. de mat. q. 45. ar. 4. ff. Tertia, si postquam negauit verè cōsensisse, ingrediatur Religionem, aut***

facros ordines suscipiat Nauarr. & Syl. *v. ma. 4. q. 9. dicto 3. cum Rosella ibi n. 3. Quarta si vir valdè sit dispar in cōdit. ita ut prudentū arbitrio vix credi possit ut illā mulierē duxerit, ita Menoch. de pres. lib. 3. pres. 1. n. 35. fauet Couarr. 3. decr. 2. p. c. 2. n. 4. sed nisi vir hic ad alium statum transeat, ut ad ordines sacros; vel Religionē, non est tutū foeminae aliud matr. inire; sunt enim multi homines, qui capti amore nuptias valdè dispares celebrant. sic Rosella Nauarr. Sylu. citati cum Bart. à Ledesma de ma. dub. 19. cōcl. 3. & alij Quinta si vir negās. consensum sit valdè timoratus Dei, est si post longū tempus à matr. cōtracto id faciat, erit enim sufficiens coniectura quod verū asserat, dū negat habuisse verum cōsensum cum iuramento, ut docent Sylu. Nauarr. Rosella cit cum Adr. 4. de ma. q. 2. §. ad 2. vers. forte, sed hæc signa probitatis in viro magna debent esse, & rarissimè hoc accidit.*

- 3 Apud Indos vero nō adeo facilè debet fides haberi dicenti fictè se contraxisse; quia hi barbari sicut facilè fictè cōsentiūt, sic facile mētiūtur, quāuis Verac. 3. p. spec. ar. 13. concl. 3. asserat posse alterum coniugem neganti verū consensū fidem habere, attenda eorum inconstātia. Sexta erit si puella neget verū consensum se præstitisse comprobās metū patris non cadentē in virum cōstantē nam si fuit metus cadens in virum cōstantem, nullum erit matrimonium, etiam si foemina verè consensisset.

- 4 Si vero vir non solū negat cōsensum, sed est verba, & vxor est certa de verbis non potest aliud matrimonium tutā conscientia inire, quia sicut ille est perfidus negando verba; ita etiam erit negando cōsensum; sic Veracr. *con. 4. Bart. à Ledesma conc. 1. similiter si sint vehementes coniecturæ quod prior consensu verè fuerit præstitus, non pōt alter coniux credere asserenti se fictè confersisse etiam cum iuramento, ut n. 1. dictum est, & probat Men. de p. asump. lib. 3. pres. 1.*

- 5 Dico secundo. Potest dissensus in matrimonio amborum coniugum assertione probari, quia non

est alia melior via probandi ea, quæ pendent à solo corde hominum, nisi tamen sit collusio, vt scilicet inter se paciscantur negare se habuisse verum consensum, ita Baldus *l. fnah. n. 21. Co. de hered. inst. & Greg. Lopez l. 5. v. la iglesia tit. 2. p. 4. contra Palud. 4. d. 27. q. 2. ar. 5. n. 28. & D-Ant 3. p. c. 19. paulo post principium.*

QVAERES I.

An si coniux quando matrimonium iniit, protestetur se nolle consentire satis sit ad hoc vt iudicetur se vere non consensisse; quamuis verba protulerit, vt volo hanc in uxorem.

6 **R** Esp cum distinctione, si coniux ante matrimonium protestetur se nolle consentire, & alter cõiux sciat, & consentiat expressè, valet protestatio; vnde nullum erit matrimonium; quia in omni contractu protestatio alterius nil iuuat nisi altero consentiente, & sciente *l. fin. §. item si praxerit ff. nauæ coupon. & cap. cumana de elect. at in matrimonio ob rei grauitatē debet alter expressè consentire. ita docēt Innoc. cap. veniens 2. de spons. n. vnico Alex. de Neuo G. sua eodem nu. 15. vbi Abbas n. 9 Anch. n. 8 Præp. n. 2-Felin. cap. cum M. de cons. Mascardus de prob. con. 1248 n. 12. alios referens; Lancellotus inst. iur. lib. 2. de nuptijs v. iudicari, & alij cum Couarr. 47 dec. 2. p. c. 2. n. 3. & Mattiezo lib. 5. recop. tit. 1. rub gl. nu; 66. qui dicūt etiam requiri expressam acceptationē contra Ant. Cucum lib. 5. inst. maior. t. 12. n. 163. putantē sufficere si alter sit præsens, & taceat. quod si post protestationē sequatur copula, & matr fuit celebratū corā Parocho, & testib⁹ cū occulto impedimento, nō valet talis protestatio de iure cõmuni; quia per copulā videtur consentire, & à protestatione recedere *ex G. per tuas de condit. apposi. ratio est ne inducatur peccatum in ea copula v. Menoch. præf. 1. n. 15. l. 3. vbi alios refert. Hodie tamen post Tridē. non ratificatur cõsensus per copulam, & sic à protestatione non receditur, nisi quādo nullitas mat. celebrati corā**

Parocho, & testibus, ita occulta fuit, vt probari non possit, tunc enim ratificatur consensus per copulam illā affectu maritali, vt dictū est *disp. 37. hoc libro.*

7 Si vero iusta causa adesset, vt metus cadēs in constantē virū, vel vitatio scādali imminētis, valet protestatio facta; etsi alteri non intimata fuerit. est cõis DD. nec requiritur, vt protestatio fiat cõiugi, quādo tertio metū infert, quia matr. sūmā requirit libertatē. quod si sequat copula videt à protestatione recessū eo pacto, quon. *prac. dictū ē v. Inn. cap. 1. de his, quæ vi. n. 3. vbi Abb. nu. 14. Dec. cap. causā matr. n. 21. de off. deleg. Padill. l. interp. n. 8 Cod. de transf. Salz. super reg. Bern. Diaz 532. ampl. 2. Bero. con. 25. n. 9. l. 1. Nata. conf. 451. n. 22. lib. 2. Syl. ma. 4. q. 11. Nau. summ. c. 22. n. 78. Dynū l. qui aliena §. ff. de acquir. her. & alios.*

8 Hæc de protestatione dicta inferuiūt foro externo; possēt et deseruire in foro interno in casib⁹, in quib⁹ si etē cõsentiēs tenebatur cõsētere, de quib⁹ *lib. 1. disp. 10. & seq. vt per talē protestationē excusetur, & quando prodest protestatio in foro externo.*

Dico 3. si cõiux audiuit ab vno fide digno, vel ex fama esse imped. in matr. cõstituitur in dubio, vnde nō pōt petere iuxta supradicta, nisi facto sufficienti examine, quia licet vni⁹ et fide digni testimonij, vel fama nō sit sufficiens ad faciendū fidē, & sic cõiux nō tenetur credere matr. esse nullū; tñ ē sufficiens ad cogendū virū prudētē ad dubitādū in re tā graui; si vero audiuit à personis non fidedignis nō cõstituitur in dubio; vnde pōt sicut pri⁹ petere, & reddere. ita docēt Verb. apud Syl. ma. 6. q. 8. Ros. v. imped. 1. n. 17. Ang. m. 3. impe. 18 n. 4. Nau. sum. cap. 22. n. 82. Lu. Lo. 1. p. inst. c. 81. *fine.*

QVAERES II.

An ad hoc vt matrimonium contractum dissoluatur satis sit vnus testis, vel fama de impedimento dirimenti.

9 **R** Espondeo quamuis ad impedimentum matrimonium ne contrahatur, sufficiat vnus testis, vel fama, vt dictum est *lib. 1. dispus. 75. tamē*

tamen ad dissoluendum nō sufficit, quia vnus testis semiplenē probat, & fama etiā secundum aliquos, & secundū multos nec semiplenē, vt ostēdit Mascardus cum alijs *de prob. conf.* 1035. at ad dissoluendum matrimonium requiritur perfecta probatio, habetur expressē c. 1. *de consang.* Vnde requirūtur duo testes oī exceptione maiores, ita Cou. 4. *decr.* 2. p. c. 8. §. 12. n. 7. & 8. alios referēs Sotus 4. d. 41. q. unica ar. 5. con. 3. Possunt tamen quādo tractatur de dissoluendo matrimonio ob consanguinitatem esse parentes, quia ipsi id melius norunt, quam alij, vt habet Masc. *lo. cit.*

10 Nec satis est confessio vtriusq; coniugis quando petunt matrimoniū dissolui quoad vinculum; quia in casu matrimonij non statur cōfessione partiū; quamuis sit fama impedimenti. teste Abbate *cap. super eo n. 5. de eo qui cognouit conf.* Alex. de Neuo *ibi n. 13.* Menoc. *de arbitrarijs lib. 2. cent. 2. casu 103. nu. 8.* Masc. alios citans *de prob. con.* 1035. n. 29. statur autē propria cōfessione cōiugum asserentium esse impedimentū, etiamsi fama non sit de impedimento; quādo ipsi coniuges nollent matrimonium dissolui, sicut etiam in confirmādo, & probando esse matrimonium inter aliquos, statur eorum confessione, vt docēt Abbas, & Menochius cū alijs multis, quos refert *d. casu 103. n. 5.* Similiter si reperiantur duo in actu fornicario, & dicant se esse matrimonio cōiunctos, statur eorum confessione, quādo sunt paris cōditionis, Tiraq. l. 5. cōnu. gl. 1. p. 5. n. 32. Menoch. cum alijs *d. casu 103.* quod si hoc matrimoniū sit cōtra prius contractum, non statur eorum confessione, est enim in tertij detrimētum, sic Abbas *d. c. super eo n. 5.* & Veracru. 3. p. *speculi art. 8.*

11 Non sufficit tamen confessio impedimenti facta ab vno coniuge stante pro matrimonio, si non sit fama; nisi agatur tantum de solo diuortio, tunc enim sola confessio vnus contra se valet, vt si maritus confiteatur adulteriū; poterit vxor separari. sic Menochius *de pres. lib. 3. pra. 1. ar. n. 9.* & *d. casu 103. n. 7.* apud quem multos reperies *d. pres.*

pro 1. casu. Masc. de prob. concl. 1035. n. 33 *ubi n. 31.* ait relinqui Iudicis arbitrio quando est periculum collusionis inter coniuges; quāuis Cou. & alij, quos refert 4. *dec.* 1. p. c. 4. §. 1. n. 4. velint valere confessionem vnus stantis pro matrimonio absq; fama ēt si agatur de eo dissoluendo.

DISPVATIO XLVI.

Qualiter constare debeat de obitu alterius coniugis, vt possit superstes inire aliud matrimonium.

1 S Ciendum est primo in iure ciuili per antiquam dispositionem vxor post quinquenniū ab absentia viri poterat nubere alteri, sed hoc postea per Auth. hodie C. *de repudijs* correctū est, ita vt mulier per nullā absentiam possit aliud inire matr. nisi adūt certitudo mortis, quia per longā absentia viri nō probatur eius mors, quod aut addidit Auth. hodie C. *de repudijs*; nēpē vt vxor audiens in praelio obiisse, nō prius aliud inire possit matrimonium, quam per se, vel per alium adeat belli Ducem, & is iuret obiisse, & alia testimonia recipiat, ac tandem per annum post prae dicta omnia expectet; iam correctū est per ius Canonicum; quia C. *in pres. de spons.* tantum petitur certum nuntium de morte haberi, ita Innoc. *d. c. in pres. n. unico* Goffr. Tancr. Philipp. quos sequitur Abbas n. 6. Alex. de Neuo n. 8. Petr. Barb. *conf. matr.* 25. n. 3. vol. 1. Iose. Ludou. *decis.* Perus. 1. c. *dec.* 12. n. 7. contra Cardinalem asserentem id non eē de iure Canonico correctum cū Anchar. C. *dominus de sec. nuptijs.*

2 His positis, dico primo pobabilius est requiri plenam & certam probationem de morte alterius, tū ad hoc vt Ecclesia det facultatem nubendi. Secundum ad hoc vt ipse cōiux superstes possit propria auctoritate aliud inire, quia C. *in pres. de spons. in fin.* requiritur certum nuntium, & praeterea quia hoc pacto non se exponunt periculo peccandi, infamiae & cæt. quae tamen certitudo Iudicis arbitrio relinquitur; non enim praescribi potest qualis

esse debet, cuius etiam Iudicis officio testes examinari possunt parte non citata, quia hoc est speciale in morte probanda. ita Anton. *cap. in presentia de spons. n. 7.* Autrer. *Cappel. tolos. decis. 3. 6.* Alex. de Neuo *d. c. in presentia n. 5.* Menoch. *de pras. l. 6. pras. 49. n. 28.* Cou. *4. decr. 2. p. c. 7. §. 3. n. 4.* Masc. *de prob. con. 1076. sine.* Veracrux *1. p. spec. ar. 42. cõcl. 1.* Ant. Cucus *lib. 5. inst. mai. tit. 12. n. 231.* Armilla *matr. n. 45.* & alij multi. Vnde non sufficit vnus Nuncius, aut testis de morte coniugis ad hoc vt alter possit aliud inire matrimonium. sic etiam Bart. *l. 2. §. si dubitetur n. 1. ff. quemadmodum test. aper.* Greg. Lop. *l. 8. t. 9. p. 4. v. algunos.*

- 3 Contraria sententia, quæ dicit sufficere vnum Nuncium, seu testē, & probabilitatem moralem, quādo propria auctoritate coniux superstes velit inire matrimonium, est probabilis, & posset amplecti in casu quo non posset alius testis haberi, quia v. g. vir decessit in solitudine &c. est Lud. Lop. *2. p. inst. de ma. c. 55. fol. 1171.* D. Ant. *3. p. t. 1. c. 9.* Bart. à Ledef. *de mat. dub. 56. ad finem conclu. 9.* Tancr. Vinc. Goffr. Philipp. Rain. quos sequitur Sylu. *matr. 8. q. 13. dic. 2.* quatenus dicit sufficere moralem probabilitatem; quatenus vero ait sufficere vnum testem, vel nuncium est Host. *sum. tit. de spons. duo. n. 6. & C. in pras. de spons. vbi n. 6.* Abb. Ang. *matr. 3. impe. 13.* & Veracrux *loc. cit. n. præ.* Probatur ex *cap. quoniam §. porri d. vers. si autem* vt lite non constet, vbi dicitur, tamdiu expectandum donec de coniugis obitu verisimiliter præsumatur.

- 4 Dico secundo. Fama secundū probabiliorem sententiam non sufficit, nisi alijs adminiculis fulciatur; quia sine his nō pōt dici certa moraliter prob. ita Ant. *d. c. in presentia nu. 7.* Alex. de Neuo *nu. 15.* Anton. Cucus *lib. 5. inst. maio. t. 12. nu. 131.* Menoch. *de adipiscenda poss. remed. 4. nu. 672.* Masc. *de probat. 1075. à nu. 4.* adminicula varia sunt, vt si vir captus sit ab hostibus, si abfuit lōgo tempore, si mare nauigauit &c. ad hoc autem vt fama probet, requiritur vt ipsa plenè probata sit per duos testes omni exceptione maiores, vt sit causa rationabilis vt deponant se audiuisse à maiori parte Populi, vel Oppidi, dicitur etiam maior pars attentis viris probis, & grauibus tantum, non enim requiritur, vt sit apud fœminas, & pueros, nec sat est audiuisse à multis, quia res est grauissima, vel si hæc omnia desunt, sufficit magnus testium numerus. Vide Mascardum *d. concl. 1075 de probat. & conf. 749. nu. 1.* Menoch. *de conf. 70. nu. 21. vol. 1.* Nattam & alios, quos refert sequens Menoch. *con. 60. nu. 21. vol. 1.* minutius has condiciones explicantes contra Anch. *d. c. in prasen. Iulium Clar. lib. 5. recep. §. fornic. v. penul.* Perez *lib. 5. ord. t. 1. l. 3. sine putantes famam sufficere.*

- 5 Denique hic aduerte quod ea, quæ requiri diximus in probatione mortis alterius coniugis, dici debet de probatione professionis factæ alterius, vt manens in sæculo possit aliud inire matr. dissoluto primo rato, vt docent Sotus *4. d. 37. qu. vnica art. 5. vers. in primis.* Manuel *1. tom. sum. sec. edit. cap. 243. numero quarto.*

FINIS LIBRI SECVNDI.



LIBER TERTIVS

DE

CONSENSV CLANDESTINE

P R A E S T I T O.

Tractatus hic valdè utilis est ad decretum Trid. sess. 24. cap. 1. de matrim. benè intelligendum, multa hic quæruntur de Denunciationibus, de Præsentia Parochi, & testibus, & de pœnis matr. clandestino, & alijs personis constitutis.

DISPVATIO I.

*Quotupliciter matrimonium dicatur Clau-
destinum, & quando tale sit ad in-
currendas pœnas clandestini.*

QUAMVIS à multis apud Sanchez hic nu. 1. sex ponantur modi clandestini, tamen congruentius videtur duos tantum esse, nempe quando testes, & Parochus deficient, & est omninò clandestinum; aut Denunciationes ab Ecclesia positæ illicitè omittuntur, id est sine Episcopi licentia. nam certum est non esse clandestinum, etiam si nec ante consummationem matrimonij præmittantur denunciationes, quæ fuerunt omisse de Episcopi licentia, cæteris autem solennitatibus omisis minus solemne dicitur. ita etiam Goffr. sum. 1. de claud. de sp. num. 1. Guttier. 2. pract. q. 4. n. 13. quamvis quod sine addit, requirit. s. vt præmittantur ante consummationem non placeat. Salzedo pract. c. 73. & ex Theologis Caet. sum. v. matr. tr. contractus matrim. potest ex septem &c. 8. & scito peccatum esse: Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 1. ver. claud. Veracrux 1. p. spec. ar. 10. initio. Enriq. l. 11. de ma. c. 5. n. 1. Capua lib. 2. decis. c. 85. n. 1. & alij. Vnde neque pœnas incurret. quando vero illicitè omittuntur denunciationes.

2 Dico primo. probabilius est matrimonium celebratum non præmissis denunciationibus incurere pœnas clandestini. ita habetur in conc. gen. later. G. fin. de claud. de sp. ibi (siquis vero huiusmodi matrimonia clandestina, seu interdicta inire præsumserit) vbi vocat clandestina matrimonia contracta absq; denunciationibus, & postea pœnas addit. nec à Tridentino est hoc correctum, vt patet ex sess. 24. c. 1. de matr. ibi (sacri conc. lateranensis vestigijs inhaerendo præcipit sancta synodus &c.) habes pro hac sententia Nauarr. sum. cap. 22. n. 70. v. 3. Mart. Lande. conf. 30. vbi Fran. Blotus Menoch. conf. 69. n. 70. vol. 1. Segura direct. iudic. 2. p. c. 15. n. 30. Salzedo pract. c. 73. initio Ceruâtes l. 6. Tauri n. 21. Ruben. aduersus Eras. lib. 4. err. 3. & ex Theologis Enriquez lib. 11. de mat. c. 6. nu. 2. Manuel 1 tom. sum. 2. edit. ca. 14. n. 3. & eos, qui citantur. nu. 4.

3 Contraria sententia est probabilis, nimirum non incurere, quia non est propriè clandestinum. est Molina 1. 1. de iust. d. 176. ver. obse. bodie Bart. à Led. de matr. dub. 24. concl. vlt. quamuis non adeo expresse tenet eam Vivald. 1. p. cand. de matr. n. 243. Lud. Lop. 2. p. inst. de ma. c. 39. ff. quest. autem Barbosa l. 2. p. 4. nu. 39. ff. sol. matrim. & aliorum. Ratio est quia non dici potest clandestinum, quod in facie Ecclesiæ coram Parocho & testibus celebratur, & cum odia sint-

restrin

restringenda *reg. odia de reg. iuris in sex.* non debet dici clandestinum matrim. ad poenas incurrendas eo quod denūciationes omisse fuerint.

4 Dico secundo, probabilius etiam est matrimonium celebratum sine denūciationibus, etiam si à maiori viciniæ parte sciatur, & publicè coram illis celebretur, incurere poenas clandestini; quia illud dicitur clandestinum ex *c. cit.* cui denūciationes desunt; ergo etiam si sciatur à maiori viciniæ parte dicitur clandestinum, si absque denūciationibus sit celebratum. sunt pro hac sententia ex Canonistis, & iurisperitis Host. *d. cap. fin. de cland. desp. super ver. huius modi cland.* Anchar. *ibi n. 6.* ubi etiam Card. Gloss. Menoc. *con. 69. n. 70. vol. 1.* Cephal. *con. 503. n. 26. vol. 4.* Iaco. Leonissa *inter cons. matr. Zileti cons. 49. n. 5. vol. 1.* Fulu. Pacian. *lib. 2. de probat. c. 16. n. 69. vers. ego nescio ex Theolog. Enriquez lib. 11. de matr. c. 5. n. 1.* & videtur esse Palud. *4. d. 28. lq. 2. ar. 5. n. 29.*

5 Contraria sententia est multorum Innoc. *cap. fin. de cland. desp. n. 2 ubi nu. 25.* Alex. de Neuo Præp. *C. ex ten. nu. 3. qui fil. sint leg. Oldr. cons. 256. n. 4.* Crotus *cons. 304. n. 8. lib. 3.* Capra *con. 116. n. 8.* Ruin. *cons. 51. n. 15. vol. 5.* Paleot. Ioan. Lupus Ang. Tab. Ant. Gomez. Royas Ant. Cucus & alij, quos citat Sanch. *hic n. 9.* & c. estque satis probabilis, tum quia quod fit scientibus vicinis non est clandestinum ex Io. Lupo *cap. per vest. de don. inter virum, & uxorem;* tum etiã quia ubi est eadem substantia noua oritur iuris dispositio, at substantia matrimonij est sine denūciationibus.

DISPUTATIO II.

An si matrimonium clandestinum irritum sit, quia v. g. celebratur sine Parocho, & testibus, hodie subijciatur poenis impositis clandestine contrahentibus.

1 **Q**VAE sint poenæ clandestini matrimonij tradentur à disput. 42. vsque ad finem libri, nunc tantum quærimus, an ipsi contrahentes incurant poenas clandestini, quã-

do matrimonium est nullum, & poenas iuris, quæ sunt excommunicatio Synodalis, & exhereditatio. Ad quod respondeo, contrahens matrimonium inualidum non est poena iuris puniendus *exl. 1. in fine. de sepulchro violato,* ubi dicitur Notarium conficientem instrumentum inualidum, poena iuris non esse puniendum, sed extraordinaria; ergo à pari. Sec. quia quod nullū ē, nullum producit effectum *cap. illud de iur. patron.* Tertio quia iura interdictentia clandestina, considerant iuris effectū, vt patet ex Tridentino *sess. 24. c. 2. de matr.* sed quando lex considerat iuris effectum in aliquo actu, non incurritur poenæ, si actus ille non fortitur effectum ex Gloss. *l. quid ergo 13. §. cum autem ver. cum ea ff. de his qui not. infam.* Card. clem. 1. *oppos. 8. de consang.* Gutti. 2. *pract. q. 4. n. 6.* Felinus *late probans. C. tua nos de iur. iur. n. 7.* & alijs; ergo si matrimonium clandestinum est nullum, non incurritur poenæ iuris impositæ clandestinè contrahentibus; & hoc verum est etiam si matrimonium sit irritum ratione consanguinitatis, vel alterius cuiuscumque impedimenti, & etiã si matrimonium consummatum sit, nō enim per hoc poterit exheredari filius vt vult Barbosa *l. 1. p. 4. n. 39. ff. sol. mat.* & Segura *2. p. direct. c. 15. n. 29.* quia nō facit illa copula vt valeat matrimoniū hanc sententiam docent etiam Perez *lib. 5. ord. 1. l. 1. fol. 30. §. item solēt.* Guttier. *lo. ci. n. 7.* & Segura *lo. ci. nu. 23.* & agentes de sola excommunicatione Synodali docent Palacios *4. d. 28. dis. 3. vers. bastabis* & Petrus de Ledesma *de matr. q. 45. ar. 5. fol. 183. col. 1. §. est tamen dubium,* & de exhereditatione tenent Ioan. Lupus *l. 49. Tauri n. 3.* Matienzo *lib. 5. recop. tit. 1. l. 1. gl. 7. fine* ubi Azeb. *num. 46.* Barbosa *loc. cit.* Castillo *l. 49. Tauri numero decimossept.*

2 Secunda sententia dicit incurere quia Canones imponentes clandestinam poenam non considerant iuris effectum, sed factum ipsum, & volunt malum animum punire. est Molinae *de primog. lib. 2. c. 16. nu. 18.* Veracruz *app. ad spec. dub. 11. con. 6.*

3 Tertia sententia docet excommunicationem Synodalem iucurri, non autem exhæredationem, quia *lex 94. Tauri* punit matrimonium contractū absque Parentum consensu ob iniuriā illorum, quæ minor ē matrimonio nō sequuto. at poenæ iuris Canonici imponuntur ad puniendum delictum clandestini matrimonij. est Enriquez *lib. 11 de matr. c. 5. n. 6.* Manuel *1. tom. sum. 2. edit. ca. 221. n. 1.* Bart. à Ledes. *de mat. dub. 8. fol. 1230.* & abæ sunt probabiles.

DISPUTATIO III.

An matrimonium clandestinum irritum fuerit ante Tridentinum, & sit peccatū lethale, ita contrahere.

- 1 **D**E fide est non fuisse irritum. ita definit Alex. III *c. 2. de cland. de spons.* est tamen culpa læthalis, ita contrahere etiam post Conc. Trid. quia contrauenitur præcepto Ecclesiæ gravissimo, & iustissimo: nam religio Sac. postulat, vt magna cum deliberatione, & assistente ministro Ecclesiæ recipiatur, & ex clandestino graua mala oriuntur contra bonum Sacramenti, probis & cat.
- 2 Nec solum fideles clam contrahentes peccant, sed etiam infideles, quia est contra ius naturæ ob mala graua, quæ in se continet clandestinum. est Caet. sibi contrarius *sum. v. matr. tit. cōtractus matrim. potest ex 7. cap. reddi vitiōsus 9. & scito peccatum esse.* Petr. de Soto *l. 14. de matr. 9. primum ius ipsum,* Palacios *4. d. 28. dis. 3. statim in principio,* & Veracruz *1. p. spec. ar. 10. con. 2. loquent. expresse de infid.*
- 3 Contra Bart. de Ledesina *dub. 21. de matr. fol. 1323.* & Sotum *4. d. 28. q. 1. ar. 2. concl. 1.* qui dicunt solum esse cōtra præceptum Ecclesiæ; vnde infideles clam contrahentes non peccant in hac sententia, cum non astringantur Ecclesiæ legibus.

DISPUTATIO IV.

An Ecclesia potuerit irritare clandestina matrimonij.

- 1 **D**ico primo, de fide est potuisse irritare, quia defacto Conciliū Tridentinum à Pontifice approbatum irritauit.
- 2 Dico secundo. defacto Conc. Tri. *d. sess. 25. cap. 1.* irritauit tum reddēdo inhabiles contrahentes, tum irritando ipsum contractum directè. probatur, quia si non potuisset irritare vtroque modo, errasset Concilium Tridentinū dum vtroque modo irritauit, in re ad finem, & mores Ecclesiæ pertinente. Quod non est dicendum, quod autem defacto irritauerit vtroque modo: probatur, & prima pars illis verbis (*eos ad sic contrahendum inhabiles reddit*) secunda pars probatur his (*eiusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, prout eos presenti decreto irritos facit*) vnde indirectè irritauit matrimonium quatenus est Sacramentum, destruendo directè, & proximè contractum humanum, in quo ratio Sacramenti fūdāta erat, quare forma, & materia matrimonij erit mutus consensus signis, aut verbis expressus, sufficiens ad contractum celebrandum, & sic eadem verba, quæ ante Concilium Tridentinū sufficiebant ad matrimonium, etiam si clam proferentur; modo non sufficiūt; quia non sunt sufficientia ad cōtractū celebrandum, nisi coram Parocho, & testibus prolata.

Confirmatur, quia Ecclesia irritauit alios contractus ob bonum commune, vt professionem ante 16. annū commutationem beneficiorum per simoniam *C. cum olim de rerum permut. ergo etiam potuit irritare contractum matrimonij factum sine testibus, & Parocho, & sicuti potest Respublica civilis irritare contractus civiles vt minorum absque tutoris auctoritate vxorum sine viri licentia, ita potest Eccl. irritare contractum matrimonij directè impediendo ne mutus contrahētium consensus sufficiat sine testibus & Parocho.*

- 3 Annulatio autem hæc matrimonij quatenus est in odium transgredientis est poena, sicuti quæcumque constitutio, quæ annullat actum ob solam legis

legis prohibitionem, & in odium trāf-
 gradientis ex cap. religiosus de elect. in 6.
 quatenus vero inducitur ob defectum
 solemnitatis non est poena; quia de ra-
 tione poenę est vt imponatur ad puni-
 endum delictum, teste D. Aug. habetur
 cap. pœnitentia de poen. d. 3. sic etiam te-
 nent Ioan. Andr. cap. su. de elect. in 6. n. 5.
 vers. in gl. 2. Francus n. 5. domin. nu. 18.
 Abbas c. 2. de const. n. 5. vbi Ant. nu. 19.
 Decius in 2. lect. n. 30. Alex. de Neuo n.
 25. Beroius n. 26. Baldus, & Iacobus
 Butrica. l. non dubium n. 5. C. de leg. vbi
 n. 6. Paulus Iason. n. 7. Menoch. de arbi.
 trarijs l. 2. cent. 3. casu 276. n. 18. Vantius
 tract. nullitatum tit. quid sit nullitas n. 15.
 & alij Iuristę apud Sanch. hic n. 9. fine.

DISPVATIO V.

*Vtrum denunciationes sint de matrimonij
 essentia, vel saltem de pcepto.*

R Espondeo non sunt de essentia
 matrimonij; quare stat matrimo-
 nium sine denunciationibus contractū
 probatur. quia ante Tridentinum erat
 verum matrimonium sic contractum;
 nec Trid. irritauit, sed solum pcepit
 denunciationes fieri: at matrimonium
 non annullatur propter simplicem
 prohibitionem absque clausula irritā-
 te ex Decio cap. 2. de testibus n. 17. ver.
 secus si temporalis sit, & Rota in nouissi-
 mis tom. 1. decis. 750. n. 3. ergo denun-
 ciationes non sunt de essentia matrim.
 Confirmatur quia Tridentinum remit-
 tit arbitrio ordinarij prorogare, vel o-
 mittere denunciationes; ergo non sūt
 de forma; nam si dispositio pæfigens
 tempus concedit arbitrio Iudicis illud
 prorogari, tale tempus non dicitur de
 essentia. sic etiam Nauarr. lib. 4. cons. 2.
 edit. tit. de spons. cons. 17. n. 4. Sarmiento
 l. 1. select. c. 6. n. 7. Cucus lib. 5. inst. mai. t.
 II. n. 86. Perez lib. 5. ordin. 2. 15. l. 1. fol.
 286. col. 1 Salzedo dicens sic declarasse
 Cardin. pract. c. 73. §. primo ante omnia.
 & alij ex Theologis Veracrux app. ad
 spec. dub. 1. Metina lib. 1. sum. c. 16. §. 13.
 fol. 231. Petrus de Ledesma de matr. q.
 45. ar. 5. pun. 2. dub. 1. concl. 2. fol. 175. col.

2. & alij contra Menochium cons. 69. n.
 71. vol. 1. Boncium in cons. quod ponitur
 inter cons. Menoch. vol. 4. cons. 398. n. 1.
 & Cephal cons. 421. n. 28. vol. 3. afferen-
 tes esse irritum. Mouentur pæsertim
 ex eo quod limitata causa, limitatur ef-
 fectus l. in agro ff. de acquir. domin. ergo
 posito quod Triden. concedat Paro-
 cho potestatem assistēdi pæmissis de-
 nunciationibus, si is assistat ijs non pæ-
 missis, non erit matrimonium validum.

2 Est tamen peccatum mortale omit-
 tere denunciationes, & Parochus assi-
 stens peccat etiam, quia est pceptū
 Ecclesię in re graui; & sub grauibus
 pœnis impositum. ita tenent ex Theo-
 logis Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 1. n. 10. D. Ant.
 3. p. sit. 1. c. 16. fine Bart. à Ledesma dub.
 21. de mat. concl. 6. Veracrux 1. p. specul.
 ar. 10. con. 3. Henriquez lib. 11. de matr.
 c. 7. n. 1. in com. lit. C. Petrus de Soto lec.
 14. de ma. Manuel 1. com. sum. 2. edit. cap.
 217. n. 2. & alij Canonistę insignes Na-
 uarr. Cauallanus Matienzo, Spino, Car-
 rer. Salzedo, Sylu. Rosella, quos refert
 Sanch. hic n. 6. Mortale item est, vt docet
 etiam Enriquez, si non fiant in v-
 triusque contrahentis Parochia, aut si
 non fiant tribus diebus festis conti-
 nuis (intellige cum magna distantia,
 intercedit inter vnā, & aliam denun-
 ciationem) Veniale tamen esset si vnā
 omitterent denunciationem, quia est
 leuis materia. Sotus tamen in 4. dist.
 28. q. 1. ar. 2. putat eē veniale omittere
 denunciationes, quando non est excō-
 municatio imposita in illa diocesi con-
 tra omittentes; & putat probabile
 Ledesma si Parochus aliam fecit dili-
 gentiam de mat. q. 45. ar. 5. punt. 1. dub.
 3. conclus. prima.

DISPVATIO VI.

*Vbi, & quo modo fieri debeant Denun-
 ciationes.*

D Ico primo denunciationes ex
 decreto Concilij Tridentini sess.
 24. c. 1. de mat. debent fieri in vtriusque
 coniugis Parochia, quando sunt diuer-
 sę Parochiæ, & in ea, in qua habuerūt
 lon-

longam habitationem; quia ita melius impedimenta deteguntur. Vnde non est necessarium, ut fiant et in Parochia ubi habent modernam habitationem, quia nullum de hac re est præceptum, sicut nec ibi oportebit fieri, ubi sunt consanguinei contrahentiū, si nō haberent in Parochia diuturnæ habitationis illorum. sunt pro dictis Innoc. cap. fin. de cland. desp. n. 1. & 2. Io. Andr. nu. 5. Ant. n. 16. Card. n. 3. ver. quaro quid si sint Anchar. n. 16. Præp. n. 7. vers. sed quia & ver. sed quid. Segura dicēs iam declarasse Cardinales faciendas esse in vtriusq; Parochia 2. p. direct. iud. c. 16. n. 19. Enriquez lib. 11. de ma. c. 7. n. 1. Pet. de Led. de ma. q. 45. ar. 5. pu. 3. dub. 1. & alij.

2 Verum licet à Trid. dicatur ut fiant à proprio Parocho; possunt tamē ab alio de eius licentia fieri, quia si Concil. cōcedit ut alius de licentia Parochi matrimonio assistat, multo magis, & hoc concedit. sic Manuel t. 1. sum. 2. edit. cap. 217. num. 6.

3 Dico 2. debent fieri tribus diebus festis continuis, sed non debent ita immediatē subsequi, ut nullus dies alius feriatus intercedat; sed possunt duo, aut tres dies intercedere inter vnam, & alteram monitionem, ut prudentis arbitrio iudicabitur, ne ob longā temporis instātiā obliuiscānt denūciationis factæ, vel desides fiāt in impedim. detegedis

4 Vbi nota quod quamuis in Trid. petatur fieri intra Ecclesiam inter missarum solemnias possunt fieri extra Ecclesiā, ubi sit populi cōcursus, ut docēt Io. Andr. Abb. Hofst. Ant. Arch. Præp. & alij in cap. fin. de cland. de spons. quia finis Tridentini est, dum petit fieri intra Ecclesiam, ut ad multorum notitiam perueniat, qui obtinetur etiam extra Ecclesiam in casu posito; sicuti etiam liceret facere denūciationes, quando non esset dies festiua. sed aliqua de causa esset magnus populi concursus ad Ecclesiam, quia satisfit Conc. fini.

DISPUTATIO VII.

Quis potest dispensare ut denūciationes omitterentur.

1 DICO primo. Hodie Episcopus, Abbates habentes iurisdictionem quasi episcopalem, & ceteri habentes iurisdictionem, quasi episcopalem (de quibus hoc libro disput. 28.) possunt concedere dispensationem, ut omitterentur denūciationes siue ante, siue post matrimonij consummationem; sicut etiam concedere, ut fiant diebus feriatis, quin Prælatus alterius contrahentis sufficit ad dispensandum cum vtrisque v. g. Episcopus Panormitanus Prælatus vxoris potest dispensare cum viro, qui est Dioecesis Messanensis, cum hæ denūciationes ordinentur ad matrimonium, quod est indiuiduum.

Hæc conclusio quoad Episcopos habetur in Concilio Tridentino sess. 24. de matrimon. cap. primo quoad alias partes est ferè communis, eam tenet Nauarr. libro 4. conf. in prima. edit. tit. de spons. conf. 5. in 2. tit. de clandest. desp. conf. 2. Henriquez libro 11. de matrim. cap. 5. num. 5. Manuel t. 1. sum. 2. edit. cap. 217. num. 4. & alij, quia omnes hi sunt ordinarij, quibus Concilium dat facultatem dispensandi

2 Dico secundo. Probabilius est Vicarium Generalem posse etiam dispensare, quia is dicitur ordinarius, nisi Episcopus hanc facultatem sibi referuet. ita etiam Nauarr. loc. cit. Claudius addit ad Consilia Bertazoli conf. 283. sine Iacob. Sborzius l. 2. de Vicar. Episco. q. 201. num. 1. Salzedo dicens, sic esse praxim totius orbis pract. c. 73. Manuel loc. cit. Veracruz append. ad spec. dub. 1. fol. 4. col. 2. sine. & alij. Hinc inferitur à Manuel posse Vicarios ordinis D. Ioa. dispensare in his denūciationibus, quia sūt ordinarij Ecclesiarum suis Vicarijs subditarum: non posse vero Vicarios foraneos. Contrarium etiam est probabile, quia in generali commissione Vicariatus non clauditur dispensandi potestas. tenet Enriquez l. 11. de matrim. c. 5. num. 5. Gomez in Bulla Cru. c. 4. q. 4. n. 19. Paz pract. 2. t. pral. 3. sine Cephal. conf. 421. n. 72. vol. 3. & alij.

3 Dico tertio quamuis Veracrux *app. ad spec. dub. 1. prop. 3. Alborno lib. 4. de ar. contra tit. 1. Vega lib. 6. sum. casu 112.* & alij teneant posse Parochum dispensare in denunciationibus ob timorem malitiosi impedimenti, ne scilicet expectando denunciationes aliquis per malitiam impedimentum apponat (in quo solo casu est dubium, nam in alijs certum est Parochum non posse) tamē tenendū est Parochum non posse dispensare. probatur, quia ante Trident. secundum omnes non poterat Parochus dispensare; ergo neq; post Trident. quia Tridentinum non corrigit ius antiquū in hac re; sed innouat. ita ē Nauarr. *lib. 4. con. ti. de claud. disp. con. 1. Menoch. conf. 69. n. 61. vol. 1. Veracrux sibi contrarius l. c. propos. 6. v. ex quo apparet Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. nu. 5. Enriquez lib. 11. de matr. c. 5. n. 5. & Segura directo. iud. 2. p. c. 16. n. 5.* Vnde multo minus poterit quando Episcopus hanc concessionem sibi reseruasset.

4 Dico quarto verius etiam est posse Episcopum generaliter alteri hanc potestatem delegare; quia competit illi, vt ordinario, nec cōmittitur industriae personae, cum committatur omnibus, & quibuscumque Episcopis ex Ludo. Lopez 1. *prin. 2. edit. cap. 284. sine Sylu. v. delegatus q. 8. d. 1. Iason l. more nu. 65. ff. de iur. om. iud. Greg. Lop. l. 47. sine tr. 18. p. 3. citans Bart. Abb. & Paul. Immo potest ēt hanc potestatem Vic. Gen. delegare; quia potest vnam, vel alterā causam delegare. sic ēt Lud. Lop. *f. 793 Tab. Vic. q. 5. Gloss. c. 1. de off. vic. in 6. contra Menoch. con. 69. à nu. 55. vol. 1. & Ceph. con. 421. à n. 72. vol. 3. putantes non posse, quia electa est industria personae. & contra Henriquez, qui concedit posse Vic. Gen. delegari, non autem alijs, nisi in vna, vel altera causa. Vide c. 5. in com. lit. T.**

* Moderationem, quam n. 2. ex Sanc. attulimus. nimirum posse Vic. dispensare in denunciationibus; nisi Episcopus facultatem dispensandi in his, sibi reseruaret, putat Pont. *lib. 5. c. 31. n. 7.* euerte- re sententiam traditam, quod nomine ordinarij in Trid. intelligat Vic. Gen.

Episcopi in ord. ad hanc dispensationē; idq; proponit, ac probare contendit in hæc verba (*ea aut limitatio, quam adhibet Thom. Sauch. mihi non probatur, & nisi valde fallor, sententiā ipsam, quā sequitur euertit: si n. Vic. eo ipso, quod Vicarius est, habet à Trid. potestatem denūciationes remittendi, non posses per Episc. tolli: scuti quamuis resistat, & contradicat Episc. non pōt tollere Parocho licentiam assistēdi matrimonio, neq; potestatem concedendi alteri licentiam. quod ergo Episcopus denegare pōt Vicario, cui generalem administrationem commisit; signū est non esse illi concessum à iure, eo ipso, quod Vicarius est.*)

Hæc Pont. cuius cēsura in nost. Sæc. an vim habeat; non aliunde, quā ab ipsi? doctrina inuestigare volo. Peto, n. ab hoc Doctore: An Vic. Gen. possit audire confessiones omnium de diocesi; & hoc vnde habeat. Respondet certe hoc *lib. 5. cap. 1. n. 10. (septimo colligitur Vicarium Episcopi posse ex off. confessiones audire, & licentiam alijs concedere, vt audiāt est enim vere ordinarius, & prelati in tota diocesi)* optima sane, & vera respōsiō, habet ergo hæc facultatem à iure cum sit ordinaria? concedit vtiq; Pōt. & probat n. 1. (*itaq; licet Episc. Vicariū instituat & solius Princ. sit, vel etiam iuris, iurisdictionem ordinariā tribuere, Vicarius quidē ab Episc. datus, à iure potestatem accipit*) Videamus nunc an posita hac facultate, à iure sibi tradita; possit Episcopus illā limitare; reseruando aliquos casus, à quibus sine speciali cōmissione Vicarius non possit validè absoluere. certe, hoc non negabit Pont. nā quāuis n. 10. cit. dicat (*vnde & posse facultatē à reseruatis dare, docuit Em. sa. v. Vic. n. 2.*) tamē nō videtur loqui expresse, an possit ita casus reseruari; vt ipse non possit ab eo absoluere. at respondebunt posse Episc. casus reseruare, ita vt nō valeat absque speciali mādato Vic. absoluere. Barb. *de pot. Episc. alleg. 54. n. 116. Vgol de pot. Ep. c. 4. §. 7. n. 2. Sborfi. lib. 2. q. 19. Galet. Margarit. casuū v. Vic. Francis. Merolla dis. 7. de iurisd. Vic. cap. 6. dub. 43. n. 408.* & tñ oēs hic DD. putant Vicarium eē ordinariū, & habere potestatē à iure vt videre ē apud ipsos: nō euertitur; ergo sen-

sententia Sanch. & communis; putantis posse Vicarium in denunciationibus dispensare, ex concessione Trid. facta ordinario, propter limitationem; quã addidit nisi ab Episcopo id referretur. stat enim vtrumq; & facultatem à iure concedi Vicario, & posse Episcopum eam sibi referuare: vt ex paritate cõfessionis vidim⁹, & in casu nostro tenet et Merolla *l.c. dub. 17. n. 155.* vbi respondens argumento Pont. quod *n. 153.* proposuerat ait (*nec obstat argumentũ Pontij, nã licet hanc potestatem dispensandi habeat Vicarius à Trid. & sic à iure non tamẽ sequitur non posse Episcopum eam sibi referuare, & auferre illã à Vic. scuti põt alia, quã ex generali mandato Vicario cõpetunt, quamuis potestatem ea faciendi habeat Vicarius à iure. ratio aut est, quia iurisdictio datur Vicario, vt accessoria iurisdictio Episcopi, & ideo non est mirum si potest ab Episcopo restringi*) hæc Mero. quã quoniam, & à DD. & vsu quotidiano Episcoporum limitantium potestatem Vicarij confirmantur, non est, cur plurib⁹ cõfirmenẽt à nobis, quod vero ad confirmationem impugnationis nostri Sancij addit Pontius: nimirum (*scuti quãuis resistat Episcopus, & contradicat, non potest tollere Parocho licentiam assistendi matrimonio neque potestatem concedendi alteri licentiam*) sufficienter, sapientum iudicio, diluitur à Merolla qui *n. 155. cit.* assignat manifestam disparitatem, quã est Vicarius facit vnum Tribunal cum Episcopo, non autem Parochus, qui non habet suã iurisdictionẽ, vt accessoriam iurisdictio Episcopi, & sic, non est mirum si iurisdictio Vicarij data à iure, possit ab Episc. restringi; non autem illa Parochi. sed ego, vt initio dicebam ex ipsa Pontij doctrina hanc Sancio notam, diluere volo in hunc modum: Potest Episcopus coarctare, & restringere Parocho facultatem assistendi matrimonio, & dandi licentiam alteri Sacerdoti, vt assistat: ergo multo magis poterit coarctare licentiam Vicarij, seu eius potestatem. Consequẽtia euidenter infertur ex posito antecedenti: quia vtraque iurisdictio tam Vicarij, quam Parochi datur à iure,

& illa Vicarij datur vt accessoria Episcopo, ita vt ad eius libitum possit Vicarium amouere, & eo mortuo statim Vic. potestas expiret; quod non accidit in iurisdictioe Parochi, quã in ipso radicitur vt videre est apud Barbosam *to. cap. 1. de potest. paro.* & infra patebit. Antecedens vero probat ex ipso Pontio *cap. 29. lib. 5. n. 3.* vbi probat ex declaratione Cardin. validũ fuisse matrimonium, cui interfuit Parochus, vel Sacerdos de eius licentia, contra interdictum Episcopi, vel formulã ab eo præscriptã; nõ ex eo quod Episcopus non posset tollere facultatẽ, seu restringere, moderare &c. sed ex eo quod non fuit decretum irritans; quia hoc est matrimonij proprium vt quãuis contra interdictum Ecclesiã fiat, valeat, nisi sit decretum irritans ex C. *2. de mat. contra inter. Eccl.* verba Põt, sũt (*valet predicta licentia data à Parocho quamuis detur contra interdictum Episcopi, vel constitutionis Synodalis, prohibentis, vel in vniuersum ne cõcedatur, vel ne detur nisi approbatis ab ordinario docet Tho. Sanch. cit. alijs dis. 32. n. 2. Emom. sa. v. ma. in edi. Hisp. n. 2. & sic et iam habet declaratio Card. quã refert Farinae. pag. 270.*) & postquam retulit per extensum dictam declarationem; reddit rationem, cur tale matrimonium valeat; & non dicit vt facile posset respondere, persistendo in sua sententia: quia hæc facultas, vt per se, Parochus vel dãdo Sacerdoti licentiã, assistat, matrimonio conceditur ipsi à Tridentino; & sic non potest ab Episcopo, vel alijs inferioribus tolli, vel limitari; sed affert Sancij responsionem, quam infra *disput. 32. huius libri* videbimus; eiusque doctrinã, sententiam, quam ex Sancio amplectitur, confirmat. dicens Cardinales id declarasse ibi *vbi deciditur* (id est in decisione Rotæ in nouissimis apud Farina. *1. decisio. 270.*) valuisse licentiam datam à Parochis assistendi matrimonio, contra formam Synodi præcipientis ne detur, nisi adhibito notario, & tribus testibus, **EO QVOD SYNOD⁹ NON ADDIDERIT CLAVSVLAM IRRITANTEM** facit *rex. in cap. 2. &c.*

& tandem concludit, quare in hoc casu requiritur, vt habeat clausulam irritantem, cum non habeat locum dictū iuriconsultorum ex *l. non dubium C. de legibus* quod simplex prohibitio annullat actum. Quomodo igitur tam cito oblitus est *in cap. 31. vbi vt Sancium* impugnaret, dixit, non posse Episcopū tollere licentiam Parocho assistēdi matrimonio, neque potestatem concedēdi alteri licentiam; doctrinā, quam tradidit, sequutus est, & probauit *cap. 29. eiusdem libri 5. vbi & Sancium* sequitur vt ex eius verbis patet, eiusq; rationes; ac Rotæ declarationes affert, vt videbimus *dis. 32. in qua Sanch. nō negat posse Episcopum hanc tollere facultatē: sed illam supponit, & solum dicit validū esse matrimonium, quia nō est decretum irritans in prohibitione: vt vult ē Pontius: nam si ex eo valet, quia in prohibitione non fuit decretum irritans; ergo si fuisset prohibitio cum decreto irritante, nullum fuisset matrimonium, & per consequens potuisset Episcopus prohibere, & factum annullare, & cōcedent omnes, qui docent posse Episcopum reseruare sibi casus, à quibus Parocho non possint absoluere. hi sūt Sua. *dis. 29. de pæn. sec. 4. n. 8. seq. Sylu. v. cōfessor 1. q. 3. Henric. quodl. 1. q. 27. & supponit Merolla dis. 7. de iurisdi. Epis. n. 406. vbi ait Parochum absoluentem à casibus reseruatis ob facultatem sibi factū ab Episcopo non absoluere vt ordinarium, sed vt delegatum, cum non possit illam facultatem alteri delegare. Del Vgo dis. 20. de pæn. sec. 3 n. 36. & alij multi, quos citat Henric. lib. 6. de pæn. c. 14. n. 3. Stat ergo moderationem factam à Sancio non euertere eius sententiam, vt volebat Pontius, sed esse rationi, & iuri conformem, & à Doctoribus amplecti: immo ab ipso Pontio necesse ē, ex dictis ab ipso *in cap. 29. tit. Commēdari, neque potest facile Pontius se excusare; quia scilicet ibi c. 29. solum voluit rationem communiter allatam, afferre; quæ satis sufficiens est ad probandam suam conclusionem; validam esse licentiam datam à Parocho cōtra Episcopi prohibitionem; hic autem***

C. 31. loqui ex propria sententia, verāque tradere doctrinam de potestate Parocho; nam præter quam quod vt dixi poterat facilius quæstionem propositam dirimere hac respōsione: ideo valet, quia nō pōt ab inferiori auferri potestas per superiorem concessa; cum inferior nihil possit cōtra legem superioris *C. inferior de maior. & obedi.* vt respondit *in hoc cap. 31. nec opus illi fuerat decisiones Cardinalium, & rotæ ex Sancio transcribere; tamen debebat aliquid innuere; ne videretur suæ doctrinæ oblitus, sed quidquid sit de Pōtij sententia, in ea enim perquirenda non laboro: nam id vnum mihi constitutum habeo, vt ostendam quomodo Sancio suam doctrinam non destruat limitatione: quam ex Gutierrez apposuit, quod ni fallor sufficienter ostensum est.*

DISPVATIO VIII.

An ad dispensandum in denunciationibus desideretur iusta causa, & Iudicialis cognitio ipsius causa.

- 1 **C**ertum est Episcopum non posse dispensare in denunciationib⁹ absque iusta causa, quia Tridentinum concedit hanc potestatem non liberæ voluntati Episcopi, sed remittit se iudicio, & prudentiæ illius, quæ verba important arbitrium ratione regulatū ex Menoch. *de arb. lib. 1. q. 8 n. 26. sic ēt Menoch. conf. 69. n. 62. vol. 1. Paz pract. 2. t. prel. 3. n. 11 Spino spec. testam. gloss. 15 n. 28. Gutier. l. 1. q. can. c. 19. n. 6. & alij Iuristæ cum Enriquez lib. 11. de matrim. c. 5. n. 5. Manuel 1. t. sum 2. edit. cap. 217. n. 3. vnde læthaliter peccabit, Episcopus dispensans absque iusta causa.*
- 2 Probabilius tamen est non requiri Iudicalem probationem; sed sufficit si extra Iudicium Episcopo cognita sit; quia quoties aliquid committitur cōscientiæ, & prudentiæ alicuius, non est necessaria probatio Iudicialis, *ex cap. statutum vbi Gloss. ver. relinquatur de rescriptis in 6. Lapo alleg. 61 n. 3. ver. item pro hac parte est, Francus C. 2. de iuram.*

ianam. calum. n. 3. Ioan. Andr. n. 2. Anch. nu. 4. Domin. nu. 9. & alijs, sed Conciliū Tridentinum sess. 24. agens de hac dispensatione, relinquit prudentiæ, & iud. ordinarij: ergo ad hoc vt dispensetur ab Episcopo non requiritur cognitio Iudicialis causæ.

- 3 Vnde potest fieri extra Dioecesim; quia est actus iurisdictionis voluntariæ & ob eandem causam potest fieri hæc cognitio causæ absque eo quod testes recipiantur in figura Iudicij, & iurâtes. Immo quamuis lite orta circa matrimonium, decisio huius litis debeat fieri intra Dioecesim; cum sit actus iurisdictionis; tamen dispensatio potest fieri extra Dioecesim; quia docet Bald. *l. unica ff. de offic. cons.* quando in causa voluntariæ iurisdictionis emergit aliqua causæ cognitio, & probatio talis causæ excipitur, quasi contentiosæ iurisdictionis in probatione, & ventilatione; sed in decreti interpositione suam retinet naturam. Colliguntur hæc omnia ex Baldo *l. qui testamento §. per contrarium ff. de test.* Marantade ordine iud. 6. p. de cit. Mascardo de probat. cōclu. 1368. n. 14. alios referens Gutier. lib. 1. q. canon. c. 19. n. 12. initio Innoc. C. cum in tua de spons. sine Abbate cap. cum nobis de elec. n. 5. Lambertino de iure pa. lib. 2. p. 2. q. 2. ar. 6. n. 3. & 2. & alijs.

- 4 Contraria sententia, quæ dicit exigere iudicalem cognitionem causæ, est Enriquez lib. 11. de matr. c. 5. n. 5. in com. lit. S. Seguræ 2. p. direct. c. 16. n. 17. & Cephal. con. 421. n. 61. vol. 3. vbi loquitur de causa suspicionis, & ratio est, quia cū hæc dispensatio sit pro utroque foro, exigit etiam informationem pro utroque foro: aliàs nulla esset differentia inter dispensationem pro solo foro cōscientiæ, & pro foro externo.

DISPUTATIO IX.

Quæ sint causa iusta, vt ordinarius dispenset in denunciationibus.

- I Certum est vltra suspicionem malitiosi impedimenti à Tridentino expressam, alias causas dari Epif.

copi arbitrio duodecim numerantur. prima nimirum pudor contrahentium vt si essent senes ambo, vel dispares nobilitate. Secunda quando aliqui concubinarij existimati sunt cōiugati. Tertia in matrimonio magnatum, & idem dicendum est quādo non est timor impedimenti. Quarta timor incontinentiæ ob temporis longitudinem, si non possent benedici nuptiæ denunciationibus præmissis: expedit enim vt benedictiones præmittantur consummationi matrimonij. Quinta quādo matrimonium est publicè contractum; sed deinde nullū reperitur ob aliquod impedimentum occultum. Sexta timor impedimenti à consanguineis iniuste opponendi, vt minis, dolo, &cæt. Non censeatur tamē Pater iniuste impedire si minetur velle filium aliquo beneficio priuare illi non debito. sic Menoch. conf. 69. a nu. 29. vol. 1. & n. 64. cum alijs, vel si suasionibus, vel adhortationibus procuret filium desistere à matrimonio, quamuis Virginem deflorarit data fide matrimonij, & esset magna disparitas omnibus pensatis. sic Gutier. lib. 1. q. can. c. 20 nu. 23. Menoch. d. conf. 69. n. 66. videtur clare tenere, & alijs. Vnde iusta etiam causa dispensandi in denunciationibus erit si Parentes, aut Tutores vt cōsumment puellæ dotem, nolint illam collocare matrimonio. ita Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 2. concl. 3. Petrus Soto lect. 14. de matr. Bart. à Ledesma dub. 21. de matr. & Pe. de Led. de matr. q. 45. ar. 5. pun. 1. dub. 2. loquētes quod olim licebat propter hoc clā contrahere. VII. quando volunt Parentes vt indigno nubat. VIII. quando valdè expediret coniugium, & impedimentum timetur iniuste, quare in omnibus casibus, in quibus matrimonia clandestina olim licita erant, potest Episcopus dispensare in denunciationibus. ex Segura 2. p. direct. c. 16. nu. 12. IX. quando repentinus cōtrahendi offerretur casus. X. ob periculum animæ, vt si duo concubinarij velint inire matrimonium, & sit periculum vt animum mutent. XI. ad vitanda scandala ob aliquam factionē; quæ fieri

fieri posset. XII. dum quis in mortis articulo vult concubinam ducere in uxorem, siue vt prolem legitimet, siue vt in bono statu decedat, & securior, fit transitus. omnibus his casibus debet ordinarius diligentissimè videre ne sit impedimentum. Vide de his Auctores, quos hic sparsim citat noster Sãcius, Enriquez lib. 11. de matr. c. 5. n. 5. & c. 6. c. 16. nu. 2. Capuam lib. 2. decis. c. 85. nu. 3. 4. 5. 7. Vega lib. 3. sum. casu 211. Seguram Sotum loc. cit. Nauarr. sum. c. 16. nu. 37. Couarr. 4. decr. 2. p. c. 6. nu. 12. Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 217. nu. 2. concl. 1. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. paulo post principium Greg. Lopez. l. 3. v. nocerian t. 3 p. 4. Spino specul. test. glo. 15. nu. 25. & 31.

DISPVATIO X.

An existente iusta causa dispensandi in denunciationibus, teneatur ordinarius dispensare nulla pœna, aut multa pecunia imposita, & quid agendum quando dispensatio ab ipso obtineri nequit.

- S**VNT qui velint iusta existente causa teneri semper ordinarium dispensare ex iustitia. sic Rebuff. repet. C. postulati not. 3. n. 12. de cler. exc. min. Alex. de Neuo cap. at si clerici §. de adulterijs n. 29. de iudic. Sylu. q. 1. v. dispensatio Armill. v. dispensare nu. 14. D. Ant. 1. p. t. 17. C. unico §. 20. v. & nota secundum & alij, & est probabilis sententia. Ratio eorum est, quia acceptatio personarum committitur solum in rebus debitis ex iustitia distributiua, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 1. ad tertium, & Theologi, sed Prælatus malè dispensans est acceptor personarum, vt docet Abulens c. 22. Matth. q. 117. D. Anto. 2. p. t. 1. c. 20. §. 2. sine & Arag. 2. 2. q. 63 ar. 4. ergo dispensatio est debita ex iustitia, & per consequens malè dispensans peccabit contra iustitiã.
2. Ceterum probabilius est non semper existente iusta causa teneri Episcopum, vel ordinarium dispensare; sed aliquando teneri; aliquando non; tenetur autem quando sequeretur scan-

dalum, aut est suspicio maligni impedimenti, & quando subditis valdè expedit ob bonum animæ, vel corporis dispensatio. in alijs vero casibus non tenetur; probatur, quia potestas dispensandi est in subditorum bonum; ergo Prælatus tenetur ea vti, quoties recta ratio suadet, & bonum subditorum requirit. Probatur secunda pars, scilicet quod in alijs casibus, vbi prædictæ rationes defunt, non teneatur dispensare v. g. quando duo senes cõtrahere volunt, vel quando non est timor impedimenti, vel contrahentes sunt magnates, quia in iure hæc dispensatio appellatur gratia, vt C. licet canon de elect. in sexto ibi (possit ordinarius gratiã dispensationis facere) & hæc sententia, quoad illam partem, quod non sèper teneatur Episcopus dispensare est etiã Abb. d. c. at si clerici n. 12. Archid. d. c. licet Canon n. 6. ver. gratiam Decij d. cap. at si clerici à n. 163. Domin. d. c. licet Canon §. super residentia n. 3. Franc. ibi §. si is etiam n. 2. v. secundo infertur Turrecr. C. vt constitueretur super gl. relaxatio d. §. 50. n. 9. quatenus vero dicit non teneri nisi in grauibz causis, etiam tenent clare Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 2. con. 3. ver. ex his primum colligitur Ludou. Lopez 1. p. instr. cap. 86. §. præterea & Ledesma dub. 21. de matr. conc. 5. fol. 1324. dicunt enim in his casibus posse absque denunciationibus contrahi, si prælatus nolit dispensare; & non in alijs casibus.

3. Aliqui ex Auctoribus citatis duas regulas tradunt ad dignoscendum quando dispensatio sit debita, & quando gratiosa. Prima est, si ius disponat Prælatum debere dispensare, esse debitam aliàs esse gratiosam, sic Arch. Domin. Francus. Secunda est: si dispensatio in utilitatem publicam versatur, esse debitam, aliàs minimè quando scilicet solam priuatam utilitatem respicit. sic Abb. Decius, Abulensis, sed quod superiori numero diximus est amplectendum; nimirum tunc esse debitam quando agitur de bono subditorum &c.

4. Non Potest tamen nullo modo pecuniæ multam imponere ei, cum quo dispensatur, quia Tridentinum sess. 24 cap.

cap. 1. de matr. solum concedit facultatem remittendi denunciations, non autem facultatem obligationem legis in aliam materiam commutandi. licet enim in voti commutatione materia commutata maneat sub vinculo voti, id prouenit ex eo quod ille, cui votum commutatur, potest se vinculo voti astringere. at in casu nostro, nec Episcopus concedens dispensationem nec ille, qui acceptat, habet potestatem imponendi aliam obligationem; & sicuti non potest Episcopus concedens dimissionem imponere eleemosinam dandam ab ordinando; ita etiam in hoc casu, in quo similiter dicitur a concilio gratis dandam esse dispensationem, & hoc est intellige in dispensationibus in quacunque alia lege ut in ieiunio, obseruantia festorum &c. Possent tamen in poenam delicti quando causa dispensandi esset aliquod delictum, sic Sotus 4 d. 28. q. 1. ar. 2. ver. ex his primum colligitur Ludou. Lop. 2. p. inst. cap. 39. §. sed si quis fol. 106 o. col. 1. loquentes de dispensatione in denunciationibus.

Q V A E R E S.

An casu, quo nolit ordinarius dispensare iusta causa existente ad dispensandum, possit appellari ad superiorem.

5 **I**N hac quaestione ratio difficultatis est quod vna Gloss. C. Statutum de rescript. in 6. dicit quoties aliquid remittitur conscientiae, non posse moueri quaestione quod male egerit; Altera vero clem. 1. de intr. patron. dicit valere appellationem; quauis in illo textu remittatur conscientiae Episcopi moderatio portio debita Patronis, cum ergo in Tridē. sess. 24. de matrim. cap. 1. haec dispensatio committatur conscientiae Episcopi, ut dictum est disput. 8. videtur cum vna glossa non posse appellari, cum altera vero posse; sed secundum veriore glossarum expositionem si sit causa talis ut teneatur Episcopus dispensare, sicut dixi n. 2. tunc datur appellatio quoad effectum deuolutiuum (scilicet diuoluetur causa ad su-

periore, qui ex off. coget inferiorem ut dispenset, vel ipse dispensabit, aliter peccat laethaliter) non vero quoad suspensiuum ut scilicet iurisdicctio Iudicis per eam appellationem suspendatur. sic Anchar. cap. at si clerici §. de adul. n. 9. q. 2. ver. numquid, ergo possit Episcopus Felin. C. significasti 1. de homicidio n. 4. v. 3. fallit Domin cap. 2. de iur. calu. in 6. nu. 10. Marianus C. super his ad fruem. de accus. si vero sit causa talis, ut non teneatur, tunc nullo modo potest appellari, quia quoties Iudex potest aliquid facere; sed non tenetur. non est locus appellationi. sic tenet Felin. d. c. super his nu. 13. ver. 6. lim. & 5. limita n. 12. Bal. l. quicumque n. 17. ver. quarto casu C. de seruis fug. Maranta de ordin. Iudici 6. p. t. & quando appellatur n. 365.

6 Quod si non est copia ordinarij, vel ille denegat petitam dispensationem, casu quo tenetur, & sit periculum in mora; possunt sine denunciationibus contrahere, quia necessitas non habet legem, & dispensatio iniuste negata habetur pro concessa. Confirmatur ex Abbate cap. relatum n. 6. de clericis non residentibus, vbi docet clericum posse abesse a residentia beneficij absq; Episcopi licentia si tempus, aut locus non patitur petitionem licentiae. sedus vero quando esset iusta causa, sed ordinarius dispensare non tenetur iuxta tradita n. 2. quia tunc nulli facit iniuriam. sic tenet etiam Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 2. cap. 3. ver. ex his primum colligitur Lud. Lop. 1. p. inst. cap. 39. §. ex praed. fol. 1059. col. 2. Petrus Ledelma de mat. q. 45. ar. 5. dub. 2. p. pu. 1. concl. 3. fol. 171.

7 Ex dictis infertur quod quando quis diu distulit cum aliqua contrahere, & tenetur; si petat absolutionem a confessario, & timetur quod si absoluetur non contrahat, non est absoluendus; quod si instet confessio ratione morbi, vel scandali vitandi; tunc posset contrahere sine denunciationibus, quando haberi non potest dispensatio, sequendo sententiam probabilem aliquorum, qui dicunt iusta causa existente etiam in casu minus vrgenti, ut si sint ambo senes ob verecundiam, posse contrahere sine

sine denunciationibus, si haberi non possunt. hi sunt Sotus, Lud. Lop. & Pe. à Ledesma 30. q. 5. *in principio*, immo alij volunt esse tantum sub consilio necessariam dispensationem, quando est causa iuxta. sic videtur tenere Hugo, Angel. *ver. claud. n. 1. Tabiena matr. 2. q. 10. nu. 11.*

- 8 Hic nota quod Parochus metu mortis assistens matrimonio non præmissis denunciationibus, non peccat; quia Ecclesia non præcipit cum tanto dispendio, nisi in contemptum Ecclesiæ præcipiatur. sic Petrus Ledesma *de ma. q. 45. ar. 5. p. 3. dub. 2. sine.* & Vega *lib. 6. sum. casu 116.*

DISPVATIO XI.

An quando celebratur matrimonium non præmissis denunciationibus ex dispensatione, vel absque illa sit peccatum mortale consummare antequam præmittantur, & an prima vice tantum, vel etiã alijs subsequenter.

- 1 **V**erius est esse peccatum læthale consummare matrimonium ante præmissas denunciations; quia eodem præcepto tenentur præmittere denunciations ante matrimonium; quo tenentur illud non consummare ante denunciations præmissas; sed si primum faciant non præmissis denunciationibus, est peccatum mortale; ergo etiam si secundum, scilicet consumment non habita peculiari licentia, idē tenet Spino *spec. test. gl. 16. n. 30.* & DD. aliqui moderni. teste Petro Ledesma.
- 2 Contraria tamen sententia, quæ dicit quando ex parte Parochi, vel cōtrahentium adhibita esset diligentia, non esse peccatum læthale. est Bar. *dub. 22. de matr.* & Petri à Ledesma *q. 45. art. 5. pun. 3. dub. 1. § sed nos dicimus sol. 186.* Manuel *1. tom. sum. 2. edit. c. 222. nu. 1.*
- 3 Non solum prima vice consummādo peccant; sed etiam quoties reddūt, & petunt non præmissis denunciationibus. probatur, quia eadem militat præcepti ratio, nempe fornicationis periculum tam in prima copula, quam

in reliquis. sic Navarra *sum. c. 22. nu. 38.* & Manuel contra aliquos modernos doctissimos, cum Enriq. *l. 11. de matr. cap. 16. n. 1.* qui volunt tantum prima vice esse peccatum mortale, nam iam violarunt præceptum Ecclesiæ; nec possunt illud amplius resarcire. quod si contrahentes sine denunciationibus nō sint illas præmittere, nec consummare matrimonium, erit peccatum mortale si alter coniux petat publicari, & sit periculum incontinentiæ, & nulla existat iuxta causa differendi publicationem; aliàs nullum erit peccatum, nisi ex ea occultatione sequantur damna. sic Navarra *sum. c. 16. n. 38.* & Manuel *1. tom. sum. 2. edit. c. 222. n. 2. concl. 2.*

DISPVATIO XII.

An sit peccatum læthale consummare matrimonium ante Ecclesiæ Benedictiones, seu Velationes.

- 1 **N**ON solum non est peccatum mortale matrimonium consummare ante Benedictiones; sed nec erit veniale; immo iuxta existente causa esset sanum consilium, ut si sit periculum incontinentiæ, quia Conc. Flor. in Bulla Martini V. non præcipit, sed consulit. ergo non est peccatum mortale; quia si tale esset, præciperet ne ante velationes consummarent. sic etiã Angel. *ver. debitum n. 1. Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 2. corpore* Ledesma *2. p. 4. q. 47 ar. 5. §. prætere a est dubium* Petrus de Ledesma *de matr. q. 45. ar. 5. pu. 3. dub. 1.* Lud. Lop. *2. p. inj. de ma. c. 39. §. deinde disceptari sol. 1061. col. 2.* Enriquez *l. 11. de ma. c. 5. n. 7.* Navarra *sum. c. 22. n. 38.* Palacios *4. d. 27. disp. ult. sine* Per. Matienzo, Ant. Cucus, Spino, & alij apud Sanch. *hic n. 4.* & alij, nisi tamen ex contemptu eas omitterent, qui tūc est quando consummans eo animo faceret parvipēdēdo ut res vanas Ecclesiæ benedictiones; aut scandalum sequatur, quod tamen rarò potest esse mortale. Idem etiam dicas, quamvis in aliqua dioecesi lata esset excommunicatio contra consummantes ante
- bene.

benedictiones, talis enim excommunicatio non ligat, nec facit culpam esse læthalem.

- 2 At quamuis esset peccatum consummare ante benedictiones, erit solum prima vice; quia ideo est peccatū, quia præuertitur ordo, qui est vt prius benedictiones præcedant ob reuerentiā debitā ipsis; sed semel ac præuertit, non potest amplius rectus ordo seruari, cum iam consummatum sit matrimonium. si vero esset culpa consummare, tam petens, quam reddens peccaret, quia prohibitio, ne præuertatur ordo, ligat utrosque. vnde nō tenetur coniux reddere. est Caet. 2. 1. opus. tract. 13. de usu matr. q. 1. Petri de Ledesma lo. cit. n. prac. Matienzo lib. 5. rec. 1. 1. rub. gl. 1. n. 98. Palud. 4. d. 28. q. 1. ar. 2. n. 10. Victoriae sum. de matr. n. 277.
- 3 Contra Enriquez lib. 11. de matr. c. 16. n. 3. Riccard. 4. d. 28. ar. 2. q. 3. ad 3. D. Ant. 3. p. 1. c. 20. §. 8. qui volunt petere esse peccatum, non vero reddere ante benedictiones.

DISPVATIO XIII.

An ex vi hārum denunciationum teneatur, qui impedimentum nouit quamuis occultum, illud denunciare.

- 1 **R**espondeo teneri, etiamsi sciuerit sub secreto (modo non sit in Sacramento confessionis) & quamuis ille, qui impedimentum manifestat, dicat; reuelo hoc tibi sub sigillo confessionis, & genu flexo percutiat pectus, factoque crucis signo, & ille recipiat sub hoc secreto; adhuc tamen tenetur impedimentum denunciare, quando non detegitur tanquam Iudæi ab accusante se; sed tanquam gratia dandi, vel petendi consilium; quia vnusquisq; tenetur saltem superiore præcipiente detegere crimen, inferens tertio damnum; sed contrahere cum impedimento est aliquod crimen inferens damnum Ecclesie, vel cōiugi ignaræ impedimenti, vel ipsi Sacramēto, quādo ābo essent in bona fide; ergo cognoscens aliquod impedimentum, tenetur illud

reuelare; etsi sit sub secreto. ita Gutie. lib. 1. can. c. 11. n. 27. Driedo lib. 2. de libe. obis. c. 7. §. aliud est scire Bart. à Led. du. 21. de ma. §. sed dub. se offeri & Pe. à Le. de ma. q. 43. ar. 3. Enriq. lib. 11. de ma. c. 14. n. 5. Vega lib. 3. sum. casu 136. & alij & loquētes præsertim quādo imped. est cōmissum sub secreto, docēt Inno. cap. omnis vtriusq; de pœn. & rem. n. 7. vbi Abb. n. 25. Tab. v. conf. cel. q. 3. n. 4. Reb. repet. super d. cap. oīs ver. suscipiens reuenter f. 572. Syl. conf. 3. q. 5. v. 4. Nauar. sum. c. 18. n. 55. & alij Canonistæ ex Th. Adr. 4. de conf. q. 5. post dub. 9. q. de sig. cōf. §. 3. p. dicta D. Ant. 3. p. 1. 17. c. 22. §. 2. Vi guer. lib. inst. c. 16. §. 4. ver. 10. Vict. sum. de conf. n. 190. Sotus de sig. mem. 2. q. 7. con. 4. Enriq. lib. 6. de pœn. c. 21. n. 3. Pala. 4. d. 21. disp. 2. f. 457. Man. 2. t. sum. c. 53. n. 4. Lud. Lop. 1. p. inst. c. 37. § penul. Arag. 2. 2. q. 70. ar. 1. circa sol. ad 2. Bart. à Ledes. dub. 32. de pœn. §. annotare hic tamē opus est, at D. Th. 4. d. 21. q. 3. ar. 1. q. 2. ad sec. Palud. ibi con. 3. n. 11. dicunt casu quo sub sigillo committeretur imped. alicui, hunc teneri seruare secretum non vinculo sigilli, sed vi promissionis, sicuti si esset confessio Sacr.

- 2 Tenetur tamen prius lege charitatis in impedim. occulto quādo speraret prodesse, monitionē secretā præmittere non solum semel, sed iterum, atque iterum prudentis arbitrio, neq; debet dubitare pœnam ex eo quia terminus præfixus denunciandis v. g. sex dies, labatur; nā terminus nō incipit teste Nauar. super extr. de datis progr. n. 45. nisi postquā inuenitur correctionē fraternā non prodesse; nisi forte periculū esset in mora, tūc. n. prætermissa correctione debet denunciare. ita D. Th. 22. q. 33. ar. 8. ad 1. Sylu. v. correctio 5. Sotus de secr. mem. 2. q. 4. post 5. concl. Nau. lib. 2. de res. c. 4. p. 2. du. vlt. in 2. ed. n. 136. Intellige cōclusionē, et si denunciandis non posset probare in foro externo, quia hæc denūciatio nō tēdit ad punitionem criminis, sed ad damnum vitādum, vt supponimus in posita cōclusionē; quamuis Suppl. Gabr. 4. d. 28. q. 2. ar. 3. putet non teneri denunciare, quando non putet prodesse

& Maioris 4.d. 21. q. 2. arg. 3.

3 Immo conscius impedimenti si audiuit à persona digna, tenetur illud manifestare, ea non manifestante, quia notitia à fidedigna est vera notitia; & licet audiuerit à personis minus dignis potest uti hoc remedio ut faciat illos denunciare testificando impedimentum quando illud non est infamatorium: Quamvis Nauarrus lib. 2. de rest. in sec. edit. c. 4. p. 2. dub. 10. n. 180. putet non teneri uti hoc remedio, neque denunciare, sicuti etiamsi non meminisset à quo audiuit.

4 Quod si vergeret illa detectio in suum damnium non tenetur, vel si sciret illos in foro interno habere dispensationem, & impedimentum est occultum, quia in illo casu vitatur omne scandalum.

Doctrina huiusque tradita ex Sancio quatenus scilicet dicimus non esse conditionem, quoties in mandatis exprimitur id, quod iure inest, sed solum officij monitionem, qua omissa non redditur nullus placet Pötio lib. 5. cap. 29. nu. 6. displicet tamen exemplum à Sancio allatum, si Parochus dicat Sacerdoti coniunge hos matrimonio; si per solertem indaginem inueneris non esse impedimentum; quo casu diximus hæc verba importare conditionem, & sic reddi nullum matrimonium; si informatio omitteretur, displicet inquam Pötio ex eo quia ut ipse ait; hæc conditio iure inest. verba huius Auctoris sunt (*Adde etiam his annumerandum exemplum, nisi diligenti inquisitione inueneris non teneri impedimento, quo exemplo non recte vitatur Thom. Sanchez. in secunda regula, quia hæc etiam conditio diligentis inquisitionis iure inest, ut constat ex cap. fin. de clandest. de sponsatione*) ubi Pötius Sancieri dictum (*si per solertem indaginem*, & *cat.*) idem putat significare ac, (*si diligenti inquisitione*) sed utrumque placuisset Pötio tam doctrina, quam exemplum, & optime à Sancio fuisse positum affirmaret, si aduertisset accuratius, per ea verba (*si per solertem indaginem inueneris non esse impedimentum*) non exprimi formam iuris communis, nec eo modo quo iure inest: quæ

requirunt Doctores ad inducendam conditionem ut diximus, & mox clarius fiet. Vtrumque probò. & quod non exprimitur forma iuris communis mihi certum est, quamuis in cap. fin. de clandest. desp. dicatur (*& ipse presbyteri nihilominus inuestigens utrum aliquod impedimentum obstat*) nam quando dicunt Doctores non esse conditionem, sed meram admonitionem; & instructionem, cum in commissione exprimitur id, quod iure inest; non intelligunt de eo; quod est utcumque in corpore iuris; & non est in vi, vel est correctum per ius nouum sed de eo, quod ex iuris præscripto seruati deberet, etiamsi in commissione non exprimitur, & probant ex eo, quod expressio eius, quod tacite inest nihil prorsus operatur ex C. significasti de elect. & l. cond. qua ex ius. ff. de cond. & de ma. quod autem iam seruari non debet, quia vig. abijt in defuetudinem; vel quia correctum est non dicitur tacite inesse, nec subintelligitur ut requirunt DD. Archid. C. dudum 18. qu. 2. Feli. C. fin. de presump. n. 29. Albert. Brunus tract. de forma, & solemn. qu. quando censetur aliquid traditum pro forma concl. 12. & 13. quis enim dicit esse expressionem formæ iuris communis; si Episcopus dicat Sacerdoti coniunge Titium, & Bertam nisi inter eos sit affinitas, ex fornicatione contracta in quarto gradu, quis inquam dicit non esse conditionem, sed formam iuris communis? & tamen iure antiquo erat hoc præscriptum, ut dicam lib. 7. dist. 67. sed quia in Tridentino hoc correctum est, non dicitur iam iure inesse; eiusque expressio conditionem, importaret quibus positis, sic argumetur. Non inest iure ut Sac. affinites matr. præmittat informationem impedimenti inter contrahentes; sed solum ut denunciationes præmittantur; ergo expressio huius informationis inducit conditionem, si dicat per solertem indag. non inueneris impedim. Cõseq. clara est, & vltro conceditur à Pöt. Ans. autem sic probò. ius exigens cap. fin. cit. ut Præbyter inuestiget imped. iam est à Concil. Trid.

Trid. *sess. 24. c. 1. de matr.* reductum ad trinas denunciations faciendas; ita ut hodie nil aliud requiratur, ne matrimonium dicatur contrahi clandestine, quam Parochi, & duorum testium presentia; & quod tres precesserint denunciations, & sic Parochus assistens matrimonio, sufficienter munus suum implet; si prius ipse, vel alius de eius commissione premittat denunciations; ut supra dictum est; ergo id, quod in *d. c. fin.* requirebatur ut scilicet (*in Ecclesijs per presb. publice proponantur competenti termino presb. nito, & ipsi presbyteri nihilominus inuestigent; utrum aliquod impedimentum obstat*) moderavit, ac in meliorem formam reduxit Tridentinum. ut fierent tria bandia ut dicuntur tribus diebus festis, ut patet ex verbis ipsius ibi (*Sacri lateranensis Conc. sub Lino. 3. in harendo, precipit ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio Parocho tribus continuis diebus festis in Ecclesia, intermissarum solemnia, publice denunciatur. inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denunciationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesie procedatur & cat.*) non ergo requirit Tridentinum. ut Parochus se informet, sed sufficientem putat diligentiam fuisse adhibitam per trias denunciations tantum: nam subiungit (*quibus denunciationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesie procedatur*) quod etiam patet ex usu omnium Parochorum, qui dum suos Parochianos matrimonio coniungunt, nullam de impedimentis informationem, aut inuestigationem addunt preter solemnes denunciations a Tridentino requisitas; nec aliud requirunt inter officia Parochi recentiores, qui post Concilium scripserunt ut videre est. in *Emm. sum. par. pri. cap. 217.* Coninch. *de Sacram. & cens. t. 2. dis. 27. dub. 5. num. 50.* Sayr. *tracta. 5. l. c. 7.* Aloys. Ricc. *praxi fori Eccles. par. 4. ref. 557.* Zerol. *prax. epis. par. pri. v. matrimon.* Chamero

de Sacram. tract. 12. de matrimon. dub. 17. & alijs passim. praesertim in Aug. Barbofa *de Parocho par. sec. c. 21.* & in ipsomet Pontio *lib. quinto ca. 30.* remanet ergo probatum, quod in antecedente proposito; hanc formam (*si per solertem indaginem repereris non esse impedimentum coniunge hos*) non inesse in iure, cum iam per Tridentinum hoc sit correctum; Quod autem, etiam si adhuc extaret dispositio *C. fin. de clandest. despen. ut preter denunciationem.* (*nihilominus ipsi presbyteri inuestigent*), utrum aliquod impedimentum obstat id tamen non exponi eo modo, quo iure inest per illa verba (*si per solertem indaginem nullum esse impedimentum & cetera*) sic probo; nam in *C. finali* solum dicitur ut fiat inquisitio de impedimentis; in exemplo vero allato a Sanch. circa hanc commissionem, petitur diligens, & exacta informatio: ergo non exprimitur eo modo, quo iure inest: antecedens patet ex positione terminorum; consequentia mihi certissima est ex Panormit. Abb. Bar. Felin. Bald. quos citat, & sequitur Couarr. *C. alma §. 9. pri. par. nam. 8.* qui docent ordinem iuris expressum ad instructionem causae in mandato iurisdictionis non inducere for. (*contra vero, si ab hom. spec. quadam cautela ordo iuris modum procedendi concernens fuerit traditus*) verba sunt ipsius Couarr. sed in nostro casu ordo iuris exprimitur ab hom. in mand. speciali quadam cautela; cum iure dicatur ut Presb. inuestigent; hic autem si per solertem indaginem, &c. ergo inducit novam formam, & per consequens, si aliter assistat Sac. non praemissa diligenti inquisit. nullum erit matrimonium. ex Card. *cle. 1. de conc. praebenda. q. 2.* ubi Paul. Imo. & alijs cit. opt. igitur dixit noster Sanch. Sacer. cui facta est commissio (*si per solertem indaginem inueneris non esse impedimentum*) ea omissa inualide assistere: cum nec sit forma iuris communi, quae tacite inest, ut volebat Pont. sed non probavit; nec si in iure esset, fuit expressa eo modo, quo iure inest, sed quadam spec. cautela ut sufficienter a nobis proba. videat.

DISPVATIO XIV.

An si ordinarius petat à volentibus cōtrahere, an aliquod habeant impedimentum, teneantur fateri quamuis sit occultum.

1 **R**espondeo eos teneri fateri impedimentum, quamuis occultum; quia quotiescumque animæ periculum vertitur, potest exigi iuramentum à reo licet actor nil probauerit. ex Abb. C. *continebatur n. 8. de desp. imp.* vbi Præp. n. 6. ergo potest ordinarius nulla præcedente infamia petere cum hic periculum animæ versetur; ergo ille interrogatus tenetur manifestare, si quod habet impedimentum, quod si non vult impedimentum illud manifestare, à matrimonio desistere tenetur. sic etiam Enriquez l. 10. *de sacr. ordi. c. 18. n. 2. in com. lit. D.*

2 Hinc inferitur optimam esse consuetudinem Ecclesiæ in matrimonij dispensationibus concedendis, dum petentes dispensationem interrogantur an se carnaliter cognouerint, quia secundum veriore sententiam, tacita copula, subreptitia esset illa dispensatio, quare interrogati tenentur fateri, vel non uti illa dispensatione, quia illa petitio non procedit ad punitionem, sed ad peccatum vitandum, quare nõ requirit infamiam sic etiam Manuel *de ord. iud. c. 10. con. 4. n. 4.*

3 Quod si interrogatus dispensationem impetrasset pro foro conscientie non tenetur fateri; quia Iudex interrogat ad vitandum peccatum, quod hic nullum est. sic etiam Host. *cap. p. n. ad finem de corp. vitias. D. Ant 3. p. t. 14. c. 16. §. 13. Sylu. ordi. 2. q. 2. Tabiena. ordo. 6. n. 1. loquentes de ordinando, si vero esset publica fama, & aliæ circumstantiæ, vt possit in foro externo probari, tenentur fateri; quia tunc Iudex iuridicè interrogat, & nõ ex falsa præsumptione; quia etiam si sciret dispensationem in foro interno habitam eẽ, posset tamẽ petere pro foro externo.*

DISPVATIO XV.

Explicatur quid implere debeat Parochus, & ordinarius circa matrimonium, & quando sciunt impedimentum extra confessionem.

1 **D**ico primo. Parochus, si neuter contrahere volentium sit peregrinus (nam si peregrinus sit requiritur ordinarij licentia) debet præmittere denunciations, & nullo impedimento detecto in matrimonium coniungere. Probatur ex Tridentino *sess. 24. de matr. c. 1. ibi (quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum; ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur)* si vero aliquod impedimentum opponatur, debet impedire contractionem & deferre ordinario, cuius est cognoscere, de impedimento, probatur ex *cap. fin. de clind. despõsat. (cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicitur expresse, donec quid fieri debeat super eo manifestis consuerit documentis)* requiritur ergo vt ordinarius cognoscat de impedimento, nam verbum, *constiterit*, significat potestatem iudicalem ex *cap. exhibitæ de iud. vide Mascar. de probat. con. 75. n. 20. vnde si contrahentes prius aliquod impedimentum fateantur, & deinde se retractet, non potest Parochus eos vnire in matrimonium; quia ex quo ille factus est impedimentum, debet Parochus ad ordinarium deferre, qui attentis circumstantijs hic, & nunc potest credere fatenti impedimentum v.g sponsalia priora, & neganti habuisse verum consensum iuxta dicta *lib. 2. disp. 45. quod autem Parochi sit interdicerem in eo casu matrimonium, est et Host. d. c. fin. ver. interdicitur. Io. Andr. nu. 9. Cardi. n. 2. Anch. n. 10. Præ. n. 7. Alex. de Neuo nu. 16. vbi cit. Calderinum Gutier. 2. præf. q. 8. n. 9. ver. ego autem Segura dire. vid. 2. p. c. 16. nu. 24. cū D. Ant 3. p. t. 1. c. 16. in fi. princ. & Man. 1. t. sum. 2. edit. c. 217. n. 10. ex Theologis.**

2 Hinc etiam inferitur si Parocho cõflet

flet impedimentum extra confessionem & volentes contrahere illud negent, vel si fateantur, tamen affirmant, se illo non teneri, non posse illis credere; quia quamuis verum sit in confessione sacramentali, vt scilicet confessor possit credere poenitenti affirmanti se habere votum v.g. sed illo non teneri, quia fictè vouit; tamen in foro externo, ad quem pertinet matrimonium, non est verum, sed creditur fatenti contra se, v.g. quod habeat impedimentum, non autem fatenti pro se, vt si dicat, non teneor hoc impedimento. probatur ex *cap. per tuas de prob.* vbi dicitur esse indignum vt quis velit infirmare, quod proprio ore confessus est & ex *l. labeo 7 vers. item Tubero ff. de suppellegat.* ita ex *Hofst. C. veniens qui cler. vel vou. ver. s. i. s. vbi n. 2.* Io. Andr. *Anch. n. i. sine Abba. cap. si vero de iur. iur. n. 10.* *Ant. n. 5.* *Alex. de Neuo n. 38.* *Tiraquell. l. si vnquam ver. libertis n. 17.* *C. de reuo. donat. Menoch. de pres. lib. 6. p. 35. à n. 2.* Intellige tunc Parochum non debere fidem habere afferenti se impedimento non teneri, quando ipsi impedimentum constaret, si enim solum sciret ex confessione illius, potest illi credere; quia verisimile est fateri veritatem, tum quando affirmat impedimentum, tum quando dicit eo non teneri, dum confessio facta non est metu probationum. At *Vega l. 3. sum. casu 364.* & *Veracr. app. ad spe. super ar. 15. p. 1. fol. 100.* putant Parochum non posse publicè petenti matrimonium, denegare ob impedimentum occultum; sicuti non potest Eucharistiam denegare peccatori occulto publicè petenti, & sicuti non potest Episcopus repellere ordinandum laborantem irregularitate occulta. Adde quod quando impedimentum est votum castitatis pendet ab animo vouentis, ea vero, quæ pendent ab animo vt scientia, & ignorantia probantur partis iuramento ex *Couarr. 2. var. cap. 10. nu. 1.* *Masc. de prob. con. 45. n. 48.* & *con. 49. num. 5.* & alijs quos ibi citat.

3 Dico secundo si ordinarius ipse assisteret, & sciret impedimentum oc-

cultum, nec posset probare negatib⁹; qui contrahere voluit, tenetur eos coniungere, quia Iudex procedit iuxta allegata, & probata. & ipse Paroch⁹ si postquam detexit impedimentum compellatur ab ordinario assistere, quia cum accusatus purget se impedimento, non peccat assistendo etiam si nouit certò impedimentum, quia fecit quod suum erat. sic etiam *Enriquez l. 1. de sacram. c. v. n. 6.*

4 Quod si Ordinarius, vel Parochus nouit impedimentum, & simul habitã esse dispensationem in foro interno potest illos coniungere; nisi impedimentum sit ab aliquo denunciatum; quia tunc debet etiam dispensatio pro foro externo obtineri, quemadmodum est impedimentum. ita etiam *Nauarra. lib. 5. cons. 1. edit. 1. de iudicjs cons. 4.*

5 Hinc Notarius, vel Iudex potest corrigere confitentem se habere impedimentum, & dispensationem pro foro cõsciẽtiæ, potest, inquam, facere vt ille se corrigat negando habere impedimentum cū æquiuocatione hac: quod impediatur ad contrahendum sine peccato, iuxta dicta *lib. 1. disp. 10.* intellige tamen quando non est subscriptio confitentis; quia tunc ante subscriptionem non est perfecta confessio iudicialis.

6 Denique hic nota, quod licet bonum sit aliquem arcere à matrimonio contrahendo eo, quod nesciat doctrinam christianam, & Prælati possit censuris coercere tum ad docendum, tum etiam ad discendum subditos; tamen, si illi, qui nesciunt, instent, Parochus tenetur eos coniungere; quia nullum de hoc est præceptum, idem dicas si nolint restituere, & sint debitores, sufficit enim si nullum inueniat impedimentum. Tenetur etiam sub mortali habere librum, in quo sint nomina contrahentium, & testium, & inscribere loca, & tempus contracti matrimonij; quia hoc præceptum est ad vitandas lites, vt docent etiam *Enriquez l. 11. de matr. c. 7. n. 4.* *Manuel 1. t. sum. 2. edit. c. 217. sine.* Idem tenentur facere Religiosi, qui in India funguntur munere proprii Parochi, qui vero deli-

centia

centia Parochi affilit, tenetur illum de contracto matrimonio admonere vt scribat &c. nec Notarius requiritur, sed Parochi subscriptio tantum. sic Veracruæ *appen. ad sp̄c. dub. 12 con. 2. & 3.*

DISPVATIO XVI.

An ordinarius, aut Parochus, qui in Sacramento confessionis nouit impedimentum dirimens volentium contrahere, possit, & teneatur denegare matrim.

H Vius rei decisio pendet ex illa an confessarius possit vti scientia confessionis ad externum regimē. vnde dico probabile est, & multis rationibus, & auctoritatibus Doctōrum defenditur, posse confessarium vti scientia confessionis ad externam gubernationem, vt faciat aliqua, quæ aliter non esset factururus, vel omittat, quæ non esset omissurus, nisi peccatum alicuius sciret in confessionis Sacramento. v.g. aliquis confessarius nisi sci uisset peccata pœnitentis dedisset suffragium ad hoc vt eligeretur in superiorem &c. at post quam sciuit peccata, potest tale suffragium negare ob hominis indignitatem, quando nullū est periculum, vt confessio detegatur. Ratio est quia confessarius per confessionem non amittit ius antiquum, quod habebat dandi, vel nō dandi suffragium; & si pœnitens dicat in confessione velle ipsum Sacerdotem occidere, nemo negabit posse confessariū denegare eum v.g. nō exire &c. absque eo quod sit fractio sigilli. pro hac sententia habes 30 fere Theologos D. Tho. *quodl. 5. ar. 13.* Alensem *4. p. q. 78. ar. 1. mem. 2. ad 8.* D. Bonau. *4. d. 21. in 2. p. ar. 2. q. 1. n. 62.* Scotum *ibi q. 2. ad 3.* Duran. *4. d. 9. q. 5.* Altisiod. *lib. 4. sum. tract. 6. c. 3. q. 4.* Palud. *4. d. 21. q. 3. art. 3. n. 60.* Suar. *de Euch. q. 80. ar. 6. dis. 67. sec. 3.* Cordu. *in additio. ad Sotum de sec. mem. 3. q. 4. post 5. concl.* Enriquez *lib. 6. de pœn. dub. 32. concl. 7.* Capua *lib. 1. deo. c. 23. n. 6.* Maurum *Ant. Cor. conf. 4. p. c. 4. de Euch. quas. desument. hoc sac. nu. 64.* Victoria *sum. de Euch. n. 80. fine. D.*

Ant. 3. p. 1. 14. c. 12. §. 2. Guill. de Borillōg. Nicolaum, Vinald. Manuel. Bart. à Ledesma ex Canonistis Nauar. Tab. Turrecr. Anh. Sylu. Rebuff. & Rosellam apud Sanch. hic n. 2.

2 Verum magis placet contraria sententia, quamuis non habeat tot Auctores, probatur tamen ex motu proprio *clēm. 8.* pro Regularibus concessio anno 1594. die 26. Maij ibi (*tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti caueant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorē gubernationem vtantur.*) & in Societate Iesu P. Claudius Aquauina hanc sententiam retinendam; contrariā vero nec publicè, nec priuatī doceri præcepit. Hæc autem sententia intelligenda est in ijs casibus, in quibus pœnitens aliquod pateretur detrimentum; & pudore suffunderetur, non vero in alijs, vt si in confessione sciam quod Petrus me velit necare si domo exeam, possū manè non exire &c.

3 Addo præterea quod retenta priorī opinione, adhuc non tenetur confessarius negare indigno suffragium, Eucharistiam &c. casu quo teneretur, si indignitatem eius extra confessionē nosset, nam licet possit licitè facere, tamen quia est medium valdè difficile, & arduum, & quamuis speculatiuè esset probabile, at practicè vix exerceri posset absque pœnitentis offensione, vt benè colligitur ex doctrina D. Tho. *4. d. 21. q. 3. ar. 1.* Palud. *4. d. 18. q. 8. ar. 1. n. 20.* Lud. Lop. *2. p. inst. de conf. c. 96.*

4 Contraria tamen sententia, quæ dicit teneri Sacerdotem ea scientia confessionis vti quando licitè potest, est probabilis, quia si est Parochus proprius, tenetur ex officio, si alius ex charitate vitare peccatum alterius. eam tenet Adrianus *4. q. 5. de confess. fol. 297.* & Nauarrus *C. Sacerdos de pœn. d. 6 n. 146. vbi n. 147.* addit eligentem indignum cognitum per confessionem incurrere pœnas eligentis indignum. sed contrarium ē multo verius ex Rebuff. *C. omnis de pœn. & remiss.* & loquētes

tes de suffragio, & Eucharistia docent
D. Tho. 4. d. 9. qu. vn. ar. 3. *quæstionc. 1.*
Alenf. 4. p. q. 49. *mem. 1.* D. Bonau. 4. d.
21. in 2. p. ar. 2. q. 1. n. 60. Victoria *sum.*
de Euch. n. 80. Sylu. *Euch. 3. q. 5. dicto 1.*
& alij. His positis.

5 Dico secundo. Parochus, siue qui-
cumque alius non potest expellere pe-
tentem matrimonium; etiam si occul-
tè petat, quando impedimentum no-
uit in Sacramento confessionis, pro-
batur ex dictis *num. 2.* potest tamen
in tali casu, quando is peteret occul-
tè, poenitentem monere obtenta pri-
us licentia ab ipso poenitente intra con-
fessionem; quia licet nõ sit fractio sigilli
talis admonitio; tamẽ offenditur quã-
do extra confessionem sermo habetur
de auditis in illa. Non tamen tenetur
confessarius petere licentiam, vt poe-
nitentem admoneat de peccato, quod
vult admittere, sed tantum debet in
cõfessione eum monere; quia non ob-
ligatur confessor ex auditis in confes-
sione ad aliquid faciendum, vel non,
vel ad aliquod remedium adhibendũ
extra illam; ea enim notitia est ad solũ
poenitentia forum. vt docent etiam
D. Tho. 4. d. 21. q. 3. ar. 1. *question. 1. ad*
3. Palud. 4. d. 18. q. 8. ar. 1. n. 20. & Sylu.
confessio. 3. q. 14.

6 Sunt tamen qui tenentes posse cõ-
fessarium vti scientia habita in confes-
sione, vt *num. 1.* dixi, variè ad hunc ca-
sum respondent. Aliqui vt Alensis 4.
p. q. 78. m. 2. ar. 1. ad 5. D. Bona. 4. d. 21.
q. 1. n. 61. 2. p. Altifiod. *lib. 4. sum. tract.*
6. cap. 3. q. 4. & Palacios 4. d. 21. d. 2. fol.
459. col. 1. volunt si potest absque fra-
ctione sigilli negare suum ministeriũ,
teneri talem Parochum, seu Sacerdo-
tem negare allegando aliquam causã,
& excusationem. Alij vt Adrianus 4.
q. 5. de *conf. Nauarr. C. Sacerdos n. 144.*
de poen. d. 6. Sotus 4. d. 18. q. 4. ar. 5. di-
cunt teneri quando ille poenitens pu-
blicè petit assistere matrimonio. Soti-
us limitat quando aliter subterfugere
nequit. Nauarr. vero addit posse eum
occultè monere. Tertio Metina *trac.*
*2. de conf. quas. de his qua à Confessore ce-
landa sunt v. sequitur amplius si dico.* ab-

1 solutè dicit Parochum non debere ab-
stinere ab assistentiã in tali casu.

7 Quidam volunt si proprius sit Pa-
rochus, non posse negare ministratio-
nem Sacramenti; secus si sit alius de li-
centia Parochi, sic Palud. 4. d. 21. q. 3.
ar. 3. n. 60. quem multi sequuntur in
alio simili de Eucharistia ministranda
D. Ant. Syl. Nauarr. Palac. Manuel lo-
cis à Sãch. relatis. 11. in hac dis. Quar-
to tandem Corduba l. *addition. ad Sotũ*
de sec. m. 3. q. 4. dub. 1. post 5. concl. Ledes.
2. p. 4. q. 10. ar. 5. dub. 4. Veracruz *appe.*
ad spe. cir. ar. 15. 1. p. fol. 109. asserunt
Parochum, si possit se eximere à tali
ministerio, probè facturum, secus si
sine fractione non potest, teneri assi-
stere. Si autem Parochus non sit; de-
bet se excusare.

DISPUTATIO XVII.

*Vtrum necessaria ita sit presentia Paro-
chi, & testium, vt in nullo euentu ma-
trimonium aliter contractum, vali-
dum sit.*

1 I N nullo casu, nec in mortis arti-
culo, nec quando matrimonium
contrahitur scienti maiori parte vicini-
arum, nec quando ignoratur decretum
Trid. & contrahentes habitant, ibi, v-
bi tale decretum obligat, matrimoniũ
sine Parocho, & testibus est validum;
quia hæc requiruntur vt forma, nã Tri-
den. *sess. 24. cap. 1.* dicit aliter fieri non
posse matrimonium, quæ verba indu-
cunt formam ex Felino C. *cum dilecta*
de rescrip. n. 6. signo 7. cum alijs ibi, quæ
specificè, & non per æquipollens de-
bet impleri, & per cõsequens alio mo-
do cõtractum, nullo modo potest cõ-
fistere, quia res sine sua forma cadit. sic
Nauarr. *lib. 4. cons. in 1. edi. t. despons. con.*
44. Sarmiento *lib. 1. select. c. 6. n. 7.* Seg.
direct. iud. 2. p. ca. 15. n. 44. ex Theolog.
Enriq. l. 11. de *ma. c. 3. n. 5.* Petrus Led.
de ma. q. 45. ar. 5. dub. 3. circa 3. punctu m.
& Bart. à Ledesma *dub. 21. de ma. ool.*
1320. Lud. Lop. 1. p. *iust. c. 86.* & pristba
tur ex doctrina multorum Canonista-
rum, & Theologorum. Decij, Imolæ,
Soti,

Soti, Palud. Manuel, Metinæ, Anglez, quos cit. Sanch. n. 10. aientium quod quamvis lex non afficiat ignorantes quoad pœnam, afficit tamen quoad annullationem actus. præsertim cum lex disponat à quo tēpore debeat obligare. sic etiam Nauarr. dicens esse communem l. 3. conj. in 2. edi. tit. de reg. con. 31. Menoch. de arb. l. 2. cen. 2. casu 185. n. 2. quamvis Veracruz, & Vega apud Sanch. n. 3. sine. putent probabile deficiente proprio Parocho posse aliū assistere ex præsumpta licentia.

2 Similiter Episcopus in nullo casu potest in hoc dispensare, licet aliquādo possit vrgenti necessitate in lege pontificia dispensare, vt dictū est quia Concilium has condiciones, vt formā requirit. Et reddit omnino inhabiles contrahentes, verbum autem, omnino excludit omnem gratiam, vt docent Iason. l. 1. n. 3. ff. de iud. om. iud. Alberic^o dictionario ver. omnino Bertac. cū alijs, quos citat in repertorio eodem verb. ita Nauarr. sum. c. 22. n. 70. Enriq. lib. 11. de ma. c. 5. n. 5.

3 Infideles vero inhabitantes christianorum loca, in quibus viget Tridentini decretum, non tenentur contrahere coram Parocho, & testibus; quia non tenentur lege Ecclesiastica, qualis est hæc.

4 An vero matrimonium legitimè coram Parocho, & testibus contractum sit de nouo coram ipsis contrahendū, si nullum reperiatur, ob occultum impedimentum, dictum est l. 2. disputat. 37. negatiuè.

DISPVATIO XVIII.

Explicantur persona, qua tenentur seruare decretum Tridentini in contrahendo matrimonio, vel excusantur ratione loci, in quo habitant, vel per quem transeunt.

QVÆRES I.

An si contrabatur matrimonium sine Parocho, & testibus in locis, vbi nunquam fuit receptum Triad. sit validum.

1 **R**espondeo matrimonium hoc esse validum, quia certum est non obligare Tridentini decretum. sess. 24. c. 1. de matr. in ijs locis, vbi publicatum non est, vel vbi non receptum est, quia lex publicata, & non recepta saltem post decem annos non obligat. vt est communis sententia, Doctorum cap. 1. de tregua, & pace. ita Nauarr. l. 4. cons. in 1. edi. tit. de spons. cons. 9. n. 1. Petrus de Ledesma de mat. q. 45. ar. 5. pun. 3. dub. vlt. at peccant si omnino clandestine contrahant.

QVÆRES II.

An quando incola loci, in quo decretū Tridentini obligat, diuertunt in ea loca, vbi non obligat; & contra quando habitatores loci, in quo decretum illud non obligat, diuertunt ad ea loca, in quibus obligat, si contrahant matrimonium, debeant adhibere Parochū, & testes.

Ad huius quæsti solutionem præmittere oportet generalem quæstionem, scilicet.

An Peregrini teneantur seruare leges illius oppidi, ad quod diuertunt.

2 **R**espondeo peregrinos qui aliquo diuertunt animo nō commemorandi ibi maiori anni parte (si citra scandalum incolariū fieri potest, vt clā v. g. vel dicēdo illis se nō teneri eorū legib^o) nō teneri seruare leges illi^o loci, quādo eę nō obligāt in sua Ciu. probat ex Leon. 9. c. 29. qui monet vt vnusquisque celebret iuxta Ecclesie suæ ritum, licet in alieno solo versetur. probatur etiam ex D. Aug. & refertur ea illa dis. 12. ibi (totum hoc genus rerum liberis habes obseruationes) vbi Gloss. (hic dicit Augustinus quod liberum est sabbato ieiunare quantum ad extraneos) & ratio ē, quia qui breui tēpore ad aliquem locum diuertit, non dicitur moraliter ibi esse l. quæsitum 26. §. fin. ff. delegat. 3. nec videtur fuisse qui non durat ex cap.

cap. ad nostram regul. vbi qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitum iuduisse. Hanc sententiam tenent ex Canonistis Gloss *C. illa v. venerit dis. 12.* Io. And. *add. ad spe. tit. de instr. edi. §. compendiose n. 16. v. questum.* Archid. *d. c. illa ver. Seru.* vbi Host Alexand. *ibi Turrec. ibi ver. libertas Sylu. ie iunium q. 2. dist. 1. & 2.* ex Theol. Palud. *4. d. 15. q. 4. ar. 3. n. 24.* D. Ant. *2. p. t. 6. c. 2 §. 2.* Metina *C. de ieiun. q. quando necesse est ieiunare.* Ledef. *2. p. 4. q. 17. ar. 3.* Pal. *4. d. 15. disp. 8. post 6. concl. f. 126. ver. at vero.* Intellige etiam idem dictum esse de legibus communibus, quando in illo oppido de consuetudine non obligant, vt Mediolani per quatuor dies à feria 4. cinerum vescitur carnibus, cū tamen lex communis sit abstinentia à carnibus tali tempore, Mediolanensis tamen posset ijs vesci in Sicilia si esset hospes, & sine scandalo id fieri posset. sic Palac. *lo. ci. & Pe. de Ledef. de matr. dab. ult. f. 198. §. 2. arguitur.*

3 Excipitur tamen vagus; qui nullibi habet domicilium, hic enim tenetur legibus illius oppidi, in quo est: secūdo excipere quando legum transgressio cederet in damnum illi oppidi, ad quod peregrini diuertunt. Tertio quoad celebrationem contractus, quia vnusquisque tenetur seruare solemnitates requisitas legibus illius oppidi, in quo cōtrahit, nā rōne cōtractus quilibet forum fortitur in loco contractus *C. fen. de foro competent. sic ēt Innoc. rubr. de cons. n. 6.* Ant. *c. 2. de consuet. n. 22. vbi n. 9.* Imo. Bald. *l. 1. co. de sum. trin.* vbi Bart. Fulg. Io. Bapt. de S. Seuer. Ias. Salyc. Cynus. & alij. Vnde contractus absolute celebratus censetur celebratus iuxta loci cōsuetudinē, & sic tenētur ad gabellas ibi cōtrahētibus impositas. Excipere tñ vnicū dotis contractū, in quo attenduntur leges loci, in quo vir hēt domicilium *l. exigere ff. de iud. ex Barb. Iason. d. l. 1. Siman. & alijs multis,* quos citat *de cath. inst. t. 9. n. 142.* vide Rol. *con. 24. vol. 3.* quid de testamentis dicendum sit & DD. *in l. 3. Tauri.*

4 Contraria sententia nempe peregr. ac forenses teneri legibus hospitij, est

valdè probabilis. probatur ex varijs locis D. Aug. *ep. 118. c. 1. & 119. c. 18.* & rōne, quia id requiritur ad bonū pub. Ciuitatis. est ex Theologis Ledefma. *1. p. 4. q. 15. ar. 4. dub. 2.* Enriq. *l. 7. de ind. c. 13. n. 8.* Maior. *4. d. 15. q. 5.* Driedo *de libe. chris. l. 1. c. 2. p. 3. ar. 2.* Alcocer. *sum. c. 24. §. aiuntos Philiar. de off. sac. t. 1. p. 2. l. 3. c. 23. §. 3.* & multorum Canonist. Nau. *sum. c. 13. n. 5.* Cou. *4. var. c. 20. n. 8.* Abb. *C. consil. n. 6. de obser. ieiun.* Card. cle. *2. q. 5. de cel. mij.* vbi Bonif. *n. 67.* Imo. *n. 3.* Alber. *l. 1. n. 28. c. de sum. trin.* Hic denique nota Glossam *cap. qua contra dis. 8.* Speculatorem *rubr. de consti. n. 7.* Arc. docere expresse perpetuo habitantes, & non incolares obligari legibus Ciuitatis, vbi sunt. quam sententiam vicē tenere plures graues DD. Turr. Hug. *C. quo iure §. dign. d. 8.*

QVAERES II.

An Peregrinus teneatur seruare leges sui domicilij, dum ab eo abest.

5 R. licet satis probabile sit peregrinos teneri legibus proprii domicilij, quando ibi, vbi moratur, nō obligat; vt docēt Pal. *4. d. 15. q. 4. ar. 3. n. 26.* D. Ant. *2. p. t. 6. c. 2. §. 2.* Ros. *v. ieiun. n. 16.* & Syl. *ibi q. 2. d. 2.* quia iste nō deseruit patriā; ergo tenetur seruare eius leges; tñ eos nō teneri ē probabilis, probatur ex *C. 21. vers. statuto Episc. de consti. in 6.* vbi habet subditū furātē extra territorium nō ligari ex cōmunicatione sui Episc. in furātes lata, & redditur rō, quia impune nō paretur extra territ. ius dicēti sic ēt ex Cano. Abb. *Ca. à nobis 1. de sen. exc. n. 11.* Card. cle. *2. de celeb. q. 5.* vbi Imo. *n. 3.* Lā. dulf. apud Card. Bonif. *ibi n. 68.* Nau. *sū. c. 13. n. 5.* Mex. *prag. panis conc. §. n. 93.* ex Theol. Suar. Lud. Lop. Enriq. Petr. de Led. Maior. Driedo, & Pedr. quos citat Sanch. *dis. hac n. 18.*

6 Hinc infertur Sacerd. latinum per Graciam transeuntem posse azymis celebrare, & non posse quando in eodē oppido esset vna Ecclesia græca, & alia latina; sed debet in sua propria Ecclesia suo more celebrare, ita docet Suar.

Suar. 3. par. q. 74. sect. 3. d. 44. §. illud ve.

7 Secundo inferitur posse abeuntem è loco, vbi seruatur ieiunium, comedere si sciat serò peruenturum eò, vbi nò seruatur, non potest tamen carnes comedere priusquam ad eum locū perueniat, vbi possunt comedi. Ratio est, quia lex abstinendi à carnibus est diuina, & tot peccata cōmittuntur, quoties carnes comeduntur. Similiter proficiscēs è loco, vbi nò seruatur ieiuniū, potest carnes comedere ibi, quamuis serò peruenturus sit in locum domicilij, vbi ieiunium seruatur, vbi tamen carnes comedere amplius non potest, licet possit non ieiunare, si ante fregit ieiunium; quia hoc est indiuiduum. Similiter potest aliquis proficisci è loco, vbi festum seruatur, & ire in locum, vbi non seruatur animo ibi laborandi, & seruilia exercendi, & potest etiam secundum DD. modernos, quos tacito nomine refert Sanch. hic n. 21. nō videre sacrum in loco, à quo recedit, si recedat tempore, quo potest videre, quia dum est in illo loco, vbi seruatur præceptum, habet tempus videndi, & sic non peccat dum non videt, quādo est vbi non est festum, nō tenetur; quāuis aliqui DD. oppositum sentiant in hoc casu. Nau. sum. c. 13. n. 5. Lud. Lop. 1 p. inf. c. 52. §. nec peccant.

8 Ex dictis inferitur responsio ad quæsitum initio disputationis propositum scilicet habitatores locorum, in quib⁹ decretum Tridentini de assistentia parochi, & testium in contractu matrim. obligat, si diuertant nō solum animo, ibi manendi, sed per modum transitus in loca, in quibus tale decretum non obligat; possunt contrahere matrimonium siue parochi, & testibus; quia peregrini tenentur seruare solemnitates in contractibus; quæ seruantur in loco hospitij, vt dictum est n. 2. sed in illo loco, vt supponimus, non seruatur hæc solemnitas parochi, & testium in contractu matrimonij; ergo hi non tenentur in cōtrahendo matrimonio talem solemnitatem seruare, sed contrahere, sicuti contrahunt habitatores loci illius, etiam si ad tales regiones ac-

cedant eo fine, vt possint liberè cōtrahere sine parochi, & testibus; quia cū iure suo vtantur, non possunt dici fraudem committere *reg. nullus videtur ff. ff. de reg. iur. nec intentio potest actum annullare; sed ad summū operatur ad cōmittēdū, vel nō cōmittēdū pecc. & sicuti valet matrimonium cōtractū in fine mortis ad legitimandos filios in fraudem substituti; vt docet Couarr. 4. d. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. & Sarm. lib. 1. selec. c. 6. n. 8. ita in nostro casu matrimoniū erit validum, licet in fraudem decreti ea loca petant contrahentes, quamuis Petrus Lede. de ma. d. 45. ar. 5. pun. 3. du. vlt. conc. 1. c. 3. & Manuel 1. i. sum. 2. edit. c. 2. 19. n. 2. putent nō posse in fraudem ea loca, vbi non seruatur Trident. decretum adire.*

9 Contra vero habitatores locorū, in quibus Trid. decretum non obligat, si diuertant etiam in loca, vbi obligat, quamuis animo illac transeundi, tenentur seruare decretum Trid. ob dictam rationem, quia tenentur seruare in cōtractibus solemnitates loci, in quo sūt; ergo cum in eo loco adhibeantur in matrimonio contrahendo parochus, & testes, debēt ipsi adhibere, aliàs nullum erit matrimonium.

10 Probabilius etiam est captiuos, siue mercatores apud infid. cōmorātes aīo nō permanēdi ibi, posse cōtrahere sine parochi, & testib⁹, etsi antequā fuerint captiui publicatū fuerit decretum in suis Region. quia Trid. petit vt decretū publ. incipiat obligare in Paroc. post 30. dies à 1. die publicationis; ergo qui ibi sūt, vbi nō ē eorū parochia, non tenentur eo decreto; nā deficit cōditio posita à Trid. Sec. quia tenentur seruare solēnitatē in cōtract. loci, vbi sūt, vt dictū ē. Adde quod si duo infid. baptizarentur in illis locis possēt cōtrahere absq; parochi, & testib⁹; ergo signū est; quod decr. Trid. ibi nō obligat. sic etiā Pal 4 d. 29. dis. 1. ver. iā vero istis. cōtra Pe de Led. de ma. q. 45. ar. 5. ad fi. in sol. ad 3. putatē nullū eē matr. & cōtra Hēriq. lib. 11. de ma. c. 3. n. 8. qui concedit posse quādo habēt aīum, ibi habitādi, secus minimè.

Contra hic dicta multa dicit Pont. lib. 5. cap. 7. & 8. ex quibus quæ Sanciū notare videntur more nostro examinabimus, ait igitur c. 7. n. 12. (Denique probatur ad hominem ex ijs quæ concedit Thom. Sanch. quia dum limitat suam sententiam, eam limitationem adhibet n. 14. nisi legum transgressio cedat, in damnum illius populi, tunc enim: etiam peregrini tenentur: ut si prohiberetur extrahi aliquid ex eo oppido; ex hac autem limitatione nostra sententia confirmatur. nam si quoties statuta, vel consuetudines loci, disponunt circa bonum, & utilitatem illius; seruari debeant à quibuscumque peregrinis, semper seruanda erunt; quia semper eomodo disponunt: cum leges semper ferantur propter bonum commune, & semper spectent ad pacem, & tranquillitatem, & bonum exemplum reip. quod peregrini illius legibus se accommodarent) ut autē vel luce clarius pateat, quam solide Sanciū eum posuerit limitationem; recolendum est id, quod dixi lib. 1. dis. 32. ex eodem Sancio n. 11. eadem dispu. nimirū licet omnis lex primo, & principaliter intendat bonum commune; tamen aliquando principaliter interdicit bonum priuatum in executione; & tunc ex eius transgressione non læditur immediate bonum commune, vt docet Coua de pactis 2. p. 5. 1. nu. 6. Matienzo l. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 3. nu. 18. Minchaca de success. creat. lib. 3. s. 28. nu. 24. v. g. dum disponit de alienatione rerum minorum, de successione, & cæt. quæ, vt aduertit Oinotomus lib. 1. inst. t. 1. §. ult. immediate spectat ad priuatam utilitatem, licet in consequentiam, etiam publicam utilitatem respiciant; cum reip. interfit diuites habere subditos, & nequis re sua male vtatur §. fin. inst. de his qui sunt sui vel alii. iur. & tunc dicitur lex respicere bonū priuatum, aliquando vero leges immediate respiciunt bonum publicum, & ex earum transgressione læditur immediate tale bonum vt sunt, leges v. g. ne arma extrahantur: quæ facile poterat Pontius aduertere; nisi prepropera Sanciū impugnandi festinatione distractus fuisset, nam in ipso iuris Ciu.

limine habetur d. §. fin. corrui ergo Pontij argumentum Sanciū doctrina, quæ sibi non aduersatur, stat enim eius limitatio, quia loquitur de lege statuyente aliquid, ex cuius transgressione immediate læditur bonum commune, vt ex eius exemplis patet. nimirum ne aliquid ex illo oppido extrahatur, vel ne viatores commorētur ibi nisi tot diebus in bonum illius oppidi, quis enim dicet resultare damnum, Panormo, si Titius veniens e loco, vbi non est dies festus hic missam non audiat, aut secreto non ieiunet?

Addit deinde Pontius eod. n. 12. impugnationem secundæ limitationis: de qua n. 4. dixerat (at hoc non videtur veritati consonum, nec satis in hoc Auctor ille secum ipse coheret vt dicam postea) nempe hoc n. 12. sed videamus, quæ nam sit huius Doctoris ratio: ob quam Sanciū contradictionis arguit. ait (deinde in alia limitatione ille Auctor concedit tene-ri peregrinos legibus eius oppidi, quando alias illa etiam lex seruabatur in proprio territorio, ex hoc autem vel nostra sententia confirmatur, vel illud à veritate abhorret vt recte deducit Suar. lo. ci. n. 15. quia ille non tenebatur seruare legem illam in loco vbi est presens ex vi constitutionis, aut consuetudinis sua patria, quia hæc non obligat extra territorium vt ipse Auctor concedit, & dicam postea: ergo si obligatur, ex vi consuetudinis aut statuti illius loci, in quo inuenitur obligatur: quia non obligatur ex lege gen. Eccl. vt suppono, & oportet vt ex aliqua lege obligetur, nihil ergo minus obligatur, si etiam in patria sua non esset illa consuetudo, vel lex) non laborasset quidē Pontius hoc argumentum iisdem pœne verbis ex Suar. c. 14. lib. 2. de relig. n. 15. transcribere, sic etiam legisset apud nostrum Sanciū lib. 1. c. 12. n. 38. Sum. eius solutionem: affert Sanchez hoc argumentum Suar. & soluit ad 6. & 7. dicendum eiusdem legibus obligari externos ex usu, quasi communi iure gentium indulto, & ex consensu omnium fidelium, principum, & pastorum, vt intendit contraria sententia in 2. eius ratione relata n. præ. quem usum in casu ab illa intento negamus cum viris doctissimis sustentibus contra-

riam partem. At in hoc casu approbamus eo, quod omnes DD. in viroque casu illam obligationem admittant, quæ aliunde deduci nequit) quis dicet in hac responsione esse adhuc vim argumento à Pontio allato? & tamen ille tacebat responsionem datam.

Tertio addit c. 7. n. 28. leuissimum esse quartum argumentum Sancij: scilicet quod qui transit, aut breui tempore diuertit ad locum, non dicitur moraliter in eo esse, quod probat ex l. *quæf. de leg. 3. l. si ita ff. eodem tit. C. nam: & ego de verb. signif. C. ad nostram de regul. vbi qui triduo fuit habitu indutus; non dicitur habitum induisse ex Gloss. v. statim specul. de instrum. edi. §. compendiose n. 6. Fel. C. in presentia n. 32. de probat. quod autem hoc argumentum non sit adeo leuis momenti; vt Pontius dicit. non aliunde probare volo; quam ex ipso Suario; qui l. c. n. 25 per totum conatur soluere; & tamen adhuc non videtur solutum; nam tota vis consistit quod moraliter non putetur esse, qui breui tempore est; præsertim ad hoc, vt quis obligetur specialibus alterius domicilij legibus: in quo oportet talē esse præsentiam, qualem requirunt iura ad acquirendam iurisdictionem in peregrinos: quod probatur ex doctrina ipsius Suar. quem sequitur hic Pot. quoad hanc responsionem licet in sententia discrepet n. 13. circa medium. nam dicit ille quod non quælibet mora sufficit ad hoc vt peregrinus obligetur, sed requiritur vt sit per tempus habile seruata proportione, vt si est præceptum videndi sacrum non satis est transitus per illum locum; nec si dormiat in loco vbi dies est festiua, quæ sequitur; tenetur ad sacrum; si ea die peruenturus est ad locum, vbi id festum non obligat, quia tam breuis mora tantam obligationē inducere nequit: tenetur igitur Suar. respondere suo argumento vt aduertit Sanch. lib. 1. c. 12 sum. n. 38. nec multum etiā vrget quod ex eod. Suar. ait Pon. nimirum Pontificem vnius diei dici iure talem (quia hic agimus de veritate ad quam ea tantū spectanda mora est, quæ sufficiens est, vt sit*

subditus eius loci, sufficit autem quæcumq; vt dictum est) nam nos agimus de extinctionione moralis habitationis ad hoc vt subdatur iurisdictioni, alterius ratione habitationis, quæ si modica sit moraliter non reputatur: vt satis probatum est à Sanch. neque à nobis est inmorandum: satis enim apparet perperam appellari à Pontio leuissimum argumentum. habet enim suam vim intra limites probabilitatis, quod Sánchez intendit. De. aique n. 3. ait (hinc magis in speciali fit, eum qui discedit, e loco, in quo iuxta patriæ consuetudinem ieiunium seruatur; & accedit ad eum locū, in quo carnibus vescuntur, non posse ante exitum cibum sumere, tenetur enim in eo loco lege ieiunij, cum sit præceptum negatiuum habens vim obligandi pro semper, in quo non recte Tho. Sanch. dis. cit. n. 21.) intellige n. 22. (quamuis autem certus sit de profectioe a thuc violatur lex ieiunij sumptione cibi, quamdiū ibi commoratur, qua lege tantum liberatur quando exit à proprio territorio) at mihi placet Lessius, qui lib. 4. c. 2. dub. 8. n. 58. ait id recte à Sancio doceri præsertim cum Pontius nouas non afferat rationes; sed easdē repetat, quas Sanchez. soluit n. 21. & 22. dicit enim legem proprii territorij obligare ea conditione, si intra tempus obligationis eo peruenturus non sit, vbi præceptum omnino cesset: & in casu ieiunij cum ea obligatio sit indiuidua, qui potest eo die plures commestiones facere, non tenetur ad ieiunium; & cum non obligatur um sit nocte ieiunium; quando e loco sui domicilij aberit; neque mane, dū ibi ē, obligabit quod si ex eo quod sit præceptū negatiuum vult Pontius obligare semper. sequeretur, quod quoties quis eadem die comederet; toties ieiunium frāgeret; & peccaret mortaliter quod tamen communiter negāt Doctores Durand. 4. d. 15. q. 11. n. 9. Grab. 4. d. 16. q. 3. dub. 5. Caet. sum. v. ieiun. Nau. c. 2. nu. 14 Less. lo. ci. dub. 3. n. 16. Valen. t. 3. d. 9. q. 2 p. 3. Sylu. v. ieiun. Azor. c. 9. q. 2. l. 7. Em. sa. n. 13. Reg. l. 4. n. 178. Cou. lib. 4. c. 20 n. 16. & passim recentiores: hinc fit præceptum ieiunij dici negatiuum qua-

quatenus prohibet vixi carnibus, quia tenetur quis ab illis semper abstinere & quoties comedit toties peccat, cum talis obligatio sit diuidua: contra vero cum obligatio ieiunandi sit indiuidua, consistens in vnica commestione posito quod sumpta sit alia refectio non potest amplius seruari, & sic habet rationem affirmatiui vt bene notat Bonacina *dis. vlt. de leg. q. 1. pun. 3. n. 7.* vtrum autem ieiunij præceptum sit negatiuum, vel affirmatiuum non est ad rem hic inquirere: quodcumque enim dixeris ex tradita disparitate, Sancij sententia vera apparet, & probabilis; neque a Pontio reprehendenda: sicuti nec simpliciter debebat Pontius asserere Sancij sententiam, quatenus ait peregrinũ non teneri seruare ius commune in locis transitus, vbi seruatur; si in Patr. ex consuetudine non obligabat: appellari à Suario non tutam in praxi: debebat enim etiam addere Sancium *lib. 1. sum. c. 12. n. 39.* fuisse probare sententiam Suarij, & his verbis concludere (*quamuis lib. 3. de ma. dis. 18. n. 7. tenuerim cum Palacios contrariam sententiã, nũc autem prorsus placet hæc.*) hæc Sancij cuius imitanda certe modestia esset; tantus enim vir non ita obstinate suæ adhæret sententiæ; vt illam non sit paratus, ex noua ratione mutare; nec audeat contrarias statim falsas dicere, eorumq; Auctores carpere.

DISPUTATIO XIX.

An sit necessarium ad valorem matrimonij vt assistat vtriusque contrahentis Parochus, ac intra propria Parochie limites.

IN hac re certum est. primo esse de necessitate Sacramenti, scilicet ad hoc vt conficiatur matrimonij Sacramentum, vt assistat proprius Parochus, cum id requiratur à Tridentino *sess. 24. de ma. cap. 1.* Et ratio est, quia ille Parochus necessariò debet assistere, qui potest licentiam assistendi alij dare, sed iste est proprius Parochus ex Tridentino ergo, ita Nauarr. *l. 4. conf. in 1. edi. tit. de cland. desp. conf. 2. n. 1.* Menoch. *conf. 398. vol. 4.* vbi multos con-

gerit Spino *spe. test. gl. 15. n. 37.* Rota *decis. 643. r. 1. in nouissimis Segura dire. iud. 2. p. c. 15. n. 46.* cum Veracrux *app. ad spe. dub. 5. con. 2.* Vega *lib. 6. sum. casu 113.* Bar. à Ledes. *de ma. dub. 21. d. & annotare Enriq. l. 11. de ma. c. 3. n. 2.* Manu. *1. t. sum. 2. edi. c. 219. n. 4.* Cord. *sum. q. 43. fine.* Pet. Led. *de ma. q. 45. ar. 5. pun. 3. du. 3. con. 1.* & alijs Theolog. Vnde dum bulla cruciatæ concedit facultatem recipiendi Sacramenta à quolibet Sacerdote approbato, nõ intelligitur de matrimonio; quia ad hoc requiritur licentia expressa, vt infra *disp. 23.* Certum est secundo sufficere vt sit Parochus sponsæ, vel sponsi, quia quoad matrimonium Parochus vnus, est etiam vtriusque ratione connexionis, nam matrimonium non potest consistere, nisi inter duo. ita docent præcitati Doctores.

2 Tota autem dubitatio est, an si proprius Parochus assistat in Parochia aliena extra proprium territoriũ valeat matrimonium, vel ipse peccet. Ad hũc casum respondeo valere matrimoniũ celebratum à Parocho alterius coniugis in Parochia aliena, & extra proprium territorium, & quamuis sit extra Parochiam vtriusque contrahentis, vt si v.g. Parochus Mariæ coniugis assistat in Parochia Petri viri, vel si assistat in loco; qui non est Parochia Mariæ, nec Petri, nec ipsius Parochi. Probatur, quia Tridentinum nõ requirit, nisi proprij Parochi præsentiam, qui non amittit iurisdictionem voluntariã ex eo quod sit extra proprium territorium, seu Parochiam; ergo valet matrimonium celebratum cum præsentia Parochi etiam extra territorium, & Parochiam. Secundo quia is est parochus legitimus ad assistendum matrimonio, qui est legitimus ad audiendas confessiones, vt *disp. 23.* dicemus. Sed ex omnium sententia talis est proprius parochus etiam extra propriam Diocesim; ergo etiam erit sufficiens ad assistendum matr. proprius parochus extra suam parochiam, & Diocesim.

3 Vt autem prima ratio plenius intelligatur, sciendum est duplicem esse iurisdictionem

jurisdictionem altera contentiosa; & necessaria, quæ scilicet exercetur inter subditos sibi contradicentes ex *l. inter stipulantes ff. de verb. oblig. v. g.* quando aliquis accusat alium &c. & hæc non potest exerceri extra proprium territorium, sine licentia Iudicis illius territorij (qui tunc censetur consentire, quando sciens, & potens prohibere tacet) etiam sine voluntate partium; idē dicas quoties desideratur iudicialis cognitio causæ, quia vel est iurisdictio contentiosa, vel ad illam reducitur, ita Hæricus *cap. nouit n. 1. & 4. de off. lega. Abb. n. 4. Anch. n. 2. Imola n. 4. Marian. Soci. cap. licet ratione n. 91. de foro comp. Nau. lib. 1. cons. 1. edi. de temp. ord. cons. 20. n. 3. Vgol. de cens. tab. 1. c. 27. §. 1. n. 5. Tab. absol. 2. q. 11. n. 15. Alexan. l. fin. n. 7. ff. de iuris om. iud. vbi Iason. n. 14.*

Altera est voluntaria, quæ in solos subditos volentes exercetur, vt ē adoptio, manumissio &c. & ad quam reducitur parochi assistentia, de qua loquimur; & hæc potest exerceri extra territorium absque licentia Iudicis loci illius, quia non petunt Iudicem pro Tribunali sedentem; nisi tamen requireret iudicalem cognitionem causæ. ita Enriq. *l. 11. de ma. c. 3. n. 2. Segura direct. iud. 2. p. 6. §. 15. n. 49. & 47 Spino spec. test. gl. 15. n. 41. Man. 1. tom. sum. 2. edi. c. 219. n. 5. & 7. Salzedo pract. c. 73. in 2. edi. §. 11. & alij viri docti, quos refert Enriq. *l. c. in com. lit. R.**

4 Nec talis parochus assistens sine scâdalo matrimonio extra territorium, & parochiam peccat, aut puniendus ē quamuis sine licentia ordinarij assistat probatur, quia potest parochus exercere iurisdictionem voluntariam erga suos subditos audiendo eorum confessiones, secundum omnes ferè Doctores, ergo poterit etiam assistere matrimonio, quod minus est. ita Segura *nu. 49. Spino n. 42.*

5 Sunt tamen aliqui, qui volunt parochium in tali casu peccare, vt Enriq. *lib. 11. de ma. c. 3. n. 2. Salzedo c. 73. in noua edi. §. 11. Manuel. 1. to. sum. 2. ed. c. 219. n. 7.* alij vero putant nō satis esse ad matrimon. si parochus assistat extra parochiam propriam. ita Naua. *lib. 4. cons.*

in 1. ed. de spon. con. 52. & videtur tenere Lud. Lop. 1. p. infl. c. 86. §. prat.

* Quibus accedit nouissimè Pontius *lib. 5. c. 16. à n. 4.* afferens tres Cardinalium declarationes quasi ab alijs nōdū cognitæ fuissent. ait enim (*extant apud me pro hac sententia tres Cardinalium decisiones*) quasi vero eas non apposisset noster Sanchez *n. 10. & satisfacisset n. 12.* Alia etiam argumenta affert Pōtius dicto loco ad suam doctrinam confirmandam, nec meminit ea apud Sanchez pro sententia opposita referri, ac solui; sed hoc in Pontio nouum, non est, sæpè enim ipse vt pote ingeniosus argumenta eadem, quæ ponit Sanchez ordine mutato, vel pluribus verbis explicata affert, ac si nullus antea dixisset, quod nequis putet à me gratis dictum, proferam in medium declarationes Cardinalium, quas affert Pontius iisdem verbis, quib⁹ sunt apud Sanchez relatæ pro cōtr. sentē. licet de more nō per extensum noster Author posuerit. Ait igitur Pontius (*extant apud me tres declarationes Cardinalium prima Burgatenſi Episcopo: vt si quando vir ad domū uxoris accedit pro contrahēdo, & cōsummando matrimonio is propri⁹ Parochus est, qui uxoris est, & illis benedictionem dare poterit de iure. Secunda, Episcopo Leonisēsi, vt proprius parochus sit, qui uxoris parochus est si in domo uxoris cōtrahitur, vel eius parochia, vt supra in vna Burgatenſi, benedicere spōsos debeat nō obstante quacumque &c. Tertia vt in hoc casu quando scilicet cōtrahētes sunt diuersarum parochiarum, sufficiat proprius Parochus mulieris, qui interſit matrimonio*) Hæ sunt declarationes Cardinalium, quas veluti quid reconditum extare apud se dictitat Pontius, eadem verō iam diū attulerat Sancius pro cōtraria sententia *in hac des. n. 10. ibi (probat̄ur ex declaratione facta Cardinaliū bis verbis (si quādo vir ad domū uxoris accedit pro cōtrahēdo matrimonio, is proprius parochus est, qui uxoris est.) & in alia declaratione sic habetur (quādo cōtrahētes sūt diuersarum parochiarū, sufficiat propri⁹ parochus mulieris, qui interſit matrimonio,) & in alia declaratione habetur sufficere*

sere præsentiam parochi spõs in illius parochia matrimonio celebrato, & similiter spõs matrimonio in eius parochia inito.) iam dudum ergo declarationes Cardinalium; quas Pontius apud se eẽ putabat, & quasi quid magni momẽti attulisset, totus est in ponderandis earum verbis, Sancius noster vidit, easq; n. 12 vnico verbo soluit, ibi (eam Cardinaliũ declarationem ne posteriori eorũ adrelata n. præ. aduersetur, intelligẽdam esse de cõsilio, expedit enim eũ parochum matrimonio assistere, in cuius parochia celebratur) At Pontius n. 6. ait (nec vero his obstat declaratio aliqua, nõ enim video eius verba ab Auctõribus referri, & Tho. Sãchez, illam referri scribit à Nauarro, at Nauarrus consilio citato illam, non refert, sed tantum dicit se audire aliquos, ita dicentes, quo adhuc rumore non obstãte ille in oppositam sententiam inclinat.) Ex his Basilij dictis miror ipsum Sancij solutionem non meminisse, nimirum eas declarationes loqui de cõsilio deinde doleo Sancium quasi mendacem notari ex eo, quia dixerit referri declarationem Cardinalium à Nauarro; cum vere Nauarrus illam non referat; sed tantum dicat se audiuisse a quibusdam, sed reuera noster Sãcius non dicit referri à Nauarro declarationem Cardinalium, quasi vero verba referantur, sed solum habet præcisẽ hoc n. 11. sine (indistinctẽ docent sufficere parochum sponsi, vel sponsa, & hoc decisũ est à Cardinalibus teste Nauarro lib. 4. cõsili. tit. de spons. in 1. edi. cons. 52.)

Tandem videtur Pontius proprio testimonio totam vim sui argumenti declarationi Cardinalium in hærentẽ destruere, dum ait nõ obstantẽ rumore declarationis Cardinalium Nauar. inclinasse in oppositum eorum declarationi; ex quo patet non obstantibus Cardinalium declarationibus potuisse iure optimo Sancium tot Doctorum auctoritate. ac rationum pondere munitum in contrariam sententiam ire, sequendo exemplum Nau. viri apprimẽ docti, qui teste Pontio non obstãte Cardinalium declaratione oppositã illis sententiam est amplexus. nam re-

uera, vt alias dicam huiusmodi declarationes non omnino conuincunt, sed habent solum auctoritatem doctrinalem Doctorum, vt docent Pet. Led. Ioa. Vale. Bonac. & alij apud Castrop. tract. 3. dis. 5. pu. 3. §. 2. & apud Diana m. p. 5. tract. 10. de leg. f. 166. præsertim vero cum exponi possint, vt Sancius in casu nostro exposuit. Neque sanẽ præteream quod penẽ eo calamo exciderat argumentum Pontij sine propositum, ibi (proprium parochum qui interesse ach. benedicere debeat vnum, & eundem esse, id quod etiam fatetur idem Thomas, Sanch. disp. cit. n. 19 (voluit dicere n. 3. circa finem) cuius commoda discriminis ratio assignari non potest, cum parochus sit de solemnitate matrimonij, benedictiones nequaquam) sed quæso, mi Ponti, iam fugit te disparitas, quam Sanchez eadem disputatione à te citata eodem n. 19. sine. assignauit; cum enim ille proposuisset n. 17. sine pro contraria sententia argumentum; quod tute ipsdem penẽ verbis, atque eadem instantia exscripsisti. ait enim ibi Sanch. ex sententia aduersariorum (probatur scilicet quia nequit sponsos in aliena Parochia benedicere, vt constat; minus autem videtur benedicere, quam matrimonio cõiungere cum illud solemnitas quadam matrimonij est.) deinde n. 19. sine affert disparitatẽ (at secundum dico disparitatem esse rationem quia benedictiones solemnes celebrantur à Sacerdote inter missarum solemnias. & ita cum quodam quasi strepitu iudiciario; matrimonium autem priuatẽ celebrari põt.) poterat ergo mi Ponti non solum arg. ex Sancio pro te transferre, vt fecisti; sed etiam disparitatem, quam assignari non posse putabas, distincte explicatam videre si per paucas lineas infra legisses, Neque sanẽ aut noui aliquid, aut maioris ponderis habet argumentum. quod n. 2. ex Nau. affert hic Author, ibi: (& quidem iure optimo id ita declararunt Cardinales, tũ quia vt Nauarrus inquit in eo consilio 4. de cland. desponsat. sequeretur dari auctoritatem parochi in aliena parochia, quod tamen in his, quæ pertinent ad forum exterius agrè admittendum est maxime cum præiudicio tertij

tertij, nisi expressè iure concedatur C. lugdunensi 7 q. 2. & clem. 1. de privilegijs, cuique Concilium Tridentinum id expressè non concedat parochis in aliena parochia; credendum est id fuisse concessam quod in iure sine praiudicio tertij concedi potest.) hoc, inquam, argumentum nouum, non est Sancio, sed iam sua doctrina soluerat; concedit enim sequelam, & negat hoc esse absurdum, neque iure posse alios parochos conqueri; quod Pontius debuit aduertere, nam hanc doctrinam Sancius in hac disputatione tradit n. 8 (voluntaria iurisdictio potest ubique exerceri; cum nullam enim causa cognitionem, nec Iudicem pro Trib. sedentem petat; non est eum Iudex alieni territorij merito conqueratur, si in suo per alienum Iudicem erga illius alieni subditos exerceatur, habetur expressè l. 2. ff. de off. pro conj. & notant ibi omnes scribes. & c. nouit. de off. delegati, & optime Cou. lib. 3. var. c. 20. n. 8. dicens esse omnium.) deinde n. 11. in 3. argumento ait (assistere matr. reducitur ad iurisditionem voluntariam, cum non exigat causa cognitionem, ergo validè extra parochiam exerceatur iuxta tradita n. 8.) & n. 14. in ultimo argumento ait (ult. quia Iudex potest extra proprium territorium auctoritatem prestare manumissioni, & adoptionibus, ut optime docet Henricus C. nouit. n. 2. de off. delegat. quia hac non spectant ad iurisdict. contentiosam, nec causa cognitionem petunt; ergo similiter poterit parochus extra parochiam auctoritatem prestare matrimonio, cum similiter neque pertineat ad iurisditionem contentiosam, nec causa cognitionem postulet, ita tenet Henriquez.) & refert multos iuris DD. id tenentes Subse- do & c. Quid igitur opus fuit Pontio tempus terere, & argumentum hoc afferre toties in varijs locis doctrina Sancij solutum.

Porro ne quid relinquã ex his, quibus Pontius utitur ad Sancium impug- nandum, referam vltimam illius cõsiderationem, quam immediatè eodem n. 7. verbis supra relatis adnectit. est autem huiusmodi (cum etiam non opus est alia declaratione, ostendo prædicta cõsideratione, quia si vir est in parochia sã-

mina, cum sit proprius parochus foemina; & existens in sua parochia satis consultū matrimonio est, cum ratione connexionis, ut dicebam supra isto capite possit utrūq; cõiungere; si vero uterq; extra suam parochiã velit cõtrahere, & sic peregrinantur, habent parochum illum, in cuius parochia commorantur, ut iam supra à nobis demonstratum est, nõ ergo est vlla ratio, quæ cogat asserere parochum in aliena parochia posse cõiungere matrimonio.) quibus ver- bis cõcludit numerum septimum nec aliud addit, sed progreditur ad numerum octauum; ut Sancij argumẽta imbecilla ostendat. Verum ego ni mens mea dormitet, deficere Pontij cõsiderationem existimo, & pũctum, in quo versamur, non attigisse; vltro enim concedo quod Pontius priori loco proposuit, nimirum posse assistere parochum foeminae existenti in sua propria parochia; etiam si vir alterius sit parochia, quod ut certum supponit Thomas Sanchez in hac disp. n. 4. (supponendum est secundo tanquam certum sufficere parochum alterius contrahentis, saluẽ si sit parochus illius contrahentis. in cuius parochia celebratur, ut si in parochia sponsi parochum ipsius sponsi, & si in parochia sponsae parochum ipsius sponsa, probatur, & c.) hæc Sanchez.

Rursus do Pontio id, quod posteriori loco aiebat, scilicet posse parochũ loci illius, in quo coniuges sunt ut peregrini eorum matrimonio assistere, nec circa hoc opus esse vlla declaratione; quod tamen infra disp. 25. hoc libro accuratius videbimus. at tertium membrum Põtius omisit, de quo nũc disputat Sancius n. 7. ibi (an validum sit matrimonium cui proprius parochus vni⁹ contrahentis assistit in parochia alterius sibi non subditi, ut si parochus Petri cõtrahentis cum Maria assistat in parochia Mariae, cuius non est parochus.) circa hæc ergo quæstionem, quam Pontius cõsideratione sua non attigit, opus est declaratione; an possit nec ne assistere, cum sit in parochia aliena, vidit fortasse Pontius ut oculatissimus argumenta iam hæctenus à se allata noua non indigere solutione, cum satis superq;

à Sancio propofita, & foluta multo antea fuerint, vnde quod reliquum ſibi remedium fuerat Sancij rationes co natur infringere, quod an affecutus fu erit alijs iudicandum committo; fati mihi in præſentia fuit quod propofue ram oftendere: nimirum Pontij argu menta, quibus Sancium veluti nouis impugnat iaculis eadem eſſe, quæ Sā cius contra fe obiecit; ac ſua doctrina deleuit.

DISPVATIO XX.

Vtrum deſideretur ad valorem matrimo nij parochum aſſiſtēte eſſe Sacerdotem ſimiliter illū, qui de parochi licētia ma trimonio intereſt?

Poteſt parochus non Sacerdos aſ ſiſtere matrimonio valide, quia Tridentinum cum vndecies feciſſet mentionem de Parocho aſſiſtente ma trimonio, nunquam eam conditionē requiſiuit, vt eſſet Sacerdos, & cū pa rochus non Sacerdos poſſit exercere omnia, quæ à poteſtate ordinis nō de pendent. *ex cap. ſuffraganeis de electi one*, poterit matrimonio aſſiſtere. ita etiam Enriq. *lib. 11. de ma. c. 3. n. 5.* Vega *lib. 6. ſum. caſu 112.* Nau. & Petr. de Ledel. qui eam vocat probabilem. *de matr. q. 45. ar. 5. pu. 3. dub. 3. con. 3.*

Contraria ſententia eſt probabilis, eam tenent Nauarr. *l. 1. conſ. in antiq. edi. t. 31. de off. ordin.* Manuel *t. 1. ſum. 2. edi.* Veracr. *appen. ad ſpec. d. 5.* Salzedo *pract. c. 32. in noua edi.* mouētur ea rōne præcipuē quod in Trid. habetur vt aſ ſiſtat parochus, aut alius Sacerdos, & particula alius, videtur repetere præ cedentem qualitatem, ſed reuera hæc ratio non conuincit quia, alius, non ſemper hoc importat, vt habetur in E uang. & cum eo crucifixi ſunt alij duo latrones; vbi, alius, non repetit qualita tem, Chriſtus enim Dominus latro nō fuit. Vide Felin. & Imolam *cap. Nou. r. 7. q. 1.* dicentes implicare diſſimilitudi nē, quādo ſubiecta materia id ſuadet.

Nec tamē peccat parochus aſſiſtēs matrimonio, ſi Sacerdos non ſit, quia

etiam in Sacramentis poteſt quis vti opinione probabili, quando non eſt præceptum Eccleſiæ contrarium iu bentis, vt eſt in materia, & forma, quā ſine peccato mutare nō poſſumus, nō ob periculum; propter diuerſitatem opinionum, ſed ob præceptū Eccle ſiæ; ne vtamur alia materia, & forma præter cōſuetas, vt docet Salon. *22. q. 63. ar. 4.* at hic nullum eſt præceptum Eccleſiæ iubentis contrarium; ergo po teſt parochus aſſiſtere non Sacerdos. Immo poteſt concedere licentiam alteri Sacerdoti, vt aſſiſtat matrimo nio ſiue is Sacerdos ſit approbatus ab ordinario, ſiue non, quia talis approba tio non requiritur, niſi ad confeſſio nes vt bene docet Enriquez *l. 11. cap. 3. numero quinto.*

Adde etiam ſiue is, cui licentia da tur, ſit excommunicatus, ſiue irregula ris; quia hæc aſſiſtentia non eſt actus iu riſdictionis, quod etiam verum eſt: ni mirum poſſe parochum dare hanc li centiam Sacerdoti tenendo opinionē cōtrariā, quæ dicit parochū nō Sacer dotē, nō poſſe aſſiſtere; quia videſ durū Concilium velle etiam hanc facultatē denegare. ita Nauarr. *lib. 4. conſ. in 2. edi. t. de cland. deſp. con. 6. & 10.* Manuel. *t. 1. ſum. c. 219. n. 9.* & Enriquez *lo. ci.*

Non poteſt tamen vilo pacto dari hæc facultas Diacono, vel Subdiacono, quia Tridentinum exigat, vt Sacerdoti detur; nomine autem Sacerdotis nō venit Diaconus; & ſi huic facultas aſ ſiſtendi daretur, nullum eſſet matrimo nium cum illius aſſiſtentia contractū. ita Nauarr. *lib. 4. cit. conſ. 6.* & Henriq. dicens ita omnes tenere. *d. c. 3.*

DISPVATIO XXI.

An Parochus excommunicatus, ſuſpen ſus, vel Irregularis, vel cui inrredi eta eſt Sacramentorum adminiſtra tio poſſit validè matr. aſſiſtere, vel alteri licentiam aſ ſiſtendi dare?

Sunt qui putent parochum aſſiſte re matrimonio, vel dare licētiā

vt assistat, esse actum iurisdictionis; unde volunt non posse hæc præstare si sit excommunicatus non toleratus (dicitur autem non toleratus; quando est publicè denunciatus, vel quando est publicus percussor clerici.)

- 2 Sit igitur prima conclusio. matrim. est validum, etiam si parochus assistens sit excommunicatus non toleratus, vel irregularis; quia ista assistentia non est actus iurisdictionis, cum possit fieri et à Parocho inuito, & non habente intentionem assistendi, & per eam valere matrimonium, quod dici non potest de actu ordinis, siue iurisdictionis, qui non potest validè ab inuito exerceri, & contrariam habente intentionem, ita etiam Enriq. *lib. 11. de ma. c. 3. n. 4. & 5.*
- 3 Probabilius etiam est non esse actum iurisdictionis dare licentiam Sacerdoti, vt assistat matrimonio, & per consequens matrimonium esse validum, quando assistit Sacerdos, qui habuit licentiam à paroko excommunicato &c. quia concessio illa non est concessio parochi, vt parochus est, sed in quantum testis est, & habet potestatem substituti. Confirmatur quia ex sent. Pal. 4. d. 23. q. 2. n. 17. Nau C. placuit de pæ. d. 6. n. 51. Syl. v. vñt. q. 4. Man. 2. t. sū. c. 14. n. 5. sine. Bar. à Ledes. de entr. vñt. dub. 6. & aliorum pot. Episc. excommunicat. non toleratus concedere facultatem audiendi confessiones, & extremè vngendi; nec hoc dicunt esse actum iurisdictionis, ergo &c. ita etiam Enriq. *l. c. in cōm. lit. 2.* Vega *l. 6. sum. casu 119.* referens Metinam, & fauent cit. DD. cum D. Ant. 3. p. t. 14. c. 15. §. 5.
- 4 Contraria tamen sententia dicens esse actum iurisdictionis talem substitutionem, & per consequens nullum esse matrimonium, cum talis Sacerdotis substituti ab excommunicato assistentia, est satis probabilis, eam tenet Petr. de Ledes. *de ma. q. 45. ar. 5.* & Nauarr. 4. *conf. in 1. edi. tit. de spons.* Ratio est; quia assistere matrimonio est actus parochi vt parochus est, & non est actus ordinis vt patet, ergo iurisdictionis; unde si assistat alius Sacerdos substitutus, nullum erit matrim. in hac sententia.

5 Dico secundo talis Parochus non peccat assistendo cum excommunicatione, quia communicat in re necessaria spectante ad suum munus, & ad summum ratione benedictionis, venialiter peccabit. non peccat tamen villo pacto non toleratus dando licentiam, quia nullam exercet iurisdictionem.

6 Dico tertio validum est matrimonium, cui parochus assistit, qui est interdictus Sacramentorum administratione, vel propter imperitiam, vel propter aliud crimen, vel etiam si iusta aliqua causa fuerit illi ab Episcopo impositum ne tali matrimonio assistat, etiam si talis Parochus esset ad Episcopi nutum amouibilis. Ratio est, quia est vere Parochus, retinetque parochiæ titulum, & ita declarauit Congregatio Cardinalium, vt refert Salzedo *pract. crim. c. 73.* & Petrus de Ledesma *de matr. q. 45. ar. 5. fol. 190.* circa vltimum casum, nempe quando peculiariter est interdictum ne matrimonio assistat, in quo videtur maior difficultas. ita Enriquez *lib. 11. de matr. c. 3. n. 4.* & Manuel. *1. t. sum. 2. edi. c. 219. n. 10.*

DISPVATIO XXII.

An sit validum matrimonium, cui Parochus priuatus assistit.

- 1 **S**olet aliquando Parochus coram Deo non esse talis ob aliquod impedimentum reddens collationem Parochiæ nullam; sed quia hoc ignoratur, communiter talis existimatur: quare is, ac si esset verus Parochus assistit matrimonio, confessiones audit &c. Videndum igitur nobis est an matrimonia contracta cum presentia istius Parochi, qui vere Parochus non est, valeant; vt autem hic casus rectè discutatur videndum est, quando nam error communis det iurisdictionem, ita vt valeant gesta à Iudice, qui reuera talis non est, præcisè ex eo, quia per errorem Iudex putatur.

QVAERES I.

*An gesta per Iudicem, aus parochum ca-
rentem legitimo titulo, & habentem so-
lum putatiuum, valida sint.*

- 2 R. Affirmatiuè. nō solum ea, quæ
pertinent ad forum externum, sed et
ea, quæ pertinent ad forum internum
vt absolutio sacramentalis &c. Probat̃
de ijs, quæ pertinent ad forum exter-
num, quia ita expressè decisum ē vtro-
que iure *l. Barbar. ff. de off. prat. & ex C.
ad probandū de sen. & re iud.* Ratio de-
cisionis est ne sequantur scandala, &
perturbationes si postquam comper-
tum sit impedimentum, Iudicis acta
reddantur nulla, quibus vt occurrere-
tur, ius statuit vt durāte communi er-
rore valida essent acta.

Probatur secunda pars de ijs, quæ
pertinent ad forum conscientie, quia
quicquid statuitur in vno casu, intel-
ligitur etiam de simili; sed supposita
potestate Ordinis, vterque forus quo-
ad potestatem iurisdictionis est eiu-
dem rationis: ergo quod statuitur in
foro externo ad valorem actus, repu-
tabitur etiam in foro interno. Adde
etiam maiora scandala sequi, si ex eo,
quod Sacerdos non habuerit iurisdic-
tionem veram, deberent confessiones
iterari &c. hanc partem tenent Inno.
Ca. dud. 2. n. 3. de elect. vbi Host. Abb.
Nau. *Ca. placuit de pœn. d. 6. n. 117.* Hu-
mada in *com. Greg. Lop. l. 2. v. quam
disting. n. 1. Ros. conf. sac. 3. Tab. absol.
1. n. vlt. & alij Canonistæ cum Soto le-
ti. 6. de confess. S. quod vero dicimus Me-
tina C. de confess. q. de confess. confessori ex-
comm. sciēter facta ver. 2. dictū Ludou.
Lop. 1. p. instr. c. 38. §. iteranda est confessio.
Enriq. lib. 6. de pœn. cap. 6 n. 2. Arag. 2. 2.
q. 60. ar. 6. §. est aliud dub. Vega lib. 5. sū.
casu 223. & alij Theologis cōtra quos-
dam relatos à Palud. tacito nomine
4. d. 17. q. 6. ar. 2. n. 21.*

- 3 Requiritur tamen, vt supradicta ve-
ra sint communis error, quo commu-
niter putetur ille habere verum titulū,
nec debet esse ex ignorātia crassa; vel
supina; quando .s. Iudex ille etiam pu-

blicè in illo oppido denunciatur, vt
excommunicat⁹, vel vt incapax officij
vt docent Card. C. ad probandū de sen. &
re iud. post prin. Ant. C. seiscitatus de r.
scriptis sine. Abb. C. veritas n. 42. de dolo
& consum. Ang. cōfess. 4. n. 12. Masc. de
prob. con. 649. n. 60.

- 4 Nec sufficit error solius Principis
conferentis dignitatem in eum, quem
putat esse habilem ex Bar. *l. Barb. in 2.
lectura n. 21. ff. de off. prat.* vbi Bal. n. 30.
& Masc. *d. con. 649. n. 64.* contra Anto.
Gab. 3. tom. *com. l. 1. tit. de prob. cōcl. 8. n.
13.* Si vero sit publicè incapax in vno
loco, & in alio nō sit talis, gesta in illo
loco facta valēt, vel si tm̃ tēporis inter-
cessit, vt iā eius imped. ignoretur com-
muniter. ita Abb. Alex. de Ne. *dic. ca. ad
probandū & alij.* Intellige et̃ prædictā do-
ctrinam in excōmun. valere, quamuis
qui illā infert nō habeat verā iurisdic.
sed putatiuam, quia iura indistinctè lo-
quuntur. ita Bart. Bald. *d. l. Barb. & Vg.
de cens. tab. 1. c. 2. §. 22. n. 1.* quidquid di-
cāt in cōtrariū Vinc. Goffre & Arcid.
cap. 1. n. 11. de sent. excomm. in 6.

- * Non puto hic dissimulādū, quod in
Pontio notauī *lib. 5. c. 19. n. 1.* videtur
enim hic Auctor Sāc. tribuere, quod
is putauit, gesta ab habente tit. colora-
tū, esse valida ex hoc princ. quod error
cōis ius faciat cū reuera Sāc. noster id
probarit ex eo, quia id ius statuit ex
quadā æquitate, vt ipsemet Pont. probat,
ex hoc cap. vtrūq; ex horū Aucto-
rū verbis liquido patebit, & quidem
quod Pōt. videatur id Sāc. tribuere;
cognosci poterit his verbis (*vt verā hu-
ius rei decis. tradamus. quæ alijs et̃ multis
calibus cōis est, repetenda est res ista ali-
quātō altius. Non pauci DD. hactenus af-
firmarunt communem errorem ius facere
Glossa in l. Barbarius ff. de off. prat. ver-
bo Reprobati, & cōmuniter interpret es in
d. l. & §. sed cum instit. de test. ord. & Tho.
Sanct. lib. 3. disp. 22. n. 6. communis tamē
error DD. est*) & post pauca concludit
(*quare nunquam credendum est ex erro-
re ius nasci, sed ex æquitate, & disposi-
tione Imperatorum ob bonum, & v-
tilitatem publicam, quod alias meri-
tō iure non valeret*) Quibus verbi

in prima parte ostendi fundamentum Sancij esse hoc, nimirum, quod error communis ius facit. in secunda vero parte dum cōcludit quare &c. ponit suam rationem quasi diuersam ab ea, qua Sancius, & alij mouentur.

Iam vero ostendamus Sancium nec n. 6. à Pontio citato, nec alicubi moueri ex eo, quod error communis ius statuat; sed solum afferre doctrinam Gl. afferentis errorem communem ius facere ad confirmandum requiri communem errorem, & non sat esse errorem vnius; vel alteri; id autem ostendo primo afferendo verba Sancij n. 6. à Pontio cit. (*oportet autem adesse communem errorem, quo ille verus iudex existimetur, quare non sufficeret error vnius, vel alterius coram eo litigantium.* Probatur ex cap. infamis vers. verumtamen 3. q. 7. ibi verumtamen si seruus dū putaretur liber & ex l. Barbarius ff. de off. pratoris ibi, quamdiū latuit, qui textus de ignorantia vnius, vel alterius intelligi nequeunt; cum leges non considerent, que raro, & in singulari cōtingunt; sed quæ frequenter accidunt. l. nam ad ea ff. de legib. Quare glossa d. l. Barbarius verb. Reprobati inquit circa factum error communis facit ius, & probat ex l. 3. sine ff. de supell. legat. ibi, error ius fecit, quam glossam oēs DD. allegandi tota hac disput. sequuntur) vbi videre est Sancium requirere ad hoc vt gesta valeant communem errorem, nō ex eo, quod communis error ius faciat, sed ex eo; quia leges, quæ statuerunt vt gesta per Iudicem non habentem titulum verum valeant, requirunt errorem esse communem; & solū ad hoc confirmandum, allegat doctrinam Glossæ afferentis errorem communem ius facere, non quidem quasi putet ex errore ius nasci; sed solum; quia non sufficit error vnius; vel alterius; sed requiritur communis. Glossa enim ibi (l. tertia ff. de sepel. leg. ait) sed quomodo solius Principis error facit ius, respondeo quia & alij debēt sequi quod ipse facit, & sic communis error hic facit ius, sicuti & supra l. Barbarius ff. de off. Pratoris. quæ doctrina confir-

mat sanè dictum Sancij, nimirum non sufficere errorem vnius, & ad hoc solū ab ipso afferri. Ceterum in quo sensu communis error ius faciat per Gl. ipse non curat, iuxta tamen ipsius doctrinam ita intelligi debet, id est ius tūc dare iurisdictionem, quando est error communis, & non vnius, vel alteri tantum. id quod apertè potest patere ex vltima ratione, quam subdit hoc eodē n. 6. ad probandum requiri communē errorem ibi (*probatur tandem, quia impedimento communiter noto, & error vni vel alterius, nec iustus, nec probabilis est, & proinde æquum non est illi ius subuenire*) Secundo Sancius n. 3. inter argumenta contrariæ sententiæ probantis non valere gesta ab habente titulum solum putatiuum. ponit hoc (*titulus ille cum sit inualidus iurisdictionem minimè confert, nec communis error eam conferre valet per l. priuatorum C. de iurisdictione omnium Iudicum*) Equidem si Sancius putaret vt videtur Pontius illi tribuere; nimirum ideo valere gesta; quia communis error ius facit; vel si putaret absolutè communem errorem ius facere, negaret vtique secundam partem huius argumenti scilicet communis error iurisdictionem non confert. at ipse dicit eam iurisdictionē dari à titulo inualido posito communi errore; idque prouenire ex eo quod ius civile, & Canonicum id ita statuit. Sancij verba sunt (*ad primum respondeo eam iurisdictionem habere iudicem illum, illamque conferre titulum præsumptum; dum adest cōmunis error, vtrumque enim ius statuit eum titulum, quamuis inualid, & inefficax sit iurisdictionem conferre, dum eius inefficacia communiter ignoratur*) Non ergo Sancius docet communem errorem ius facere, quasi verò ex errore ius oriatur, vt illi tribuit Pont. ibi (error contrarius est cōsensui, quē ius omne requirit,) absurdumque est ius, quod æquum, & bonum est ex erroribus nasci, quare nunquam credendum est ex errore ius nasci &c.) sed tantum vult requiri communem errorem, ad hoc vt gesta valeant, nec sufficere errorem vnius, vel alterius: ad quod magis

magis confirmandum affert Glossam docentem communem err. ius facere, nec sufficere err. solius Principis: quatenus vero docet ius facere, intelligenda est sano modo iuxta mate. de qua agit, & DD. intelligunt, quod in præsentia parum refert.

Denique quod Sancius non ex cõi err.; sed ex iuris dispositione, & æquitate putet valere gesta ab habente titulum coloratũ; patet tũ ex *nu. 5.* vbi probat suam conclusionem ex iure Canonico, & ciuili id statuentibus; & ait (*cuius decisionis ea est ratio, quia sequerentur grauissima incõuenientia, & scandala, si detecto eo impedimento omnia gesta rescindenda forent, quibus ut occurreretur utrumque ius decreuit omnia gesta per eum, dũ communis error durat valere*) & *n. 27.* ait (*ideo valent gesta per habentem titulum putatiuum, quia ius Põtificium, & ciuile ob publicam utilitatem supplet eum defectum concedendo iurisdictionem*) non ergo motus est ex eo, quod communis error ius faciat, vt videtur Pontius asseruisse verbis supra citatis.

QVAERES II.

Angesta etiam à Iudice delegato, qui vere talis non est. sed communiter existimatur, valeant.

- 5 R. valent etiam si sit Delegatus ad vnam, vel alteram causam. probatur ex *C. infamis vers. verumtamen 3. q. 7.* vbi hoc apertè deciditur in seruo; qui putatus Iudex delegatus sententiam tulit, & dicitur valere eius sententiam. idem etiam habetur *l. 1. C. de test. & docent Ant. cap. cũ dilecta de rescriptis n. 15* Abbas *ibi dicēs comm. n. 10.* Felin. *n. 3. dicens esse omniũ* Albe. *l. Barbarus ff. de off. pra. n. 26.* vbi Ba. & Bald. *in 2. lect. Masc. de prob. concl. 649. n. 58.* Corneus *l. 1. n. 10. C. de test. Ba. Sonc. l. men. 73. ff. de iur. om. iud. Ant. Gab. alios referēs 1. 3. cõm. lib. 1. tit. de prob. concl. 8. n. 31.* Marianus *C. fraternitati col. 5. de heret. & alij apud Sanch. hic n. 16. & 39. contra Ioan. And. d. cap. cum dilecta Innoc. n. 1. Guido. Pape decis. 322. Guillel. de*

Cumo quem refert Abb. *n. 10.* & alios quorum ratio est; quia iniudice deleg. cessat communis vtilitas, quæ est in ordinario putatiuo. Adde etiam valere siue ea delegatio sit inualida ob vitium occultum ipsius Delegati, siue sit vitium circa commissionem factam à legitimo superiore, quia hic etiam concurrunt omnia requisita, nempe error cõmunis, & auctoritas superioris conferentis titulum. sic Bart. *conf. 82. incipiēti punitus qu. n. 1. vol. 1. contra Ant. Im. & Dominicum dic. c. cum dilecta Masc. & Ant. Gab. lo. ci. n. 32.* negantes valere; quando est nulla ob vitium commissionis seu rescripti; quia commissio non est publica, vnde communis error circa ipsam operari non poterit.

QVAERES III.

Angesta ab eo, qui habet impedimentum iuris diuini, aut naturalis, vel est excommunicatus, valeant.

- 6 R. Ad primam partem quæsi nullo valere gesta ab eo, qui impedimentum iuris diuini, vel naturalis, etiam si sit cõmunis error vt si omnes putarent esse Sac. v. g. illum, qui est laicus, & quamuis habeat titulum putatiuum; probatur quia Ecclesia non potest tale impedimentum, seu defectum supplere. ratio enim cur valeant gesta ab eo, qui habet impedimentum iuris humani, est quia Ecclesia, & Respublica potest supplere vt habetur ex *d. l. Barbar. ff. de off. pret.* Vnde acta Pontificis, qui esset foemina: vel non baptizatus, vel amens, nulla essent, & sic de cæt. Quamuis Iason. *d. l. Barbar. n. 64.* putet gesta à Pontifice foemina valere, & Albe. *d. l. Barbar. n. 29. Masc. de prob. conf. 649. n. 14.* asserant valere absolutionem datam à laico putato communiter Sac.

Ad secundam partem respondeo gesta per excommunicatum, siue habeat titulum putatiuum tempore, quo erat excommunicatus: siue dum è excommunicatus exerceat aliquam iurisdictionem; quamuis sit publicè excommunicatus, modò non sit publicè denun-

nunciatus, aut Notorius percussor clerici, valent tum quoad forum internū, tum quoad externum siue sit proprius parochus, siue confessor delegatus.

8 Idem dicas de gestis per hæreticos occultos. Probatur eodem pacto; quia est communis error, & titulus præsumptus, & impedimentum est iuris humani. Secundo quia non censetur Eccl. vsu iurisdictionis excommunicatos priuare, dum excommunicatio occulta est. Immo post concilium constantiense, quo non tenemur vitare nisi solos excommunicatos denunciatos, & publicos percussores clerici. Gestas ab excommunicato publico, dum non sit denunciatus, vel publicus clerici percussor valent, siue sint in foro externo, siue in interno v.g. absolutio præstita ab ipso est valida. ita etiam Innoc. sibi contr. cap. 1. de schism. n. 3. Abb. cap. verit. n. 46. de dolo, & contum. Fel. cap. ad probandum n. 7. de sent. & re iud. Castro. lib. 2. de lege pœn. C. ultimo Masc. de prob. concl. 649. n. 45. & loquentes post Concil. const. Ang. v. irregularitas n. 30. sine Maiol. lib. 4. de irreg. c. 25. n. 3. Nau. sum. c. 27. n. 241. §. 4. Enriq. lib. 13. de excō. c. 39. n. 1. & de gestis per hæreticos occultos docet. Driedo lib. 3. de lib. schis. c. 7. Enriq. de pœn. lib. 6. c. 13. n. 12. Bald. l. Barb. in 1. lect. n. 30. vbi Iasa. n. 51. ff. de off. prat. & agentes de gestis pro foro conscientie etiam à delegato tradunt. Palud. 4. d. 17. q. 6. ar. 2. n. 11. Enriquez de pœn. lib. 6. c. 6. n. 2. in com. lit. E. Lud. Lop. 2. p. instr. de excōm. cap. 15. §. sed iā hic occurrit, quatenus vero dicimus absolute omnia gesta valere, est communis DD. in l. Barb. ff. de off. præ. Mascard. de prob. cons. 649. n. 35. Iaco. Sbrofius lib. 3. Vic. Epis. q. 17. n. 9. Vgol. de cœs. tab. 1. c. 13. §. 7. n. 3. Cou. C. almamater 1. p. §. 6. n. 8. ver. ex his colligitur. Quicquid dicat Philiar. de off. Sacerd. t. 1. p. 1. l. 3. c. 12. vbi docet gesta per eum, qui tempore excommunicationis officium adeptus est, esse nulla, & Glossa C. in jamis 3. q. 7. ver. dū putaretur, vbi dicit gesta ab excommunicato occulto esse inualida, quod etiam videtur tenere Sotus lib. 3. de iust. q. 4. ar. 6. ver.

ex quo fit primum.

9 Nec valet limitatio, quam Palacios 4. d. 17. dis. 7. f. 277. ponit, gesta scilicet excommunicati valere, quando non est notorius in alio loco; nec illa, quæ ponunt multi Canonistæ Anch. cap. pia de excōm. in 6. n. 4. Card. C. ad probandum de sent. & re iud. Franc. C. discernimus de sen. excōm. in 6. Host. Goffred. Cald. apud Abb. C. si veritat. de dolo, & contum, & alij cum D. Ant. Angles, & Ledes. apud Sanch. hic n. 34. nimirum non valere excommunicationem ab excommunicato occulto inflictam; quia pro nost. sent. asserere in his omnibus casibus valere, semper militat error communis, & titulus, nec per excommunicationem occultam, aut publicam, si non sit denunciatio, suspenditur iurisdictione post Conc. Constantiense. sic Gloss. C. audiuimus v. non potuit 2491. Arch. ibi Inno. cap. si vere de sent. excōm. vbi Ant. n. 9. Lopus alleg. 89. col. 8. Henr. C. ad prob. n. 3. de sē. & re iud. Sonc. de reg. iur. reg. 166. lit. G. Masc. de prob. con. 649. n. 42. quare, & valide ab excommunicatione absoluet, & ab eo excommunicatus priuatur suffragijs communibus.

10 Hic nota post Concilium Constantiense valere gesta ab excommunicato non vitando, etiam si fiant in fauorem illius, qui scit talem excommunicationem; quia cum huiusmodi excommunicato non prohibemur nunc communicare, & si per dictum decretum retinet vsu iurisdictionis, gesta per illum valebunt non ratione communis erroris, sed quia habet iurisdictionem, cum non sit publicè excommunicatus; nec etiam sunt irrita gesta ab excommunicato vitando, si sit communis error respectu illorum, qui sciunt talem excommunicationem, quia iura, quæ statuunt gesta valere quando est communis error, non attendunt hoc, quod pauci sciant, vel pauci ignorent. Sed tantum si communiter ignoretur: Attamen talia gesta retractabuntur in pœnam delicti eorum, qui sciētes v.g. Iudicem illum esse notorie excommunicatum in aliquo oppido, ius ab eo peti-

petierunt. sic multi Canonistæ Anto. cap. ad prob. de sen. & re iud. n. 1. vbi Abb. Alex. de Neuo n. 2 7. Sylu. excomm. 3. §. 5, Franc. cap. 1. de excomm. in 6. n. 8. Söcin. de reg. iur. reg. 166. lit. G. Castro. lib. 2. de leg. pæn. G. vlt. concl. 2.

11 Sed hoc intelligendum est, quando vere petendo tale ius peccarent; sed vero si non est peccatum ius petere, vt si aliquis sciens Iudicem esse excommunicatum, non toleratum in aliquo oppido, & videt hoc ignorari, nec aliū habeat Iudicem, ad quem adeat, pōt sine peccato adire excommunicatū, & tunc gesta non retractabuntur. Ratio est, quia iste non tenetur publice vitare eum, qui in illo loco non est publicè excommunicatus, nec tenetur manifestare illius excommunicationē. Similiter valet absolutio facta à conf. excommunicato non tolerato, vbi tñ hoc ignoratur; erit tamen nulla, si pœnitens nulla adstrictus necessitate sciēs hunc confessorem esse nō toleratum, illi aperiret peccata; quia tunc peccat lathaliter, & per consequens ratio huius peccati confessio est inualida. sic Adria. 4. dub. 9. §. bis præmissis q. 5. de cōf. Metina. tract. 2. de cōf. Cōf. excomm. sciēter facta dicto 3. Palac. 4. d. 17. disp. 7. fol. 272. Cou. C. alma mater 1. p. §. 6. n. 8. ver. ex his colligitur. Nau. sum. c. 9. n. 10. Capua lib. 2. dec. c. 16. n. 16. Ludou. Lop. 1. p. insl. c. 38. §. quando pœnitens.

* Vbi vide Sancium apertè dicere non retractari gesta in odium illius, qui sciuit impedimentum, sed nō deliquit adeundo eum Iudicem; quia nō tenetur illum manifestare vbi occultus est, nec habet alium Iudicē, apud quē causam suam agat; quare Pontius lib. 5. c. 19. n. 17. frustra hæc habet (limitat Sanch. ea gesta esse retractanda in odium illius, qui conscius eius impedimenti corā illo iudice causam egit, sed non video quonitantur fundamento, quid enim si non alius Iudex erat, corā quo causā agi posset, ille enim cōpetēs erat, debuit ne impedimētū detegere; at sepè nō licet aut quia occultū, aut quia manifestatio nulli esset momēti, si probari nō pōt, quare iustā ille causam habuit, & causam apud illum la-

dicem agendi, & occultandi impedimentum) quæ Pontius, vt videre est, cuiuslibet affert pro excusatione illius, in cuius odium Sanch. dixit retractanda esse gesta à Iudice putato; sed actū agit Pontius, quia Sanch. hos casus excipit, vt dictum est, & voluit casu; quo non peccauit adeundo Iudicem non esse retractanda gesta illius in odium petentis, casus autem, in quibus non peccat ex ipso n. præc. retulimus, suntque iidem, quos affert Pontius. Rationem vero, qua Sanchez motus est, ait se non vidisse Pontius; sed videre debuit; sufficiens enim ratio est tot Doctorum auctoritas, & ex supradictis pro sententia, quam retulit n. 40. rationem huius limitationis colligere. nam ius non fauet alterius malitiæ; ergo quamuis dum est communis error decernat gesta à Iudice non habent auctoritatem valere; sic debet etiam reuocari factum, quando non erat talis error in eo; qui ius petijt, & deliquit petendo. Adde quod innumeri DD. à Sanc. d. n. 40. cit. absolutè tenent respectu eorum, qui sciunt impedimentum, gesta non valere. Denique admiratione dignum videtur; quod Pontius addit (nec vero hæc limitatio Sanch. consonare videtur cum ea doctrina, quam tradit n. 45. propè finem; nullus enim casus erit, in quo ob utilitatem publicam, & ne iudicia perturbentur silere nō debeat priuatus ille, qui nouit impedimentum) Nā Sanch. eo n. 45. circa finem ait (intelligo tamen retractanda esse in odium illius scientis, quando sciens ipse deliquit adeundo Iudicem, quem nouerat alibi denunciatiū vel notorium clerici percussorem: secus si minimè deliquit, cum enim non teneatur ipsum manifestare, vbi occultus est: nec eū in publico vitare, iuxta cap. cum nō ab homine de sen. excomm. nullam admitteret culpam, si nō habens aliū Iudicem, apud quem causas agat, hūc adeat, ac proinde nō venit in pœnam retractanda sentent.) ex qua doctrina non video quid non consonet cum limitatione, quam adhibuit: neque enim Sancius ideò dixit retractanda esse gesta in odium delinquentis, quando tenetur manifestare

festavit, ut meritò Pontius possit dicere nullum esse casum, in quo ob utilitatem publicam silere nõ debeat sciens impedimentũ in Iudice, quod ab alijs ignoratur; sed voluit tũc esse retractanda, quando potens adire alium Iudicẽ, qui causas expediret, & impedimentũ v. g. excommunicationem non haberet, audiuit eum, quem sciebat esse vitandum in alio oppido, ut ex verbis ipsius Sanchez constat.

QVAERES IV.

An gesta intrusi valeant, ut si Iudex nullum habeat titulum, sed tantum sit in possessione.

11 R. Ad hoc ut valeant gesta ab eo, qui est in possessione alicuius officij, non satis est titulus putatius, sed est necessarius titulus collatus a superiore habente potestatem, licet invalidus sit propter aliquod impedimentum. Unde gesta ab intruso tam quoad forum externum, quam quoad internum nulla sunt. probatur ex *C. infamis ver. verũ tamen* 3. q. 7. & *l. Barb.* ubi non solum requiritur communis error, sed ut populus dederit auctoritatem. Hæc sententia est Caet. *sum. v. confess. iteratio titu. confessio sacr. quare ex parte confess. iteranda.* Metinæ *C. de conf. tract. 2. de cõf. confessori ex scie. interfecta. §. sec. dictum* Enriq. *lib. 6. de pœn. c. 7. n. 2. in com. lit. E.* Lud. Lop. *1. p. inst. c. 38. §. iterada ẽ Ara.* 22. q. 60. ar. 6. §. ẽ aliud dubiũ f. 109. Pal. 4. dis. 17. dispu. 8. f. 272. Theol. & per multorum Canonistarum insignium, Vgol. *de cens. tab. 1. c. 2. §. 2. n. 1. & 2.* Alciat. *de pres. reg. 3. pr. 13. n. 13.* Tiraq. *dicens esse comm. post leges conr. gl. 8 de son. marij n. 145.* Humad, Nauarr. Iaso. Soncin. Alber. Alex. de Imola Fulgos, quos refert Sanch. hic n. 49.

12 Contra vero si aliquis dum Iudex ẽ &c. committit aliquod dilectum, quo ipso iure priuatur ab officio, tamen gesta per ipsum valent, quoad utrũq; forum, dum ignoratur talis priuatio, quia priuari non potest possessione, nisi causa cognita. immo si ipso facto ob

crimẽ priuatus esset officio, & possessione; adhuc gesta illius valent; nam, dum non est notoria priuatio, retinet possessionem facti. ita ex Theol. Enriquez *lib. 6. de pœn. c. 7. n. 2. in com. lit. G.* Lud. Lop. *lo. ci. n. præc.* Manuel. *1. 1. sum. 2. edi. c. 2 19. n. 8.* Arag. *l. ci. Ang. cũ Abb. c. nihil n. 11. de elect. Bald. l. 2. C. de vindi. liber. n. 2.* Paul. *1. 1. n. 3. C. de testam. Alex. con. 138. n. 10. vol. 1.* Iason. Rosel. Nauar. & alijs Iuris peritis, quos refert hic Sanchez n. 56. Idem dicas quamuis ab homine priuaretur auctoritate, quia est communis error ortus à iusto tituli initio. ita Enriq. *lib. 6. c. 6. nu. 2. lit. E.* & Manuel *1. 1. sum. 2. edi. c. 60. n. 3* Theol. cum Baldo *l. 2. n. 66. Cod. de ser. & aqua Masc. de prob. concl. 649. n. 67.* & alijs.

13 Hinc infertur gesta per delegatum à delegante intruso esse irrita. Idem dicas si legitimus superior delegat, sed vere non posset delegare; tunc enim non est titulus collatus à legitimo superiore; sicut etiam gesta ab eo, qui nõ fuit electus, & non confirmatus à superiore quando confirmatio est necessaria; & denique quando peccatur in forma electionis; quia deficit solemnitas, & nõ est confirmatio à superiore, nulla sunt acta, quæ fiunt ob dictam rationem, quia deficit titulus.

14 Contraria tamen sententia asserens sufficere communem errorem cum possessione officij est multorum Canonistarum. Innoc. *c. 1. de fide instr. n. 2.* vbi. Host. Io. Andr. Card. *cap. 2. de fid instr. v. quaro si prod. instr. Anto. Gab. t. 3. com. lib. 1. tit. de prob. cõcl. 8. n. 24* & aliorum apud Tiraq. *post leges conr. gl. 8. de son. marij n. 153.* Qui præter cæteras rationes id probant ex *auth. de Tabell. inmediate ante §. vltimum ibi (tunc subiacet pœna Tabellio, ipsis tamen documentis propter utilitatem contrahentium non annullandis)* ex quo Glossa *ver. docum.* dicit quod quoties Tabellio perdit officium, non idẽ debent vitari instrumenta. Et confirmatur, quia ibi Tabellioni interdicitur ne alteri confessionem instrumenti deleget, & proinde eo delegante caret titulo delegatus; & ta-

& tamen ibi definiuntur valida esse instrumenta confecta à tali delegato.

15 Sed ad hoc argumentum respōdet Sancijs his verbis (*ad secundū dic, quod licet Tabellio perdat titulum, at dum eo non priuatur sententia Iudicis; verum retinere titulum, & esse verum Tabellionē; & sic gesta per ipsum valent, ut pote ab habente titulum; unde ad confirmationem dicito illum delegatum habuisse auctoritatem à vero Tabellione habente potestatem; quamuis enim ipsi interdictum sit ne deleget, valet delegatio.*)

* Quæ verba si Pontius aduertisset, profectò non dixisset lib. 5. cap. 20. n. 5. circa medium Sanchez non percepisse vim argumenti ex dicta auth. desūpti, & per hæc, quæ dicit in hac respōsione contradicere doctrinæ, quæ paucis ante lineis tradiderat; & nos n. 13. retulimus, nimirum non valere gesta à delegato quando verus superior delegaret, casu quo verè delegare non posset, & valere gesta a delegato Tabellionis, cui prohibitum est delegare; fiat enim absque vlla contradictione vtrumque Sancijs dictum; nam quādo Tabellio, cui prohibitum est delegare delegat, delegatio non est nulla, quia vere est ab eo, qui habet auctoritatem delegandi; nec per prohibitionem discernitur illam delegationem esse ipso iure nullam; & delegatus habet titulū collatum ab habente auctoritatē delegandi, licet per prohibitionem impeditam. At quādo verus superior delegat, qui in aliquo casu verè delegare non potest, talis delegatio est nulla; & sic delegatus nullum habet titulum; quia non est delegatus ab eo, qui hēt auctoritatem delegandi. Vide ergo Pontij, quam benè Sanch. hac disputatione n. 51. dicat non valere acta delegari à superiore non habente verè potestatem delegandi, ut retuli num. 13. concedere verò num. 54. valere gesta à delegato Tabellionis, qui prohibitus est non delegare; sed habebat potestatem verè delegandi; & taterè tandem te non percepisse

Sancijs respōsionem; aut si hoc nolis; dicas te non satis eam attendisse.

Quoniam vero hic Author tam apertam iniuriam, nescio an iure, ne dicam aliud, Sancio irrogat, eius verba per extensum hic subdam, ut apertè appareat ipsius ne impugnatio, an nostra defensio præualeat, ait igitur (*horum Doctorum sententiam, nempe sufficere titulum collatum etiam ab eo, qui non habet potestatem ad hoc, ut gesta valeant (probat efficaciter textus in authentica de Tabellionibus siue nouella quadragesimaquarta cap. 1. sine, ibi, documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis; eius argumenti vim non omninò percepisse videtur Thomas Sanchez in hoc sibi ipsi repugnans. Explico vim huius argumenti isto pacto: Tabellioni per eam Iustiniani nouellam interdictum est delegare, atque ita interdictum, ut omninò priuatus sit potestate delegandi, ut ex textu constat: ergo idem iudicium de illo est, quoad delegationem, ac si intrusus delegaret, & de delegato idem iudicium faciendum est, atque de eo, qui nullum titulum à superiore habet, nam quoad delegationem non magis Tabellio potens est, quam quivis de populo) & postquam refert Sancijs sententiam subdit (quomodo iste Auctor sui oblitus paucissimis interiectis lineis, scilicet nume 10 quinquagesimoquarto Delegatum Tabellionis habuisse auctoritatem à vero Tabellione, & quamuis illi interdictum sit ne deleget, valere tamen delegationem) hæc Pontij non dicam verba, sed iaculam iam satis, superque à nostro Sancio auertimus, ostendimus enim ipsum docere Tabellionem posse delegare ex eo, quia licet perdat titulum; dum tamen per sententiam non priuatur, retinet possessionem, & sic delegatio est facta ab eo, qui verè habet potestatem; licet interdictum sit illi delegare, nec*

Pontius probat quod dicit, scilicet in eo textu priuari Tabellionem potestate delegandi, hoc, inquam, verum non est; & à Sancio iamdiu negatum est, dum enim ipse retinet possessionem facti, quamvis ipso iure, vel per sententiam hominis, priuetur tabellionatu, adhuc potest delegare, quia adhuc est Tabellio per illam possessionem, vt tradit Sāc. n. 56. & ego retuli n. 12. cū multis alijs DD. at superior, qui verē superior ē, sed nō hēt potestatem delegandi, si deleget, gesta à delegato non valēt; quia is nullū habet titulum delegandi, & verē dicitur intrusus. Neq; dicas cum Bald. *C. dudum n. 18. de elect.* quē affert Sanc. n. 55. fi. & Pōt. hic quasi proprio Marte inuentum affert, scilicet eodem modo est ille, qui priuatus est officio, ac ille, qui nunquam potestatem habuit; nego enim ex Sancio, id ita esse, quia in illo, qui habuit officium, & deinde eo priuatus est, remanēt aliqua reliquā, scilicet possessio facti; qui vero nūquā habuit potestatem, non habet illam possessionem, & per consequens ē intrusus; igitur in casu nostro Tabellio potest delegare; quia habet saltem possessionem facti, at legitimus superior casu quo esset talis, vt non haberet potestatem delegandi, si deleget erit intrusus, quia nullum habet titulū talis delegationis, quæ sine vlla contradictione dicti sunt à nostro Sancio.

Ex dictis resoluitur casus initio disputationis propositus. An valeat matrimonium initum coram Parocho, qui habet possessionem parochiæ absque vero titulo.

16 Dico enim si parochus nullum habeat titulum, & sit intrusus, non valere matrimonium coram eo contractum iuxta nostram sententiam, quamvis alij, qui dicunt gesta intrusi valere dicant etiam in hoc casu valere matrimonium coram eo contractum. Si vero habeat titulum, licet ob aliquod impedimētum inualidum, & sit communis error, valet matrimoniū, sicuti valet etiam si Parochus det licentiam laico, qui per errorem communem Sacerdos putatur, vel sit hæreticus, etiā si

à Cōcilio prohibeatur ne heretico detur facultas assistendi, quia valet communis error; & etiam si contrahentes sciant parochum non habere verum titulum, vt ex dictis patet, ex quibus.

17 Infertur primo, quamvis Parochus beneficium eo ipso amiserit, si matrimonio assistat, vel alteri licentiam assistendi det, valet matrimonium, quia nondum possessione spoliatus est.

18 Infertur hinc secundo non valere acta à paroko electo à Cōcilio oppidano, qui casus euenit, nam dum parochus proprius abesset ab oppido, Cōciliū oppidanorum elegit simplicē Sacerdotem in Parochum, cuius gesta inualida fuere, quia nullam oppidani illi habent iurisdictionem, & sic matrimonia sunt nulla. proles tamen ob bonam parentum fidem erit legitima. Infertur tertio validum esse matrimonium si parochus fictē concedat Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, validamque esse confessionem à Sacerdote factam, cui Episcopus fictē concessit licentiam. sicuti & quando Prælati videns, & tacēs permittit aliquem non habentem iurisdictionem audire confessiones.

19 Infertur denique quando sunt diuersæ DD. opiniones circa validitatem confessionis &c. Si quis amplectitur aliquam, quæ coram Deo non sit vera, adhuc valent omnia acta, &c. ac si vera fuissent.

* Hic ego non video quam connexionem habeat hic casus de fictē concedente licentiam cum illo de fictē promittente matrimonium, vt ex hoc, quod Sanchez putauerit promissionem fictam cum animo non adimplēdi promissum non obligare; valere tamen matrimonium cum licentia assistendi fictē concessa; Pontius lib. 5. cap. 19. num. 14. asserat eum non sibi constare, ibi (*quare huiusmodi licentia valent non tantum ex equitate, sed mero iure, in quo etiam non satis sibi constat Thom. Sanchez cum in sponsalibus, & alijs contractibus sentiat cum Ledesma, vt eo loco notauit.*) sed quænam Ponti connexio inter

certam sedem, ac domicilium habitationis habent; sed hinc inde vagantur animo nullibi permanendi. Secundo illi, qui deserentes pristinum domicilium nauigant ad nouum acquirendum, siue habeant in animo iam determinatam sedem, & locum habitationis, siue nō. ita Host. *sum. de pœn. & rem. 9. cui confitendum n. 14. ver. 4.* Io. Andr. *C. omnis vtriusque sexus de pœn. & n. 13. Tab. absolutio 1. n. 41.* Nauarr. *C. placuit de pœn. d. 6. n. 75.* Greg. Lop. *l. 22. t. 4. p. 1. ver. dondemore. cum Ricc. 4. d. 17. ar. 3. q. 1. corpore.* Paludan. *ibi q. 3. ar. 3. n. 22.* Fr. Alex. *lib. 1. sum. c. 3. de potest. confessor. n. 45.* & Enriq. *l. 11. de ma. c. 3. n. 3.*

2 Hinc infertur vagum dici illum, qui licet in Ciuitate aliqua sit, & ibi habeat domicilium; tamen reliquit habitationem, quam habebat, & nondum determinatam domum conduxit, vel si conduxit, non potuit illuc se transferre, quia habitatoribus nō expectata est, & interim veluti hospes moratur in aliqua domo pro breui tempore, atque hi omnes vagi possunt cuiquamque parocho confiteri; nec tenentur in parochia, in qua breui tempore hospitantur, donec ad domum conductam se conferant, accipere sacramenta, secundum probabiliorem sententiā. sic Palud. *n. 21. lo. ci. D Anto. 3. p. 1. 17. c. 4. casu 3.* Enriq. *Ricc. lo. ci. Gaet. sum. ver. absol. ex parte absoluentis.* & alij. quia hi, vbique sortiuntur forum, & possunt pro delictis alibi commissis puniri ex Iul. *Clar. lib. 5. recep. pract. crim. 6. fn. qu. 39.*

QVÆRES II.

Quis sit proprius vagorum Parochus ad eos coniungendum.

3 Resp. potest quicumque Parochus vagorum matrimonio interesse; quia ille est parochus ad assistendum matrimonio, qui est proprius Sacerdos ad audiendas confessiones, vt dictum est *disp. preced.* sed proprius Sacerdos vagis ad confessionem est quilibet parochus, vt dictum est; ergo quilibet parochus

erit etiam ad matrimonium proprius Parochus. ita Manuel dicens esse Cardinaliū declarationem *1. t. sum. 2. edit. c. 219. n. 3.* Vega *lib. 3. sum. casu 225.* & alij. Idem dicas si vnus contrahentium sit vagus, alter non; quia cum, sufficiat vt parochus vnus contrahentis assistat matrimonio, & vnus contrahens sit vagus, habebit pro proprio quemlibet parochum, vnde quilibet potest assistere matrimonio cōtracto à vago habitationem non habente. Potest etiam quilibet Sacerdos assistere de licentia parochi, qui potest vagis assistere iuxta Trident. *sess. 24. c. 1. de ma. ex Petr. Ledes. de matr. q. 45. ar. 5. cir. 3. punctā post 4. dub. fol. 193. col. 1. §. dico 3.* & hæc vera sunt etiam si in fraudē proprii parochi facti sint vagi deserentes domicilium; quia vruntur iure suo quamuis in hoc contradicant Ledes. *dub. 21. fol. 1332. §. annotare oportet de matr. & Vega dic. casu 225.*

4 Limita tamen dictum, nisi in aliqua Ciuitate esset Sacerdos Deputatus ad audiendas confessiones vagorum à Sūmo Pontifice, & esset prohibitio, vt nullus alius eas audiret; quia tunc hic debet matrimonio vagorum assistere. Verum etiam in isto casu non videtur sublata iurisdictio, & sic esset validum matrimonium coram alijs Parochis contractum.

QVÆRES III.

Quam diligentiam debet parochus promittere.

5 Resp. non potest parochus vagorum assistere matrimonio, quando ambo contrahentes sunt vagi, vel vnus est vagus, & alter habet domicilium, nisi præmissa diligentia sufficienti, & obtenta licentia Episcopi, seu Vicarij Generalis. ita Trident. *sess. 24 de matr. cap. 7.* idem etiam est obseruandum vt petatur licentia Episcopi, seu Vicarij Gen. quando aliquis contrahentium esset alienigena, & haberet alibi fixum domicilium; nisi tamē ea ætate peruenisset illuc; vbi vult contrahere, vt antea nō potu-

potuerit matrimonium inire; quia in tali casu fufficit parochi licentia tantū, vt docet Segura *direct. Iud. 2. p. c. 16. n. 18.* Intellige dicta quoad licentiam petendam ab ordinario, de vagis, qui nullibi habent certam sedem. non de ijs, qui in aliqua Ciuitate sunt, & tantū quærunt domum, vbi habitent; quia priorem domum reliquerunt; hi enim possunt absque licentia ordinarij matrimonio coniungi iuxta superi' dicta.

- 6 Peccat tamen mortaliter parochus, qui vagos coniungit non seruatis ijs, quæ diximus *num. preced.* quia facit cōtra præceptum Trident. in re graui; licet matrimonium sit validum, quia ad eius essentiam fufficit assistētia proprij parochi, vel alterius Sacerdotis de eius licentia, & duorum testium sic Enriq. *lib. 11. de matr. c. 3. n. 3.* Veracrux *app. ad spe. fol. 85. §. ecce quo pacto Petr. de Ledes. de ma. q. 45. art. 5. circa 3. punctum post dub. 4. fol. 193.* & alij, sicut etiam peccabit mortaliter Sacerdos; qui de licentia parochi assistat vagis contrahentibus non petita licentia ab Episcopo, vel Vicario, nec præmissa diligentia. ita Petr. de Ledes. *l. c. §. dico tertio.*

DISPVATIO XXVI.

Qualiter possint Religiosi in nouo Indiarū orbe matrimonio assistere absque parochi licentia, & quid possint circa vagos.

- 1 **D**ico primo Religiosi, qui in oppidis assignatis, vel assignandis exercent munus parochi, coniungere matrimonio possunt sibi subditos absque vlla licentia ordinarij per priuilegium Pij V. relatum à Veracrux *app. ad speculum fol. 90.*
- 2 Possunt etiam coniungere eos, qui per habitationem fiunt parochiani loci illius, in quo ipsi parochi ministeriū exercent. Tertio possunt coniungere vagos, sed in hoc casu debent petere prius licentiam ab ordinario iuxta Cōcil. Trident. decretum *sess. 24. de matrim. c. 7.* quia priuilegium Pij V. ipsis

concessum non derogat Trident. nam non censetur derogare decretis Concilij generalis, nisi fiat expressa mentio his verbis: (*non obstante aliqua lege in Concilio Tridentino edita*) vt docet Nau. *sum. c. 27. n. 265.* Couarr. *4. var. c. 16. n. 6. & 4. decr. 2. p. c. 8. §. 9. n. 6.* dicens totum mundum hoc amplecti. Cordu. *lib. 4. quest. 99. §. 3. p. P. Mol. 1. 1. de iust. d. 173. fol. 988.* & alij apud Sanch. *n. 7. hic tamen Veracrux app. ad specul. fol. 88.* tenet ipsis non esse necessariā hanc licentiam Episcopi, seu ordinarij, quia in priuilegio dicitur *ordinariorum locorum, & aliorum licentia minime requisita.*

- 3 Dico secundo dum iter faciunt possunt coniungere matrimonio eos, qui licet sint in terris, vbi Religiosi non sunt parochi; tamen non habent proprium parochum; quin in hoc casu docet Enriquez posse quemlibet Sacerdotem assistere ex tacita licētia Papæ; *l. 11. de matr. c. 3. nu. 5. in com. lit. R.* quia ita cōcessum est in priuilegio Pij V. sed si prædicti Incolæ habeant parochum, sed absentem, nō possunt Religiosi assistere illorū matrimonio tāquam parochi, quia hæc facultas non conceditur à Pio V, sic Veracrux *app. ad specul. cit. sine.*

- 4 Hęc autem licentia exercendi tale munus parochi primo concedi debet Religiosis à suis Prælati in Capitulo Prouinciali, vel à Prouinciali, seu Vicario, cui capitulum commiserit vt possit quos voluerit in parochos eligere; & ex tunc intelligantur ab ipso capitulo electi. Secundo debent constitui in illis oppidis, quæ Episcopus; aut Prorex, aut gubernator concedet, quibus assignatis, vel assignandis post factam assignationem non possunt Episcopi aliquid innouare iurisdictionem auferendo; quia ea concessa est à Pōtifice. Tertio debet hæc facultas concedi à capitulo eiusdem Prouinciæ, alias concessio facta à capitulo fratribus alteri

Prouinciæ, nulla erit, quia hi non subduntur tali capitulo. sic etiam Man. *q. reg. s. 1.*

q. 35. ar. 1. 3. & 6.

DISPVATIO XXVII.

An Archipræbyter Ecclesie Cathedralis possit interesse matrimonio in tota Diœcesi.

Respondeo negatiuè, quia nulla est huius rei ratio, & vsus hoc affirmat; nisi tamen Archipræbyteratus esset talis, vt ex officio ipsi esset annexum audire confessiones omnium Diœcesis illius; tunc enim posset etiã assistere matrimonio, & in hoc sensu intelligendi sunt multi Canonistæ Tabiena Rebuff. Archidiaconus, Hostie. & alij apud Sanch. hic n. 1. afferentes posse Archipræbyterum assistere matrimonio omnium toti Diœcesis; sed hoc non est in vsu vt dictum est.

DISPVATIO XXVIII.

Quis alius præter proprium parochum censeatur ordinarius, qui possit assistere matrimonio, & alteri licentiã dare.

Dico primo Archiepiscopus non potest dare licentiã assistendi, neque assistere matrimonio subditorum suffraganei; quia non est ordinarius ipsorum, nec habet iurisdictionem, nisi in causis ad ipsum deuolutis per appellationem, sic etiam ex Theologis Enriquez lib. 11. de matr. c. 3. n. 4 Manuel 1. 1. sum. 2. edi. ca. 219. n. 6. & Petr. de Ledes. de matr. q. 45. ar. 5. punc. 3. paulo ante dub. 4. ex quo patet in casu appellationis, quando Episcopus nollet dare licentiã assistendi matrimonio suorum subditorum, posse tunc Archiepiscopum assistere, vel dare licentiã assistendi quia iam habet iurisdictionem per appellationem.

Intellige quando sua sententia transit in rem iudicatam alias dum terminus appellationis durat, non potest assistere, nec dare licentiã, quia quicquid Iudex appellationis agit, nihil valet, donec sententia transeat in rem iudicatam (res iudicata dicitur quando pars aduersa consentit, vel quia tractati sunt decem dies à sententia data.)

Maranta præf. 6. p. 11. & quandoque appellatur n. 173. & 400. cum alijs ibidem. Contra vero si mota lite circa matrimonium proprius Episcopus assistat, etiam si pars aduersa appellet, matrimonium illud valet; quia per appellationem non suspenditur nisi iurisdictione, quæ non requiritur ad coniungendum aliquos matrimonio, vel ad dandam alteri licentiã assistendi, vt dictum est lib. 3. disput. 21.

Dico secundo capitulum potest dare licentiã sede vacante; quia succedit omni iurisdictioni ordinariæ Episcopi. Secundo Abbates exempti, quia sunt ordinarij. sic Enriquez, Manuel & Petrus Ledes. cit. n. 1. Tertio Cardinales in Ecclesijs proprijs tituli, quia habent iurisdictionem quasi Episcopalem in illis. Enriquez, & Manuel. Quarto legati Pontificis possunt matrimonio assistere, & dare licentiã assistendi in Prouincia suæ legationis, etiam si sint legati à Pontifice, vt præsentant alicui Prouinciæ, quia isti omnes dicuntur proprij Sacerdotes ad excipiendas confessiones, & ad dandam alijs licentiã ex C. 2. de off. legati in 6. & tradunt Host. Io. Andr. Ant. Card. Anch. Abb. C. omnis vt iusque de pæn. & alij; ergo etiam ad assistendum matrimonio dicuntur proprij Parochi, vt dixi hoc lib. disp. 23. & hoc verum est etiam si non sint legati à latere; quia quoad hoc sunt pares.

DISPVATIO XXIX.

An Vicarius Episcopi, & aliorum qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possit matrimonio assistere, & alteri licentiã assistendi dare.

Questio proposita in titulo pendet ex ea an Vicarius Generalis sit ordinarius, & an ex suo officio possit confessiones audire omnium de Diœcesi; nam si talis est sequitur ex dictis posse assistere matrimonio, & alteri licentiã dare. quare.

QVAERES I.

Quisnam dicatur ordinarius.

- 1 Resp. Ordinarius est primo Vicarius Generalis Episcopi, habetq; iurisdictionem ordinariam; quia illa est iurisdictione ordinaria, quæ conceditur à Canone, vel lege ex *cap. à Iud. 2. q. 6. & l. & quia ff. de iurisd. omni. iud. sed iurisdictione Vicarij Generalis est à Canone, & tantum Episcopus eligit illum ex cap. 2. de off. vic. in 6. ergo iurisdictione Vicarij Generalis est ordinaria, & per consequens ipse est ordinarius. Confirmatur, quia interponere decretum in alienationibus rerum minorum, & emancipationibus non possunt fieri nisi ab ordinario ex *l. 2. ff. de off. eius. sed Vicarius Generalis hæc præstat l. fin. C. de off. sic. eius qui vicem ergo &c. Ita Archidia. cap. 1. de off. vic. in 6. Io. Andr. C. ne aliqui n. 8. de heret. Host. cap. 2. ne præl. vic. suas suber v. sustinuerit. Innoc. C. sua nobis initio v. iurisd. de off. vic. Bart. l. 1. sine ff. quis & à quo appelletur Abb. C. relatiu n. 8. de off. delegati. Hieronymus Lancus de different. iur. ciu. & can. diff. 1. n. 165. Pauin. de off. capit. sede vac. 2. p. pri. q. 1. n. 7. habetur l. 13. tract. Roma. sing. 58. n. 4. Franc. Marcus qu. del. fin. 3 17. n. 7. p. 1. Iason rub. de off. eius cui man. n. 2. vbi Alex. n. 15. Fel. Bertach. Afflic. Maranta, Conradus, Masc. Vgol. Couarr. & alij 30. ferè canonistæ cum D. Anto. Enriq. Manuel, & Lud. Lop. Theolog. contra Goffr. Hoff. Alciatum, & Ant. Gom. quos citat Sanch. hic n. 2. & 3.**
- 2 Ordinarius etiam dicitur, & venit nomine ordinarij quoties in aliquo decreto mentio fit ordinarij, nec materia aliud postulat, non solum Episcopo, sed etiam quicumque habet iurisdictionem ordinariam; Vicarius generalis sede vacante, & Vicarius illorū, qui habent iurisdictionem Episcopalem ob eandem rationem, vt docent Abb. C. cum olim. de præscrip. n. 2. Sylu. excomm. 9. ca. 47. n. 92. notab. 2. Nau. l. 4. cons. in 1. ed. t. despon. cons. 5. n. 2. Gut. q. can. lib. 1. c. 19 n. 15. v. nihilom. Flam. de Resig. benefic. l. 3. q. 11. n. 19. & alij multi.

- 3 Vtrum autem, Vicarius generalis sit ordinarius tantum in ijs causis, quæ ipso iure ex vicarij officio sibi cōpetunt; an etiam in ijs, quæ ab Episcopo specialiter committuntur, & officio vicarij non competunt dubium est. Alij affirmant vt Lopus c. 2. de off. vic. in 6. vbi n. 2. q. 1. Anchar. Domin. n. 9. Alij negant, vt Marantapræf. 4. p. d. 5. princip. an iud. sit ordinarium n. 16. Tab. ver. delegare n. 2. q. 1. Felin. rubr. de off. deleg. n. 4. Sed respondeo cum distinctione, si Episcopus vnica commissione dum instituit Vicarium, committit illi aliquos casus ex his; tunc vicarius quoad hos etiam casus est ordinarius; quia tunc iurisdictione ordinaria, quæ dignior est trahet ad se delegatam, quæ est minus digna. si verò diuisim committuntur illi casus, & in commissione nō fit expressa mentio vicariatus (vt committimus vicario nostro, vel potestatem vicario nostro commissam ad hos casus extendimus) tunc potestas est delegata quoad hos casus, & in his casibus, in quibus Vicarius est delegatus, possumus ab ipso ad Episcopum appellare. sic intellige C. Romana de appell. in 6. vbi dicitur à vicario generali non appellari ad Episcopum, nempe in causis, in quibus est ordinari⁹. ita Ioan. Andr. add. ad specul. t. de off. vicarij ver. dubitari videtur Beroius con. 22. n. 14. vol. 1. Iac. Sborz. d. vic. Episc. l. 2. q. 55. nu. 39. & loquentes in casu appellationis Maranta præf. 4. p. d. 5. cit. Iac. Sborz. Anto. Cucus lib. 2. inst. mai. l. 8. n. 113.
- 4 Contra vero Vicarius foraneus etiā si sit ad vniuersitatem causarum non est ordinarius, sed delegatus, & ab ipso potest ad Episcopum appellari; quia non confertur illi iurisdictione à Canone; sed ab Episcopo, qui non potest iurisdictionem ordinariam conferre. ita Bart. l. vnic. fin. ff. quis, & à quo Alex. de Neuro C. dilecti 3. n. 28. de app. Cou. præf. c. 4. n. 8. Rebuff. præf. benef. t. de vicar. episc. n. 6. & alij contra D. Ant. 3. p. t. 19. c. 10. §. 2. & Sylu. v. vicar. q. 4. putantes esse ordinarium quando constituitur ad vniuersitatem causarum in aliqua parte Diocesis.

5 Quod si quæras quisnam dicatur Vicarius generalis. Respondeo illum dici, qui gerit vices ordinarij, qui illum constituit in eodem loco, & Tribunali, vbi ipse ordinarius consuevit ius dicere; quare erit Vicarius Generalis si tantum habeat vniuersitatem causarū spiritualium pro tota diœcesi, vel temporalium tantum. Contra vero non erit generalis si ab Episcopo constitutur tantum in ipsa Ciuitate, in qua residet Episcopus, vel in aliqua parte Diœcesis. Vide Cardinalem; *clm. 2.* & Iacobum Sborzium *l. 1. de Vic. Episc.*

QVÆRES II.

An Vicarius Generalis possit potestate ordinaria audire confessiones omnium de Diœcesi, & alijs licentiam cōcedere.

6 Resp. probabilius est posse Vicariū Generalem ex off. audire cōfessiones omnium in tota Diœcesi, & alijs licentiam dare, & ita comprehendī nomine proprii Sacerdotij in *C. omnis vtriusque sexus*. Probatur, quia est ordinarius, vt dictum est, & verè Prælatus in tota Diœcesi, & superior parochis: ergo potest ex officio audire cōfessiones, & alijs licentiam dare. Confirmatur tū quia constituit vnum Tribunal cum Episcopo: tū quia nomine Episcopi quādo non excluditur Vicarius; & est res, quæ ex officio ipsi conuenit; intelligitur esse Vicarius Generalis: ergo quod etiam patet quia *Trid. sess. 25. cap. 3 de refor.* ait solos Episcopos posse concedere excommunicationem pro rebus ablatis; & tamen potest etiam Vicari⁹ generalis, vt docent Sborzium *lib. 2. de Vic. epi. q. 171. n. 2.* Man. *1. sum. 2. edit. c. 79. n. 1.* Gut. *lib. 1. q. can. c. 11. nu. 8.* Hanc sententiam tenent Hoff. *cap. om. d. v. à proprio sacer. vbi n. 8.* Ancha. Abbas *n. 12.* Henricus *n. 28.* Iacobus de Cochis *iurepe. d. ca. om. n. 115.* Nau. *C. placuit de pæn. d. 6. n. 62. v. infernr. & tertio* & alij multi cum Gabr. *4. d. 17. q. 2. ar. 1. ad finem.* Henriq. *l. 6. de pæn. c. 13 n. 3. in com. lit. M.* Theologis, quib⁹ et fauent Gaet. *sum. v. excommun. c. 64. &*

Suar 3. p. q. 82. ar. 3. dis. 72. sec. 3.
7 Contraria tamen sententia, quæ negat hos Vicarios habere talem iurisdictionem, est satis probabilis. Ratio est, quia ex off. Vicarij habet tantum iurisdictionem in contentiosis, & causis civilibus, vt patet ex *C. 2. de off. Vic. in 6.* & quia Concilium Trident. *sess. 25. de reform.* statuit vt nullus possit confessiones audire, qui ab Episcopo non sit approbatus. Pro ea sunt multi, ac graues Canonistæ Bonif. *clm. 1. de vita, & hon. cler. n. 24.* Nau. *l. 4. cons. in 1. edi. t. de spons. cons. 5. n. 2.* Imola *ca. de monac. de præb. n. 5.* qui docent nomine diœcesani non intelligi nisi Episcopum: ergo dum Trident. requirit approbationem ab Episcopo ad audiendas confessiones, non potest Vicarius intelligi, & tenet expressè Sborz. *q. 14. l. 2. de vic. car. epi. n. 3.* Bero. *cōf. 22. n. 11. vol. 1. So. 4. d. 18. q. 4. ar. 3. v. circa concess.* Ex his patet quod quærebamus, nimirum.

An possit Vicarius Generalis matrimonio assistere.

8 Dico enim posse Vicariū generalē sine alia expressa licentia Episcopi, sed ex propria sui officij constitutione assistere matrimonio, & alijs licentiā dare assistendi: quia per Trid. dicitur posse assistere parochū, vel aliū Sacerdotē de licentia ordinarij, sed Vicarius Generalis est ordinarius. Sec. quia potest de causis matrimonialibus cognoscere ex *C. fin. de cogn. spir.* ergo potest assistere matrimonio, & alteri licentiam dare. quia hoc minus est.
9 Idē posse dicas Vicarios eorum, qui habent iurisdictionem quasi Episcopale, & capituli sedē vacante. Immo etiā Vicarius foraneus potest assistere, & dare alteri licentiā, in casu quo haberet delegatā cognitionē causarum matrimonialium, quia si potest de principali cognoscere, poterit et de accessorio & præbulo. ita docet Nau. *lib. 4. cons. 1. edi. con. 47.* Enriq. *l. 1. de ma. e. 3. n. 4.* Salzedo *pract. c. 75. v. 14.* Manuel. *1. t. sum. in 2. edi. c. 119. n. 15.* & alij contra Pe de Led. *q. 45. ar. 5. dub. 4. fol. 192.*

DISPVATIO XXX.

An Vicarius Episcopi, qui sit reuocatus morte ipsius Episcopi, aut reuocatione facta per Episcopum, quam tamen ipse ignorat, aut sit suspensa eius iurisdictio ob excommunicationem incursum ab Episcopo validè assistat matrimonio, & alij licentiam assistendi dare possit?

I Ad solutionem quæsti sciendū est triplici modo Vicarij iurisdictionem cessare. Primo cessat morte ipsius Episcopi etiā quoad negotia cæpta; & in casu, in quo mors ipsi non intimata fuisset; sed alij cōmuniter scirent; quia Vicarius cum Episcopo cōstituit vnum Tribunal; ergo cessante Tribunali Episcopi per mortem, cessat Tribunal Vicarij. ita Abb. cap. quoniam Abb. n. 10. de off. deleg. Rebuff. C. postulatis notab. 2. n. 16. de cler. excomm. minist. Imola clem. fin. de procur. nu. 17. Sylu. Vic. q. 4. Couarr. 9 pract. c. 4. n. 4. Nauarr. C. nullam 18. q. 2. n. 22. coroll. 12. Ant. Cucus l. 2. inst. ma. t. 8. n. 133. Paz pract. t. 1. p. 1. temp. 2. n. 9. & loquentes quoad negotia cæpta tradunt Bertachin. in repet. lit. V. ver. Vicar. sub n. 40. ver. vicar. Episc. Sborzius de Vicar. Episc. l. 3. q. 18. n. 7. Couarr. Ant. Cucus Rebuff. prax. benef. t. de for. Vicariat. n. 162. Theologis. non sic autem in delegato, cuius iurisdictione non suspendit morte delegantis quoad negotia cæpta, quia delegati, & delegatis non est vnum tribunal. vt docent Sborzius, Anton. Cucus, Couarr. citati.

2 Secundo si Episcopus est excommunicatus non toleratus, vel suspensus, aut interdictus facta dēnunciatione publica talis suspensionis, suspenditur iurisdictione Vicarij, vt etiam dicūt multi Canonistæ Bonif. clem. fin. n. 39. Maranta de ord. iud. 4. p. d. 5. princ. an iudic. sit ord. n. 70. Sylu. Vicar. q. 4. d. 4. Gut. q. Can. l. 1. c. 1. n. 83. Rebuff. super reg. cano. 13. §. aut Vic. perp. Tab. Vic. nu. 8. Selua benef. p. 2. q. 14. n. 6. Card. Abb. Felin. D. Ant. Vgol. & alij apud Sanch. n. 6. hic, & loquentes in suspensione, & interdicto traduat. Paris. com. 83. n.

10. vol. 4. Sborzius l. 3. de Vic. ep. q. 17. n. 4. etiam quoad negotia cæpta ante Episcopi excommunicationē, ob eandem rationē; quia facit vñ Tribunal cum ipso; quare etiam in hoc differt à legato, quia legati potestas nō suspenditur saltem quoad negotia cæpta excommunicatione delegantis. quamuis Sylu. absol. 2. q. 6. & Riccard. 4. d. 18. ar. 10. q. 4. putent absolutè non suspendi Vicarij iurisdictionem per Episcopi excommunicationem, & Armilla putat valere quoad negotia cæpta. ve. Vicarius num. 10.

3 Nota quod quamuis suspendatur iurisdictione Vicarij in dicto casu; tamen non per hoc non est verus Vicarius habens iurisdictionem habitualē, ac per hoc si quidam tertius deleget causam aliquam Vicario Episcopi excommunicati, suspensi &c. potest talis Vicarius hanc causam cognoscere; quia est verus Vicarius, & non exercet iurisdictionem dimanantē ab Episcopo excommunicato, sed ab alio tertio delegante. sic Paul. Card. Anch. Felin. clem. 2. de rescript. Sborzius l. c. n. 10.

4 Tertio cessat iurisdictione Vicarij per reuocationem factam ab Episcopo ad hoc autem vt talis reuocatio effectū habeat, & gesta per Vicarium nulla sint; debet intimari ipsi Vicario secundum probabiliorem sententiam; nec sufficit si Vicarius sciat talem reuocationem aliunde, sed requiritur vt certior fiat per ipsum Episcopum, vel per eius epistolam, vel per alium nomine Episcopi, aut per eius procuratorem, aut nuntium ad id destinatū; quia res per easdem causas nascitur, & dissoluitur cap. 1. de reg. iuris. sed ad constitutionem Vicarij requiruntur prædicta; ergo etiam requiruntur ad reuocationem, & hoc adeò verum est, vt etiam si sciant omnes talem reuocationem, ipsi verò non intimata fuit, valeāt gesta per ipsum; quidquid dicat in contrarium Alber. l. more nu. 22. ff. de iur. omn. iud. idem ob eandem rationem, dic de reuocatione delegati. ita Boerius dec. 347. à n. 14. Rebuff. prax. benef. t. de forma Vic. n. 212. Ant. Cucus l. 2. inst. ma. t. 8. nu.

l. 8. n. 147. contra Sborzium l. 3. de Vicar. ep. q. 33. n. 10. Felin. C. cupientes nu. 5. in princ. de elect. in 6. Archid. nu. 3. ver. notitiam ibi, & alios putantes satis esse si sciat reuocationem aliunde. his positis.

5 Respondeo ad quæsitum si morte Episcopi Vicarius sit reuocatus, non potest assistere matrimonio, nec alteri licentiam assistendi dare; quia non est Vicarius amplius: excipe tamen quando communiter ignoratur mors Episcopi, de quo dixi *hoc lib. dispu. 22.* Idem dicas si fiat reuocatio ab Episcopo eo pacto, quo fieri debere dixi n. 3. At si excommunicatione Episcopi suspendatur iurisdictionis, vt n. 2. dixi, tunc potest validè assistere matrimonio, & alij licentiam dare; quia non est actus iurisdictionis assistere, & dare licentiã matrimonio assistendi, vt dictum est *disp. 21. hoc 3. lib.* non potest tamen Episcopus notoriè suspensus, excommunicatus &c. Vicarium, seu parochum instituere; quia hæc institutio est actus iurisdictionis, quæ per excommunicationem suspenditur.

DISPUTATIO XXXI.

An Parochi delegati, & quinam possint matrimonio assistere.

1 **V**T plenius quæ in titulo quærentur, intelligi possint, & ad habendam plenioram doctrinam etiam in cæteris rebus, antequam directè respondeam.

Sciendum est primo, quod ordinarius potest delegare, at Delegatus non potest subdelegare, nisi sit Delegatus Principis *l. more ff. de iur. omn. iud. & C. cum Episcopus de off. ord. in 6.*

2 Sciendum est secundo triplicis generis esse delegatum ad vniuersitatē causarum, delegatum ad generalitatē causarum, & delēgatū ad speciales causas. Delegatus ad vniuersitatem causarum est ille, cui committitur genus causarum sub vno nomine collectiuo; quamuis id non sit generalissimum, vt est hoc v. g. delego tibi omnes, &

quascumque causas &c. sed subalternum, vt delego causas occurrentes &c. dicitur enim subalternū, quia potest pati augmentum, & diminutionem, quæ est inter causas, & licet sit restrictum quoad tempus, vt si committatur causæ talis anni, vel quoad locum, vt causæ talis territorij, vel quoad quantitatem, vt causæ decem libertatum, & infra. Vnde patet esse delegatum ad vniuersitatem causarum, quando commissio est vniuersalis quoad causas, specialis quoad locum, & quando indefinitè committuntur causæ huius territorij; vel quando commissio est vniuersalis respectu personarum, non vero quoad causas, vt committo tibi causas mutui in hoc territorio. Idem etiam dic quando delegatio est vniuersalis quoad causas, & personas, nec requiritur vt fiat mētio territorij, vt vult Bald. l. à Iudice n. 4. C. de iud. vbi Ias. n. 8. & talis delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdelegare vnam, vel alteram causam v. g. causam mutui, & causam depositi, & similes, nō tamē vniuersam suam delegationem, vt si sit delegatus ad causas decem libertatum, nō potest omnes subdelegare, sed vnam tantum, vel alterā, vt putat Anton. C. cum causam n. 11. de appell. Alex. de Neuo n. 26. Alex. l. à Iud. n. 8. C. de iudi. ita docent etiam Bart. l. legatus n. 4. ff. de off. proc. Azebedo l. 3. recop. l. 9. n. 5. l. 1. Salicet. d. l. à Iud. n. 3. Bertachi. *reperit. lit. D. ver. delegatus ad vnam cau.*

3 Delegatus ad generalitatem causarum est ille, cui fit cōmissio generalis quoad causas, sed limitata quoad personas; vt committo tibi omnes causas inter Seium, & Titium; quia est minus vniuersalis cōmissio cū limitatur persone, quā cū limitatur tēp^o, vel loc^o, vel quātitas, & hic delegat^o nō pōt vnā, vel alterā causā subdelegare. ita ēt Guill. l. à Iudice C. de iud. vbi Bald. n. 4 Salic. n. 3. Ang. l. solet n. 1. ff. de iurisd. omn. iud. contra Orosium l. leg. n. 10. & Azeb. rub. n. 14. lo. ci.

4 Delegatus ad speciales causas dicitur ille, cui fit commissio specialis, quādo scilicet committuntur causæ certæ

inter

inter certas personas, vel cum limitatione numeri in tali loco. vt committito tibi decem causas huius territorij, & hic non potest vllam causam subdelegare. sic Bald. *d.l. solet n. 1. q. 2.*

5 Sciendum est tertio Delegatum est si non sit delegatus Principis nec ad vniuersalitatē causarum; tūc posse subdelegare, quando ordinarius delegans concessit illi hanc potestatem siue expressē, siue tacitē, vt si ordinario sciēte, & patiente delegatus subdelegat, vel quando ex vsu, & coniecturis appareret id velle ordinarium; quia tūc non delegatus, sed ipse ordinarius delegat. ita Bald. *l. more n. 12 ff. de iuris. omn. iud. vbi Alber. n. 14 Nau. C. placuit n. 7. de pœn. d. 6. & n. 70. Bologn. l. 1. n. 40. ff. de off. eius Azebedo lo. ci. alios referens non tamen potest delegat' nomine proprio subdelegare, nec ordinarius potest talem licentiam, seu potestatem cōcedere, quia potestas subdelegandi non potest fundari in delegato. ex Felin. C. super questionum 8. si vero num. 18. ver. limita nisi daret de offic. del.*

6 Sciendum est quarto, quod quamuis delegatus Principis, & delegatus ad vniuersalitatē causarum possint subdelegare; non tamen possunt subdelegare cum facultate subdelegandi, quia in iure solum reperitur eos posse subdelegare modo supradicto. sic Mādof. *reg. 4. can. q. 3. n. 7. Ant. Gabr. t. 1. com. lib. 4. v. delegatus fol. 180. Cacialupus l. more n. 18. ff. de iu. omn. iud.*

7 Quinto sciendum est delegatum inferiorum Principe ad vnam causam non posse subdelegare totam illam causam; nec articulum iurisdictionem continentem; sed illum tantum, qui ē nudi ministerij, vt si ordinarius Principe inferior committat alicui receptionem testium (quæ est actus iurisdictionis) hic non potest hanc receptionē alteri subdelegare; sed vbi testes sunt approbati, & facta sūt interrogatoria potest subdelegare receptionē testiū, quia hæc simplex receptio post approbationem &c. non est actus iurisdictionis. ita Rebuff. *repet. l. uni. not. 1.*

n. 23. C. de sent. que pro eo quod inte. A. uend. C. prator. i. p. c. 1. n. 26. grat. reg. 242. n. 7. Bald. Alex. Sal. l. à lud. Cod. de iud. contra Petrum, & Cynum d. l. a lud. putantes, nec nudum articulū posse delegare.

8 Tandem sciendum est ordinarium non posse totam iurisdictionem in perpetuum delegare inconsulto Principe; posse tamen ex aliqua iusta causa ad breue tempus alicui committere totam curam, quam ipse habet etiam in scio Principe; hoc autem temp' breue esset duarum, aut trium hebdomadarum *ex cap. si quis in clero 7. q. 1. nam vltra eas si parochus abfuturus est à sua Parochia, Episcopi requiritur licentia, & debet relinqui Vicarius idoneus ab ipso Episcopo approbandus. Probatur ex Tridentino sess. 23. c. 1. de resid. vers. eadem omninò ita Io. And. asserens decisum esse Bononia, Abb. & Imola d. c. si quis in clero, & sic intellige DD. negantes posse curam animarum alteri committere nempè ad longum tempus v.g. per duos menses. his positis.*

QVAERES I.

An Parochi proprietarij possint delegare.

9 Resp. Parochi proprietarij, qui beneficium parochiale habent, possunt delegare, & concedere licentiam assistendi matrimonio alteri Sacerdoti cum facultate subdelegandi, scilicet vt hic Sacerdos delegatus possit alteri etiam concedere licentiam assistendi matrimonio. Ratio est, quia iste Parochus est ordinarius; sed ordinarius potest delegare, quia in se habet potestatem, & iurisdictionem radicatam, vt habetur expressē *l. more ff. de iuris. omn. iud.* quod autem possit delegatus Sacerdos talem licentiam alteri subdelegare probatur, quia tunc non ipse delegatus videtur subdelegare,

sed primus delegas, qui dedit facultatem, vt dictū

est num. 3. ubi dicitur

QVAE.

QVAERES II.

An parochi, qui praeficiuntur parochia ab Episcopo ob defectum parochi proprietarii possint delegare curam assistendi matrimonio.

10 Resp. Parochi, qui non sunt proprietarii, sed praeficiuntur toti parochiae ab Episcopo ut curam eius gerant; vel quia proprius parochus deest, aut non est Sacerdos; vel quia ipse Episcopus est immediatus parochus totius Diocesis: quia scilicet in ea non sunt beneficia curata, possunt delegare curam assistendi matrimonio, siue sint instituti ad longum tempus, siue ad breue tempus, ab Episcopo vel a parochi proprietario. Ratio est quia isti sunt delegati ad vniuersitatem causarum; qui possunt vnam, aut alteram causam delegare, ut dictum est n. 2. sine. sic Nauarr. C. placuit de pen. d. 6. n. 69. Alcocer. sum. t. 9, concl. 5. Met. tra. d. de confess. q. de lic. Vicecur. ad alieno confess.

Vnde non possunt parochi dicti delegare alteri omnem curam parochiae, etiam ad modicum tempus, nisi sit talis consuetudo; quia tunc per eam consuetudinem Episcopus videtur dare tacitam licentiam, cum sciens, & videas id permittat ex Metina lo. ci. Sylu. ver. Vicarius q. 5. Adriano q. 5. de confess. du. 2. Nauarr. d. c. placuit n. 71. & in tali casu hic substitutus, cui a parochi non ordinario, sed delegato committitur cura totius parochiae cum dicta Episcopi licentia tacita, potest alteri committere licentiam assistendi matrimonio, aut aliud Sacramentum ministrandi; quia est delegatus ad vniuersitatem causarum non ab ipso delegato; sed ab Episcopo, qui in tali casu censetur dare licentiam. & delegare cum sciat, & patietur hanc consuetudinem, ut dictum est.

11 Quod si quaeras, an Franciscus v. g. qui est parochus delegatus ad vniuersitatem causarum; sicuti potest delegare licentiam assistendi matrimonio, vel ministrandi aliud Sacramentum,

ita possit talem licentiam concedere Antonio alteri Sacerdoti cum facultate, ut hic tertio v. g. Paulo Sacerdoti subdeleget hanc facultatem. Respondeo negatiue; quia delegatus etiam Principis non potest subdelegare cum facultate subdelegandi. Potest tamen Franciscus delegatus ad vniuersitatem causarum sic dicere Antonio suo delegato: Delego tibi facultatem assistendi matrimonio, vel aliam &c. & ex nunc do facultatem talem Sacerdoti, quem tu designaueris; quia tunc ipse Franciscus delegatus ad vniuersitatem causarum videtur subdelegare, non Antonius.

QVAERES III.

An Cappellani possint delegare in matrimonio, & alijs Sacramentis.

12 Resp. vicecuratos, qui dicuntur Cappellani, & assumuntur a parochi proprietario, ut illum adiuuent, non posse delegare, quia talibus non censetur Parochus plenas vices committere.

13 Quod si Episcopus, aut eius Vicarius Generalis committat Sacerdoti, ut recipiat informationes, & testes de habilitate aliquorum ad contrahendum inter se, & informatione recepta assistat matrimonio; hic Sacerdos delegatus non potest committere alteri, ut informationes recipiat, quia est articulus iurisdictionis, qui non potest committi delegato ad vnam causam, potest tamen alteri Sacerdoti committere, ut matrimonio assistat, quia in isto casu est articulus nudi ministerij, quod potest alteri committi ut dictum est hoc lib. 3. disput. 21.

14 Aduerte tamen Sacerdotem delegatum ad assistendum alicui matrimonio; siue sit delegatus parochi, siue Episcopi, non posse subdelegare, quia est delegatus ad vnam causam tantum: sed delegatus ad vnam tantum causam, non potest totam eam causam subdelegare; ergo neque hic potest totam assistentiam matrimonij subdelegare.

Quod si Episcop⁹ committeret alicui omnes

omnes causas matrimonij parochiæ, quamuis tempus limitaret intra annū v.g.&c. tunc iste potest subdelegare; quia est delegatus ad vniuersitatem caufarum. Patent hæc omnia ex dictis à numero primo.

DISPVATIO XXXII.

An valeat matrimonium, si Episcopus, aut constitutio Synodalis interdicit parochis dare licentiam administrandi Sacramenta; nisi approbatus ab Episcopo, vel si Episcopus parochi prohibeat certas personas matrimonio coniungere, & ille contra has prohibitiones coniungat illas matrimonio, seu det alteri Sacerdoti licentiam assistendi, qui non est ab Episcopo approbatus.

R Espondeo valere tale matrimonium contractum coram Parocho siue proprietario, siue delegato ad vniuersitatem caufarum, vel coram alio Sacerdote de Parochi huiusmodi licentia, quamuis Episcopus interdixerit, aut constitutio Synodalis, nisi expressè addiderit decretum irritans (tunc enim nullum erit tale matrimonium) Probatur ex *C. de mat. contr. contra interdictum eccl.* ex quo habetur esse speciale in matrimonio, quod nunquam irritum sit ex simplici prohibitione, nisi addatur expressè irritatio. Probatur secundo, quia parochus siue delegatus ad vniuersitatem caufarum, siue proprietarius eo ipso quod toti parochiæ præficitur, habet potestatem dandi licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio ex *Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de matr.* ergo non potest auferri hæc potestas sola simplici prohibitione absque decreto irritanti. Probatur tertio ex doctrina aliquorum tū Theologorum, tum Canonistarum Adriani 4. q. 5. de *conf. dub. 1. ad finem*, Enriq. lib. 6. de *pæn. c. 6. n. 6.* Palacios 4. d. 17. dis. 7. fol. 266. col. 2. *Met. tract. 2. de confess. q. de sacer. alie. per parochianum eligendo*, qui dicunt ante Concilium Trident. *sess. 23. cap. 15. de reform. si Prælati prohibuerat audire confessiones*

Sacerdotem non approbatū ab Episcopo, tamen valere confessionem, factam Sacerdoti cum licentia parochi. & similiter si superior prohibet religioso approbato ab Episcopo ne audiat confessiones; valebit absolutio, si ille contra voluntatem superioris absoluat.

DISPVATIO XXXIII.

An si Episcopus, vel Parochus det facultatem Sacerdoti assistendi matrimonio dummodo præcipiat sponsis ne copulam habeant donec præmittantur denunciationes; vel ut assistat, & eos coniungat præmissis denunciationibus, vel si non habeant impedimentum, valeat tale matrimonium, etiam si hic Sacerdos assistat, qui nil præcipiat sponsis, nec examinet an habeant impedimentum, nec præmittat denunciationes.

R Espondeo validum esse tale matrimonium in omnibus his casibus. Probatur quoad primam partem, quando Sacerdos omisit dare præceptum sponsis ne copulam haberent ante denunciationes, quia illa forma non pertinet ad essentiam mādati, sed tantum ad instructionem ut norit Sacerdos quid moneat. Probatur secundo quia quoties ista particula, dummodo, vel alia similis, ut ea conditione &c. ponitur actui perfecto, non est conditio, sed modus ex *Tiraquell. cum alijs de retrac. linag. 9. 8. gl. 8. Molina lib. 2. de primog. c. 15. n. 29.* (cuius omissio non vitiat actum, sicuti vitiat omissio conditionis) sed in nostro casu illa particula, dummodo, adijcitur actui perfecto; dicitur enim do tibi licentiam eos coniungendi, dummodo eos moneas: ergo ista particula non est conditio; sed modus, & per consequens valet matrimonium, si non detur præceptum à Sacerdote. Probatur validum esse in cæteris casibus; quia quoties in commissione exprimitur forma eo modo, quo inest in iure communi non est conditio, sed quædam instructio, & admonitio, ut

ser-

seruetur ius commune, qua omiſſa non vitiatur actus, vt docent Archi. C. dudū 18. q. 2. ver. in 1. gl. Abb. C. ſin. de praſ. n. 16. Couarr. cap. alma mater 1. p. §. 9. n. 8. de ſens. exc. in 6. dicens eſſe omnium, & alij. Sed in noſtro caſu exprimitur forma eo modo, quo ineſt in iure communi: ergo ſi omittatur, non vitiatur actus, & per conſequēs validum erit matrimonium. Conſirmatur, quia multi viri docti cum Manuele 1. t. ſum. in noua edi. c. 83. num. 4. & Henriquez l. 7. d. ind. c. 13. nu. 2. in com. lit. S. dicente non eſſe improbableē putant abſolutionem ab excommunicatione virtute Bullæ non ſatisfacta parte eſſe validam licet iniuſtam, quia putant ea verba (non ſatisfacta parte) eſſe formam iure communi requiſitā, quod probabiliffimum eſt.

2 Quæres an ſit validum matrimonium ſi à Præſato, qui dat licentiam Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio dicatur (do tibi facultatem aſſiſtendi ſi per ſolertem indaginem inueneris ſpōſos eſſe abſque impedimento) & Sacerdos ille omittat indaginem. Reſpondeo in hoc caſu non valere matrimonium; quia non ponitur forma iuris communis eo modo, quo ineſt in iure communi; ſed alio modo nempe poſt indaginem per inquisitionem, & ſimiles, quæ inquisitio non ineſt in iure; ſed quando formæ iure communi additur aliquis modus limitatus, importat conditionem ita vt ea deficiente non valeat actus, ex Couarr. C. alma mater 1. p. §. 9. n. 8. cum alijs ibi: ergo eſt in caſu poſito. Nauarr. tamen ſum. c. 27. n. 37. & Card. clem 1. de off. deleg. q. 13 v. repererit videntur tenere quod matrimonium contra hanc formam contractum valeat.

Nota, quæ in Pontium hic eſſe debebant ſunt, nescio cuius errore, in fine diſp. 13. huius libri.

DISPVATIO XXXIV.

An ſi priuatus Sacerdos, cui parochus cōmittit vt aſſiſtat alicui matrimonio, aſſiſtat extra parochiam cōmittentis, valeat matrimonium.

1 **R**eſpondeo affirmatiuè: quare ſi parochus S. Nicolai v. g. det licentiam Titio Sacerdoti, vt matrimonio aſſiſtat, & hic non in Parochia Sancti Nicolai, ſed extra v. g. in Sancto Antonio aſſiſtat, validum erit matrimonium, & ratio eſt, quia multò verius eſt iurisdictionem voluntariam poſſe tum ab ordinario, tum etiam à delegato validè exerceri extra territorium, quia Canones, & leges indiftinctè loquuntur poſſe iurisdictionem voluntariam exerceri extra territoriū ex eo, quia nulla irrogatur iniuria Iudici illius territorij; ſed aſſiſtere matrimonio reducitur ad iurisdictionem voluntariam vt diſp. 19. dixi: ergo pōt ſiue à Parocho, ſiue à Sacerdote delegato exerceri extra Parochiam.

Probatuſe ſecundò ex doctrina multorum Canonistarum, & Theologorū, qui non ſolum aſſerunt Episcopum poſſe conferre beneficia extra Diocēſim, confeſſarios ordinarios poſſe audire confeſſionem, ſed etiam Vicarium ex commiſſione Episcopī, & confeſſarios delegatos poſſe audire confeſſiones ſubditorum Episcopī extra Diocēſim illius. ſic Ripa de remed. ad curādam peſt. §. ſed quia uſu videmus nume. 52. Ledefina 2. p. 4. q. 7. ar. 5. dub. 9. D. Ant. 3. p. 1. 17. c. 10. Roſella Confeſ. Sacr. 3. nu. 3. & alij loquentes de collatione beneficiorum Pauinus de poteſt. capit. ſede vac. 2. p. prin. q. 1. nume. 7. habetur t. 3. traſt. nou. p. 2. Corraſius de benef. c. 8. num. 3. Menoch. de arbit. l. 1. q. 43. num. 19. Couarr. 3. var. c. 20. num. 8. Lambertinus, Sborzius, Boer. Ant. Cucus, & alij apud Sanch. hic numero ſecundo.

2 Quæres an ſit limitata licentia ſi parochus dicat Sacerdoti, coniunge Mariam, & Titium in domo ſua, vel coniunge illos in Eccleſia mea; vel ſi dicat, concedo meas vices ad aſſiſtendum in mea Parochia. Reſpondeo non eſſe limitatam, quia hæc omnia non dicuntur ad reſtringendā licentiam, ſed ad demonſtrationem loci, vel ad deſignandum illos, qui erant coniungendi.

DISPVATIO XXXV.

*Quanam licentia desideretur ad hoc ut a-
li^{us} Sacerdos validè matrimonio assistat*

1 **A**D intelligentiam quæsi sciendum est duplicem esse licentiã, vna dicitur tacita, & est quando ex signis, vel coniecturis præsumitur voluntas concedentis id velle, & hæc duplex est tacita de futuro, & dicitur rati habitio de futuro, quando creditur parochum v.g. ratum habiturum, cum id sciuerit; vel tacita de præterito, aut præsentis, & dicitur rati habitio de præterito, aut præsentis quãdo scilicet ante ministracionem Sacramenti, vel tempore, quo ministratur, adest consensus tacitus, & interpretatiuus Parochi, vt si videat Sacerdotem baptizare, & nil dicat, cum possit resistere.

2 Altera licentia dicitur expressa, & hæc vel fit expressis verbis, vt do tibi licentiam assistendi matrimonio, vel generalibus, vt do licentiam ministrandi omnia Sacramenta, estque etiam duplex, altera expressa de præsentis ad distinctionem licentiæ tacitæ de præsentis, altera expressa de futuro vt distinguatur à tacita de futuro.

3 Sciendum est secundo licentiam specialem dupliciter sumi posse. Primo modo vt distinguatur à generali, & tunc licentia specialis est, quando res exprimitur, vt do licentiam assistendi matrimonio, alio modo licentia specialis dicitur ad distinctionem licentiæ tacitæ, & tunc licentia generalis dicitur etiam specialis. vide Steph. clem. 1. de priu. Anchar. ibi q. 3. Tiraquell. multos citantem post l. con. gl. 7. à num. 86. his positis.

QVAERES I.

An requiratur licentia specialis ad hoc ut Sacerdos possit matrimonio assistere.

4 Dico primo non requiritur licentia specialis, vt distincta à generali, sed sufficit generalis, vt do tibi li-

centiam ad exercendum in mea parochia, quæ ad curam animarum pertinent: probatur, quia Triden. sess. 24. de matrim. ca. 1. tantum petit vt proprius parochus, vel alius Sacerdos de eius licentia assistat; ergo non est extendendum ad licentiam specialem in eo rigore acceptam. sic etiam Nauarr. lib. 4. cons. in p. 1. edi. 1. de spons. cons. 27. Salzedo pract. c. 73. post ver. 12. in noua edi. ver. illud autem. Manuel 1. s. fam. in 2. edi. c. 217. nu. 13. contra Veracruz append. ad spec. dub. 5. con. 7. & Spino spec. test. gl. 15. n. 37. docentes requiri licentiam specialem matrimonium nominatim designatè.

5 Hinc si parochus dicat: do tibi facultatem ministrandi omnia Sacramenta, sic est dicendum, si parochus est præsens, nec est probabilis coniectura, quod velit concedere etiam licentiam assistendi matrimonio, non intelligitur concessa talis facultas assistendi; sed solum intelligitur de Sacramentis confessionis, & Eucharistiæ, sicuti intelligitur similis clausula posita in Bulla: si vero Parochus in absentia relinquit substitutum, tunc per illam concessionem venit etiã vt possit assistere matrimonio.

6 Dico secundo. Requiritur licentia specialis, idest expressa, vt saltem expressè comprehendatur sub verbis generalibus licentiæ matrimonium, nec sufficit si detur licentia ministrandi aliud Sacramentum nobilius v.g. si detur licentia ad ministrandam Eucharistiam, vel ad audiendas confessiones; non enim venit licentia assistendi matrimonio. Probatur quia potestas delegata cum sit odiosa non est extendenda de casu expresso ad non expressum, quamuis casus expressus sit nobilius ex c. P. & G. de offi. delegat. ita Angel. v. deleg. numero quinto ubi qu. 5. Sylu. Tabiena, & alij: hæc autem licentia non requiritur, vt sit in scriptis, quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requirat scripturam ad valorem actus: sed in nostro casu nulla lex requirit scripturam; ergo

go potest fieri verbo absque scriptis. sic etiam Nauarr. *lo. cit. conf.* 41. Salzedo, Manuel *cit.* & Enriquez *lib. 11. domat. c. 3. n. 5.*

7 Vbi noto, quoad hoc vt Sacerdos priuatus possit assistere matrimonio, sufficit licentia generalis, qua paroch^o concedit Sacerdoti facultatem exercendi omnia, quæ pertinent ad curam animarum etiam quando Episcopus, vel Synodalis constitutio interdixisset paroch^o delegare assistentiam matrimonio; quia in ea concessione includitur etiam matrimonium non obstantem illa prohibitione, vt consuetudo ipsa declarat. sic Rota dicens ita declarasse Cardinal. *in nouiss. dec.* 750. *num. 2. t. 1.*

QVAERES II.

An sufficiat Ratihabitio, seu tacita licentia.

8 Resp. & dico primo Ratihabitionem de futuro non sufficere, quia quod fit sub ratihabitione de futuro, est pendens, ita vt possit irritari, & ratiificari; sed valor Sacramenti non potest esse pendens; sed vel statim debet esse validum tale Sacramentum, vel irritum; ergo matrimonium sub ratihabitione non potest fieri, ita in simili de confessione tradunt Suar. *3. p. q. 82. ar. 3. dis. 72. sec. 2.* Caet. *v. absol. c. 1. §. circa opposit.* & alijs communiter. Nec obstat, quod per ratihabitionem de futuro possit ministrari Eucharistia, & extrema unctio ab alieno Sacerdote. ex Palud. *4. d. 23. q. 2. n. 14.* Suar. *cit.* Caet. *v. commun. minister* quia licentia in his Sacramentis ministrandis requiritur solum ad seruandum ordinem debitum, non autem ad substantiam, & validitatem actus, vt requiritur in assistentia matrimonij. Vnde patet requiri licentiam parochi præcessisse assistentiam, quia quoties ad valorem actus desideratur licentia, ea debet præcedere *auth. licentia C. de Episcopis, & Cler. sic Menoch. conf.* 188. *n. 7. vol. 2.* Salzedo *pract. c. 73. vers. 13.* Manuel *l. 1. sum. 2. edi. c. 2. 19. n. 14.* ex Ti-

raquell. *post l. con. gl. 6. n. 7.* Lamb. *d. iur. pat. l. 1. p. 2. q. 1. ar. 16. n. 8.* At si eodem die est concessa licentia, & matrimonium est initum, ita vt non constet an prior fuerit licentia: præsumitur esse prior, quia in dubio semper est iudicandum in fauorem validitatis actus *l. cum in testamento §. hæc vero ff. de heredit. institut.* & docet Molina *lib. secundo de primog. ca. 7. numero 51.* Alciatus *de præ. reg. 3. pr. 42.* Anton. Gomez *l. 42. Tauri nume. tertio,* & late Menoch. *lib. 6. præ. 4.* & in casu matrimonij docet Rota *in nouissimis d. 750. num. 11. t. 1.*

9 Dico secundo Ratihabitio de presenti, vel præterito est sufficiens ad hoc vt licite, & valide Sacerdos matrimonio intersit; quia illa scientia, & patientia Parochi videntis, & tacentis, quæ dicitur ratihabitio de presenti, & ille consensus interpretatiuus Parochi aliquo signo externo manifestatus ante assistentiam, qui dicitur ratihabitio de præterito, vt *numero primo* explicauimus, habentur pro legitima licentia, & verè dicitur licentia præcedere, ergo est sufficiens ad hoc, vt matrimonium sit validum, si Sacerdos ex tali licentia tacita illi assistat. Probatum etiam ex Doctrina Victor. *sum. de confess. numero 153.* Merinæ *tracta. 2. de confess. qu. de mult. lic. alieno Sacerd. fat. à ver. corollarie sequitur.* Vegæ *l. 4. sum. ca. 129.* Bart. à Ledesma *de pæn. dubi. 28.* Enriquez *l. 6. de pæn. ca. 13. numero 13.* & multorum Canonistarum, quos cit. Sanchez *hic nume. 20.* qui docent ad excipiendas confessiones sufficere licentiam tacitam ex ratihabitione de presenti. cum Matienzo *lib. 5. recop. t. 3. l. 3. gl. 1. nume. 7. dicente valide uxorem contra hære. cum tali licentia viri.*

10 Aduertè tamen eam taciturnitatem non esse licentiam simpliciter, scilicet ad omnes alios actus, sed tantum pro eo actu.

DISPVATIO XXXVI.

An si parochus concessit alicui Sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, & hic Sacerdos assistat nondum certior factus de tali licentia data, vel certior factus, sed non per nuncium destinatum à parocho, sed aliunde, valeat matrimonium. Secundo an valeat si postquam data est licentia Sacerdoti ea reuocatur à parocho, & ille ignoret reuocationem, vel si sciat, non sit per nuncium destinatum ad id iuridicè, sed aliunde. Tertio an licentia hæc possit ad libitum reuocari.

Respondeo ad primum non valere matrimonium, quando Sacerdos assistit ignarus concessionis, seu licentiæ datæ à parocho, nec valet si aliunde sciat licentiam concessam esse, & non per nuncium ad id destinatum, siue licentia concedatur à parocho motu proprio siue ad instantiam alterius non missi à Sacerdote. At si licentia concessa sit nuncio missi à Sacerdote, & ab ipso nuncio acceptata, valet matrimonium, si Sacerdos post talem licentiam assistat, etiam si sit ignarus concessionis. Probatur, quia licentia hæc assistendi matrimonio est quoddam priuilegium, & donatio gratiosa; sed hæc siue concessa motu proprio, siue ad instantiam alterius non profunt antequam intimetur per nuncium ad id destinatum, nec sufficit, si aliunde sciatur: ergo licentia assistendi matrimonio non prodest, siue concedatur à parocho motu proprio, siue ad instantiam alterius non missi à Sacerdote, antequam intimetur per nuncium ad id destinatum, nec sufficit scire aliunde.

Probatur minor, quod scilicet priuilegium &c. non prosit ante intimationem ex C. 1. *ad medium vers. ex parte de confess. præbende in 6.* vbi expressè dicitur priuilegium prodesse à tempore scientiæ, & ex C. *si absenti de præb. in 6.* & ex l. *qui absenti ff. de acquir. poss. ita Anchar. d. c. 1. n. 6. Felin. c. 2. de const. nu. 7. vbi Abb. Alex. de Neuo n. 7. ibi Decius n. 44. in 1. lect. Nauarr. lib. 5. cons. in 2. ed. de priu. cons. 21. Iason. l. benefic.*

n. 46. ff. de const. princ. Bolog. l. omnes populi n. 155. ff. de ius. & iur. & multis alleg. Menoch. de arbit. l. 2. n. 30. cent. 2. casu 185. dicens esse communem, & alij permulti iuristæ.

2 Limitatur autem, & bene hæc doctrina per Bart. d. *l. omnes populi nu. 37. Anton. in proam. decr. v. Greg. nu. 26: & Menoch. n. 45. 49. & 50.* Primo, vt intelligatur non prodesse priuilegium antequam priuilegiatus sciat confessionem, quando est priuilegium per modum Rescripti; non vero quando est per modum legis generalis, vel statuti; quia in hoc casu hoc priuilegium supponit beneficium aliquod factum in fauorem Reipub. &c. ad quod sequitur per illam legem tale priuilegium, vt si statuatur, vt omnis, qui decem hostes occiderit, centum habeat; si quis ignarus huius priuilegij occidit decem hostes, centum habebit.

3 Limitatur secundo, vt desideretur scientia eius, cui conceditur priuilegium, non autem requiritur, vt etiam sciat ille, in cuius damnum conceditur, vt si Titio conceditur priuilegium, quod officit Paulo, necesse est, vt Titius sciat concessionem talis priuilegij, non vero Paulus. ita Decius c. 2. *de const. in 1. lect. n. 42. vbi n. 45. Mantua Menoch. l. c. n. 28. & Roman. con. 330.* quamuis sit in corpore iuris intertū tale priuilegium.

4 Quod autem valeat matrimonium si licentia concessa sit nuncio missi à Sacerdote, etiam si ipse Sacerdos quando assistit, nesciat talem concessionem: probatur, quia tunc videtur velle is, qui mittit vt nuncio intimetur, quia, facit vnum cum mittente.

5 Contraria tamen sententia, quæ dicit priuilegium valere statim post concessionem ante intimationem est Archid. C. *proposuit d. 8. ad fin. Petri, & Cyni, quos refert, & sequitur Alberic. l. benefic. n. 16. ff. de const. princ. Paul. in proce. clem. §. de cat vbi Bonif. §. nunc igitur n. 49 & alij ex Canonistis. ex Theologis vero videtur esse Sorus 4. d. 27. q. 2. ar. 1. ad finem Veracruæ app. ad dubium 19 1. p. spec. §. at si posse dispens. Lud. Lop. 2. p. in §. de mat. c. 42. f. 1087. col. 1.*

Vnde inferunt valere matrimonium, si Sacerdos assistat post licentiam concessam à parochio, quamuis adhuc non fuerit intimata.

6 Resp. ad secundum quæsitum in titulo, scilicet valere matrimonium, si postquam licentia intimata fuit Sacerdoti, ille assistat, etiamsi tempore, quo assistebat, fuerit à parochio reuocata, sed non intimata fuit hæc reuocatio iuridicè, nimirum per nuncium à parochio destinatum, vt probatum est *disp. 30. hoc 3 lib.*

7 Ad vltimum quæsitum Resp. posset ad libitum hæc licentia reuocari; quia est mere gratuita, & omnino pendens à voluntate concedentis. ex quo patet falsam esse doctrinam dicentium; licentiam hanc, etiamsi non sit acceptata, non posse reuocari post concessionem, hi sunt Cardin. *in præ. clem. q. 5. Bal. d. l. benef. n. 15. Alex. de Neuo, & Decius in C. 2. de const. prin.* quia licet hoc verum sit in ijs concessionibus, quæ non sunt mere liberales ex parte concedentis, vt est collatio beneficij; quam tenetur Prælati ex officio cõferre tamè nullo modo verum est in ijs, quæ ex mera concedentis libertate proficiuntur, vt docet Menoch. cum alijs *cas. 185. num. 46. & 47 lib. 2. de arb. cent. 2.*

DISPVATIO XXXVII.

An Sacerdos debeat credere dicentibus se habere licentiam à parochio, vt eos matrimonio contungat.

1 **R** Esp. communiter non esse eis credendum, at quando persona, quæ asserit se habere licentiam, talis est, vt sit fidedigna, & timorata, potest illi fides adhiberi. Probatur, quia quamuis in ijs, quæ ad forum conscientie spectant; credendum est asserenti, vt in poenitentia, Eucharistia, extrema Vnctione &c. in ijs tamen, quæ pertinet ad forum externum, & externam Ecclesie gubernationem, non debemus habere fidem asserentibus se habere licentiam, vt patet in eo, qui assereret se esse absolutum ab excommunicati-

one, cui fides non est adhibenda, nisi literas proferat absolutionis ex *C. sicut de sent. excomm.* sed pertinet ad externam Ecclesie gubernationem matrimonium celebrari cum assistentia parochi pro prij, vel alterius de eius licentia; ergo non est credendum asserentibus se habere licentiam; quod vero possit haberi fides, si sint digni, & timore conscientie Probatur, quia concedunt aliqui DD. vt Palud. 4. d. 18. q. 6. ar. 2. n. 5. Ang. *excomm. 8 num. 16. Nauarr. sum. c. 27. n. 39.* posse habere fidem excommunicato dicenti se absolutum esse, quando est persona fide digna. ergo à pari in hoc casu.

2 **Q**ueres si contracto matrimonio mouetur lis Sacerdoti; qui interfuit, nõ habuisse licentiam, cuiusmodi incubit probare? Respondeo si tertius mouet litem, hic, qui mouet, debet probare Sacerdotem non habuisse licentiam si vero mouet parochus proprius sic Sacerdos ille, vel ipsi cõtrahentes debent probare se habuisse facultatem. sic etiam Mascardus *conf. 985. numero tertio de probat.*

DISPVATIO XXXVIII.

An ad valorem matrimonij sit necessarium vt parochus proferat aliqua verba, vel saltem sit de necessitate precepti.

1 **R** Espondeo negatiuè, quia verba illa: Ego vos in matrimonium coniungo in nomine patris &c. vel alia similia, iuxta ritum vniuscuiusque Prouinciæ, quæ dicit parochus, postquam contrahentes præstiterunt mutuum consensum; non sunt de essentia Sacramenti; nam parochus non est minister: Vnde etiamsi dicat ego vos coniungam; adhuc matrimonium est perfectum, si prius datus fuit consensus ab vtrisque cõtrahentibus. sic Veracrux *app. ad spec. dub. 4. con. 3. Enriq. l. 11. de ma. c. 2. n. 7. Vinaldus candel. 1. p. de ma. n. 22. & 241. Vega lib. 6. sum. casu 112. & 116. & alij Theologi.*

2 Peccat tamen venialiter parochus illa omittens; quia Trident. illa præcipit,

cipit, & cum materia non sit grauis, non est nisi peccatum veniale, sicut est peccat venialiter ob eandem rōnem non interrogando contrahentes de mutuo consensu, quando constat ipsi parochus, illos habere mutuum consensum; ex eo, quia coram ipso non interrogati proferūt aliqua verba, vel signa illum manifestantia. vt docet Veracrux *dub. 2. concl. 4.* & Anto Cucus *libro 5. inst. maior. t. 11. n. 32.* contraria tamen sententia vult esse mortale. est Salzedo *pract. c. 73. vers. 2. illud Vega loco citato.*

3 Non potest tamen per interpretē illa verba proferre, vt putat Veracrux *dub. 2. concl. 1. & 2.* quia profert illa tamquam Ecclesiæ minister, at nullū esset peccatum, si postquam ille protulit, faciat vt interpres declaret illa verba contrahentibus, cui fides est habenda cum sit electus communi consensu contrahentium Couarr. *4. dec. 2. p. c. 4. §. 1. n. 3.*

4 Nec tenetur parochus interrogare contrahentes, an habeant impedimētum, vt vult Veracrux *dub. 1. conf. 1.* quia si est aliqua suspicio impedimētī, alia via procedere debet, nam si ipsos interrogabit, negabunt impedimentum; si vero nulla est suspicio, pōt non interrogare cum nullum sit Trident. præceptum de hac interrogatiōe; quādo vero ipse inconsulto Episcopo assisteret non præmissis denunciationibus in casu magne necessitatis, tunc tenetur inquirere diligenter.

DISPVATIO XXXIX.

Qualis presentia parochi, & testium consideratur ad valorem matrimonij.

1 **R**espondeo ad valorem matrimonij nō sufficit præsentia parochi, & testium physica, sed requiritur moralis, vt scilicet habeant vltimū rationis, & non impeditum per somnum, ebrietatem &c. nec est verum, quod dicit Enriq. *lib. 11. de mat. c. 3. n. 1. in comm. l. f.* sufficere attentionem virtualem (quæ est quando parochus acce-

dit animo assistendi, & deinde tēpore, quo datur consensus, distrahitur, & nō aduertit talem consensum.) probatur; quia Trid. *ff. 24. cap. 1. de matr.* requirit parochi, & testium præsentiam: sed qui non adest intelligens, & aduertens quid agatur, in iure, non censetur præsens *l. coram Titio 209. ff. de verb. signif.* Et hoc adeo verum est, vt si parochus consulto non audiat consensum; quia tunc data opera claudit aures, & oculos; matrimonium coram eo contractum nullum fit. ita Veracrux *appe. ad spec. dub. 5. concl. 4.* Enriq. *Spino specul. testam. gl. 15. n. 47.* Petr. de Ledes. *q. 45. ar. 5. pun. 3. dub. 2. de matr.* Manuel *1. 1. sum. 2. edi. c. 219. n. 11.* & Vega *lib. 6. sum. casu 115* dicentes non sufficere præsentiam nisi parochus aduertat, quia tunc reuera non est præsens, nec potest testificari de matrimonio, vt dictū est.

2 Quodsi obijcias Cardinales contrarium declarasse ibi (*censuit non valere matrimonium, si Sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intelligere*) fateor difficilem esse horum verborum sensum, vnum tamen scio nullo modo valere matrimonium etiam in hoc casu; quia tunc reuera non est præsens moraliter, nec potest testificari de matrimonio, forte tamen horū verborum sensus est, nisi parochus consulto fingat se non intelligere, sed reuera intelligit, & quamuis hæc explicatio difficilis sit; tamen absurdus intellectus vitandus est, licet literæ vis inferatur *l. scire oportet §. aliud. ff. de excusat. Tutor.* & probat Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 7. n. 70.*

* Debat igitur Pontius prudentē, simul, ac modestam nostri Sācij respōtionem mirari potius, quam frigidam appellare *lib. 5. c. 21. n. 12.* ibi (*huc tam aperta decisioni frigide respondet Thom. Sanch. inquit enim horum verborum sensum esse, nisi parochus consulto, & data opera fingat se non intelligere, cum tamen reuera intellexisset, quasi qui vocatus ad hoc, vt ad sit matrimonio potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahi*) debuit inquam potius modestam Sācij respōtionem mirari, nec solum debuit

debut vltima verba Sancij referre, sed integram responſionem poſitam à nobis n.2. fideliter ab ipſo exſcriptā; vt omnes aduerterent hominis modeſtiam, qui cum poſſet abſque vllō abſurdo, etiam poſita tali de claratione ſuam retinere ſententiam; voluit nihilominus vtcumque eam explicare, ne aliquod abſurdum Congregationi Cardinalium tribueret. nam reuera ſi parochi præſentia, qui oculos, & aures claudat, ita vt quando præſtatur conſenſus, non attendat quid agant, non eſt ſufficiens; cur erit ſufficiens ſi ipſe data opera claudat, ita vt non intelligat, nec attendat, quid fiat. Nec dicas cum Pontio Parochum non poſſe ignorare conſenſum contrahentiū eo ipſo, quod ſit primo admonitus, eos, qui adſunt velle matrimonium cōtrahere; nam hic non poteſt eſſe teſtis, niſi de voluntate contrahendi (quam illi tempore, quo habet oculos, & aures clauſas, poſſunt mutare, & oppoſitum velle) non de ipſo contractu, atque adeo ſi iuraret ſe vidiffe, & percepiffe eorum contractum per verba de præſenti fuiſſe inicum, eſſet periurij reus, cum ipſe tantum perceperit eos voluiſſe contrahere.

QVAERES II.

An ſi parochus, & teſtes inuiti, & per fraudem, aut vim detinentur, vt matrimonio aſſistant, valeat tale matrimonium.

- 3 Reſp. Valere matrimonium; quia Trident. ſolum exigit vt matrimonium fiat coram parochō, & teſtibus, ſed quamuis illi ſint inuiti &c. ſi interſint adhuc dicitur coram fieri l. coram Tit. 209. ff. de verb. oblig. ibi (ſc̄re autem, non etiam velle is debet, nam etiam eo inuito rectè fit) ſic Enriq. l. 11. de ma. cap. 3. n. 1. Salzedo præſ. c. 73 Spinoſpec. ſeſt. gl. 15 n. 49. Veracrux app. ad ar. 8. ſpec. f. 111. & alij. Vnde falſum eſt, quod ait Car. bon. requiri ad valorem matrimonij, vt teſtes ſint ad id ſpecialiter vocati. q. 45. de reſt. §. poſtremo ne pluribus.

- 4 At eſt peccatum mortale contrahere matrimonium cum aſſiſtentia parochi vi detēti eo animo, vt matrimonio interſit, aut caſu tranſeuntis illac, & ad aſſiſtendum matrimonio vocati, aut per dolum inuitati, quādo ſcilicet contrahentes vocant parochum, fingentes velle, vt veniat ad viſendam rē aliquam &c. & deinde faciunt, vt matrimonio aſſiſtat; quia videtur Eccleſiæ contemptus; non enim tunc contrahitur auctoritate ipſius. ſic Petr. de Ledef. q. 45. ar. 5. pu. 3. dub. 2. fol. 189. Non eſſet tamen niſi tantum veniale, teſtes vi, aut dolo detinere, vt matrimonio interſint; niſi tamen inferatur grauis iniuria; tunc enim eſſet mortale ratione talis iniuriæ.

QVAERES III.

An valeat matrimonium coram Sacerdote aſſiſtente de licentia parochi, quando talis licentia metu cadenti in virum conſtātem eſt extorta, aut dolo, & mēdacijſ fingendo eos, qui debent contrahere eſſe magnates &c.

- 5 Reſp. Valere in vtroque caſu, & quoad primum probatur, quia ſecūdū veriore ſententiam iuriſdictio metu extorta valide trāſfertur, vt docet Cardin. C. licet q. 32. de elect. quoad ſecūdū probatur, quia illa ratio, quæ inducit parochum ad concedendam licentiā, non eſt cenſenda cauſa finalis, ſed tantum impulſiua, etiam ſi parochus non fuiſſet illam conceſſurus, ſi ſc̄iret non eſſe magnates; non enim ſemper cauſa finalis eſt illa; ſine qua aliquid non fieret ex D. Thom. 2 d. 38. q. 1. ar. 1. ad 5. & l. 1. §. ſextum ff. de poſtulan. & alijs; tum quia non videtur mens concedētis velle eſſe irritam licentiā, ſi falſum dicatur.

DISPVATIO XXXX.

Explicantur actus, in quibus aſſiſtere debent Parochus, & teſtes ad hoc vt validum ſit matrimonium.

1 **S**ciendum est hodie correctum eſt ius antiquum, atq; adeo nec ſpōſalia, nec matrimonium de præſenti contractum inter impuberes tranſeūt in verum matrimonium per copulam, vel alios actus occultè habitos, vt antiquitus fiebat; quia hodie poſt Trident. *c. 1. ſeſſ. 24. de mat. nec conſenſus explicitus valet, niſi fiat coram Parocho, & teſtibus: ergo multo minus valebit implicitus conſenſus, habitus per illos actus. ſic ex Theol. Veracrux 1. p. ſpe. ar. 20. ſine Enriquez l. 11. de ma. c. 3. nu. 7. Vivaldus cand. 1. p. de ſponſ. ca. 4. nu. 29. Ludou. Lop 2. p. inſtr. de mat. c. 39. fol. 1061. & alij plures Canoniſtæ Gutie. l. 1. can. q. c. 18. n. 4. Maiolus de irreg. l. 1. c. 5. n. 9. Nauarr. Anton. Cucus, Perez, Menoch. Albornoſ, quos refert Sanch. hic n. 3. hoc poſito, vt clarius procedamus, tres actus conſidero, quibꝰ poteſt parochus aſſiſtere matrimonio, & de hiſ quæro, an ſufficiāt ad hoc vt valeat matrimonium.*

2 Primus eſt quando parochus, & teſtes interſunt ſponſalibus iuramento ſtabilitis, & tūc aio, non eſſe matrimonium, nam iuramentum nō habet vim faciendi, vt ſponſalia tranſeant in matrimonium; quod probatur, quia iuramentum confirmat id, quod dictum eſt, ſed id, quod dictum eſt, non eſt matrimonium, ſed ſponſalia, ergo iuramentum confirmat ſponſalia, & non facit, vt tranſeant in matrimonium.

3 Secundus actus eſt, quando ſponſalia coram parochō, & teſtibus habitafunt; ſed copula, & alij actus, quibus antiquitus ſponſalia tranſibant in matrimonium, iſiſ absentibus ſunt facti. Et ſimiliter in hoc caſu aio non eſſe matrimonium, quia parochus, & teſtes nō poſſunt teſtificari. niſi de ſolis ſponſalibus, cum iſiſ ſolis ſponſalibus interfu erint, vt caſus ſupponit. ſic etiam Pet. de Ledef. de ma. q. 46. ar. 2. dub. 1.

4 Nec etiam illa ſponſalia tranſeunt in matrimonium, quæ celebrata fuere coram diuerſo parochō, & teſtibus, & copulam coram alijs habetur; nec illa tranſeunt in matrimonium, quæ fuerunt clandestina, & copula fuit habita

corā parochō, & teſtibus; quia iſiſ non poſſunt teſtificari niſi de copula. At ſi ſpōſalia habita fuerint corā parochō, & teſtibus, & coram iſdem copula, vel alia ſigna &c. habeantur, tunc tranſeūt in verum matrimonium; quia illa copula &c. ſunt ſigna ſufficientia ad explicandum conſenſum de præſenti, quādo fiunt poſt ſponſalia: ſed conſenſus de præſenti, conſtituit matrimonium, ſi explicetur coram parochō, & teſtibus; ergo illa ſponſalia cum copula, & cæt. coram parochō, & teſtibus tranſeūt in verū matrimonium, ita tenuit quidam vir doctiſſimus, vt refert Petr. de Ledefina dub. 2.

5 Tertius actus eſt quando matrimonio de præſenti contracto inter impuberes, vel inter puberem, & impuberē malitia non ſupplente aetatem; interſunt parochus, & teſtes: in quo etiam caſu dico non eſſe verum matrimonium quamuis poſtea occultè habeant copulam inter ſe, & alios actus, ex quibus ante Trid. fiebat verum matrimonium, quia ille conſenſus non eſt conſenſus de præſenti, ſed de futuro, & cōſtituit ſponſalia ex iuris diſpoſitione, vt dictū eſt lib. 1. diſp. 21. ergo non conſtituit verum matrimonium, etiam ſi fiāt coram parochō, & teſtibus, quia iſiſ dēt teſtari de conſenſu de præſenti. ſic Gutier. l. 1. c. 18. à n. 3. q. ca. ſibi contrariꝰ Matienzo lib. 5. rec. l. 1. rubr. gl. 1. n. 58. Enriquez lib. 11. de ma. c. 3. n. 7. Manu. jum. t. 1. ſec. edi. c. 120. n. 2. Vnde ad hoc vt conſtituatur matrimonium, debent renouare conſenſum coram parochō, & teſtibꝰ. ſic Enriquez cum alijs, quos refert loc. cit.

DISPVATIO XLI.

Quot, & quales teſtes requirantur ad valorem matrimonij.

1 **C**ertum eſt non eſſe matrimonium validum, niſi contrahatur coram parochō, & duobus ſaltem teſtibus, qui teſtes, & parochus debent eſſe ſimul, nam nullum erit matrimonium, ſi prius explicetur conſenſus coram

coram parcho, & successiue coram testibus, quia Trid. exigit copulatiue parochi, & testium presentiam; unde non sufficit simultas moralis, vt sufficit in materia, & forma Sacramenti. Ratio est, quia non plenè constat Ecclesiæ matrimonium, quando non sunt parochus, & testes Physicè simul cum sint testes singulares.

2 His positis dubium, quod quæritur in titulo est, an sufficiant qualescumque testes, vel exigantur omni exceptione maiores, hoc est, tales vt nullum patiantur vitium ex ijs, ob quæ iure repelluntur à testimonio dicendo. Respondeo verius esse ad valorem matrimonij sufficere quoscumque testes, modo habeant rationis usum. Vnde possunt esse, etiã si sint infames, excommunicati parentes, consanguinei, serui, familiares, famine, & infideles, Probatur quia testes quamuis sint illegitimi, & inhabiles faciunt fidem, nec repelluntur, quando sunt appositum instrumento, ex communi cõtrahentiũ cõsensu ex Bal. l. pariteres n. 1. iur. vel dic. latius c. de test. Sõc. de reg. iur. l. 1. reg. fin. ver. fallit quãdo testes; sed testes in matrimonio apponuntur ex cõmuni cõsensu; ergo sufficiunt qualescumque, etiã illegitimi præsertim cum presentia parochi per se sufficiat ad supplendum aliquem defectum in testibus. Nec obstat, quod aliquando parochus sit valde suspectus, quia lex non respicit casus particulares omnes, sed frequentiores. est contra aliquos modernos doctos, putãtes requiri testes omni exceptione maiores, cũ matrimonium, sit res grauissima, in quo non est habenda fides omnibus ex C. 1. de consang. sed defenditur etiam ab Enriquo. l. 11. c. 3. n. 9. de ma. Pet. de Ledes. q. 45. ar. 5. p. 3. p. 4. dub. f. 193. col. 2. S. cõclus. sit Manuel 1. r. sum. 2. edi. c. 219. nu. 18. Segura direct. iud. 2. p. c. 15 n. 60. Anton. Cuco lib. 5. inst. l. 11. n. 61. & Spino. spec. test. gl. 15. n. 46. Nechi testes debent esse rogati, quia in nullo iure probatur vt docent Segura n. 53. Deci. conf. 169. Greg. Lop. l. 1. ver. fin. testigos. r. 3. p. 4. contra Gloss. C. testes 3. q. 9. & Barbatii conf. 45. n. 3. vol. 1.

Q V A E R E S.

An ad hoc vt aliquis sit procurator ad matrimonium contrahendum nomine alterius requirantur qualitates iure requisitiæ in procuratoribus ad negotia, vt v. g. etas decem & septem annorum.

3 **R**espondeo licet aliqui contendere possint desiderari in hoc procuratore ea, quæ sunt iure requisitiæ in procuratore ad negotia ex eo, quia procurator ad matrimonium dicitur constitutus ad negotia, & in procuratore ad negotia requiritur etas 17. annorum. sic Tab. v. procur. q. 1. n. 2. Alberic. l. exigendi n. 5. C. de procur. vbi Paulus n. 9. Iason. n. 19. Io. de Grasalib. de subst. procur. ver. prouidos. n. 4.

Tamen multo verius est, nullã aliã qualitatem desiderari in procuratore ad matrimonium, quam illam iuris naturæ, vt scilicet habeat usum rationis; unde non requiritur etas 17. annorũ. Probatur, quia etas 17. annorũ nõ requiritur in procuratore ad negotia, vt multi putant l. exigendi cod. de procur. sunt Bal. n. 4. Alex. dicens esse commu. Frac. s. qui generaliter s. licet n. 1. de procur. in 6. quem textum ait intelligi de procuratore ad iudicia, dum requirit etatem determinatam.

Cõfirmatur, quia sicuti põt cõtrahi matrimonium per interpretẽ pupillũ, ita etiam per procuratorem minorem, quia is inseruit ad interpretandum consensum absentis. Et dato quod in procuratore ad negotia determinata etas requiratur, ea tamen non requiritur ad matrimonium cum nulla industria personæ in eo requiratur; sed vt consensus absentis explicet.

DISPVATIO XXXXII.

Vtrum matrimonio clandestino sit apposta pœna, vt filij ex eo nati sint illegitimi, quando sunt verè nullũ ob aliquod impedimẽtũ bona fide à parētib. ignoratũ.

1 **Q**uod quæritur in titulo huius disp. est. si Franciscus v. g. cõtrahat cũ Anto. quã bona fide ignorat eẽ suũ

confanguineam in gradu prohibito, & irritum reddente matrimonium, & ex ea filios suscipiat, an inquã isti filij sūt illegitimi, si tale matrimonium clandestine contraxit, nō præmittēdo denūciationes (nam si absque Parocho, & testibus nō est dubium; quia hodie post Triden. tale matrimonium nullū est) Responso est affirmatiua: nempē filios ex tali matrimonio susceptos esse illegitimos. Prob. ex C. *fin. §. si quis vero de cland. desp. ibi (si quis vero clandestina coniugia inire præs. spserit in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia nullum habitura sūt sēdium, cum illi taliter cōtrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectuores ignorantia videantur)* Et ratio est, quia ignorantia non excusat non adhibentem debitam diligentiam, inquirendo, quod tenebatur inquirere.

Vnde si præmittat denunciations, & contrahat matrimonium, quod verè nullum sit ob aliquod impedimentum, filij ex eo nati, sunt legitimi, quia dedit operam rei licitæ saltem in sua existimatione, & sic ignorantia fuit inuincibilis; contraxit enim in facie Ecclesiæ, & fecit, quod in se fuit.

2 Et per hoc patet etiam cur filij nati ex fornicatione legitimentur postea per subsequens matrimonium; etiam si ob aliquod impedimentum ignoratum nullum sit; sed tantum putatiuum. Nati vero ex matrimonio nullo clandestino non legitimentur. Ratio enim est, quia illi non committunt defectum in ipso contractu matrimonij, isti vero committunt, quia clandestine contrahunt contra præceptū

Ecclesiæ, & sic merito puniuntur hac pœna.

QVAERES.

An hæc pœna illegitimationis filiorum incurratur ex quocūq; capite matrimonium sit irritum.

3 **R**espondeo incurri etiam si matrimonium clandestine contractum irritum sit ob quoduis aliud impedimentum, quidquid dicat Goffred. *sum. t. qui filij sint legitimi numero 11. Archid. C. cum in captiuitate 34. qu. 2. Vincentius cap. ex tenore, qui filij sint legit.* qui volunt tunc solum esse illegitimos natos ex matrimonio putatiuo, & clandestino, quando impedimentum fuit confanguinitatis, affinitatis, & cognationis. Ratio tamen nostra est, quia in lege etiam pœnali, quando ratio exprimitur, ea lex extendenda est ad eum casum, in quo eadem ratio militat, quod verum est non solum quando ratio exprimitur in ea lege, sed etiam quando vnica tantum potest assignari, licet non exprimitur, ex Lambert. *de iur. patr. l. 2. par. 1. qu. 10. ar. 4. Anton. Gomez. 1. var. cap. 11. numero 12 Abb. c. fin. numero 10. de rescript. & alijs*, sed in ista lege exprimitur ratio, nempē quod parentes videantur affectatores ignorantie, cum non præsenserint denunciations, ergo debet militare etiam in alijs impedimentis, in quibus militat eadem ratio. Probatur etiam multorum Doctorum, & grauissimorum auctoritate, quorum aliqui contrariam sententiam falsam vocant. Hi sunt Abba. *C. ex tenore numero 5. qui filij sint legitimi Alex. de Neuo numero 7. Prep. numero 3. Ioan. Andr. numero 5. Couarr. 5. dec. 2. par. ca. 6. inisio numero 12. Mascard de probat. conclu. 798. numero 6. Matienzo libr. 5. rec. t. 1. l. 1. gl. 7. numero 1. Gregor. Lopez l. 3. v. ode otra manera t. 3. par. quarta.*

4 Intelligi tamē hæc sententia potest quando causa nullitatis matrimonij esset talis, vt detegi possit per denunciations; nam si non potest detegi, quia scilicet nullum sit ex defectu interni consensus alterius coniugis v. g. vel ex defectu parochi, qui nullū titulū haberet, sed esset intrus⁹ (quo casu nullū eē matrimoniū dixi hoc *lib. 3. dis. 22* tunc

tunc filij nati ex tali matrimonio non erunt illegitimi; quia cessat ratio pœnæ. Nam in hoc casu contrahentes nō possunt dici affectatores ignoratiæ ex eo, quia omiserunt denunciations: nā ijs positis, non potuissent scire impedimentum illud.

5 Hinc infertur primo minus bene dixisse Petrum à Ledes. *de mat. q. 45. ar. 5.* hanc pœnam illegitimitatis non habere locum, quando matrimonium, in quo non fuerunt præmissæ denunciations, fuit celebratum coram Parocho, & testibus; quia adhuc militat ratio expressa in *C. s. n. 8. si quis vero nēpē parētes* videri ignoratiæ affectatores.

6 Infertur secundo Trident. *sess. 24. c. 5. de matr.* ubi hæc habet (*si quis intra gradus prohibitos scienter matrim. contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat*) non solum imponere hanc pœnam ijs, qui sciēter contrahunt in gradu prohibito cōsanguinitatis, vel affinitatis; sed etiam priuare spe dispensationis eos, qui quouis alio impedimento dirimēti sciēter contraxerint ob dictas rationes *n. 3* & prætetea quia lex hæc, quamuis sit pœnalis, tamen quia est in maximum fauorem animarū; debet extēdi ad casus similes, vt habet communis opinio ex dictis *num. 3.*

Et hanc pœnam non solum incurrūt illi, qui consummauerint tale matrimonium, & incestum commiserint, sed etiam qui tantum contraxerint, vt habetur ex iplo Trident. *ibi (idq; in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare præsumpserit)* posset etiā hæc pœna limitari, quaten⁹ dicit ignorāter contrahentes non præmissis denunciationsibus subijci eisdem pœnis &c. vt intelligatur tunc subijci, quando impedimentum ignoratum tale fuit, vt habitis denunciationsibus potuerit manifestari.

Vltimo nota, non esse audiendum. *Ma. Anton. Corona confess. 2. p. 11. de sac. ord. 11. de suscipient. ord. n. 16.* qui ait filios natos ex matrimonio, in quo denunciations omisæ sunt, esse illegiti-

mos, quamuis matrimonium fuerit validum ex eo, quod nullum fuerit impedimentum irritans, quia id nullo iure probatur, & est contra communem sententiam Canonistarum, & Theologorum teste *Abb. C. quod nobis. qui filij sint leg. numero 5.*

DISPVATIO XLIII.

An si matrimonium clandestinum inualidum ob impedimenti ignorantiam, postea publicetur, & ab Ecclesia approbatur eo, quod nullum detectum sit impedimentum, filij inde nati legitimi sint, ac si nati essent è legitimo matrimonio iuxta cap. ex tenore: qui filij sint legit.

1 **C**asus in titulo propositus est sequens. Titius nō præmissis denūciationib⁹ cōtraxit cum Maria; cū impedimento dirimēte matrimoniū, sed ignorato ab ipsis cōtrahētibus, postea facti pœnitens petiuit ab Ecclesia approbationem matrimonij, & præmissis denūciationibus, quas omiserat, illā obtinuit, cum nec post denūciationes impedimētum illud fuerit detectum. Nunc quæritur an filij cōcepti, vel nati eo tempore, quo nō habebāt approbationem Ecclesiæ sint legitimi, etiā si postquam Ecclesia approbavit illud matrimonium, detegatur impedimētum dirimens, quod antea fuerat ignoratum: nam si filij concepti, vel nati sūt post approbationem Ecclesiæ conueniunt omnes DD eos esse legitimos, etiā si postea detegatur impedimētū.

2 **R.** effici legitimos statim, ac matrimoniū illud publicatur ab Ecclesia & tāquā validū approbatur. etiā si postea detegatur impedimētū: Vnde *tex. in C. quod nobis qui filij sint legitimi dicens. (si qui de matrimonio postmodum ab Eccl. cōprobato generati fuerūt, eos legitimos iudices filios)* dēt intelligi, vt sūt legitimi, si postquam generati fuerint, ab Ecclesia approbetur matrimoniū. Probatur ex *c. 2. de clād spons.* ubi habetur approbationē clādestini matrimonij operari, tamquam si à principio in conspectu Ecclesiæ fuisset contractum;

sed in hoc casu filij nati, seu geniti essēt legitimi, quamuis postea detegatur impedimentum dirimens, & matrimonium separetur, vt habetur ex *C. tenore qui filij sint legitimi*. ergo etiam filij nati ante approbationem Ecclesiæ, si postea habeatur approbatio, erunt legitimi, quamuis detecto impedimento separentur cōiuges. Ratio est, quia conceptus non habetur pro nato nisi in sui fauorem *l. qui in vtero ff. de statu hominum*. ita Io. Andr. *C. quod nobis n. 4. Præp. ibi. Sylu. v. filij q. 8. §. 10. Armilla filius n. 14. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 8. §. 2. n. 16. & dicens esse communem. Rosell. tract. de legitimat. p. 1. cap. pen.*

- 3 Sunt tamē duę sententię etiā probabiles. Vna dicit conceptos ante approbationē esse legitimos, si nati sint post approbationem, non tamen si nati sint ante approbationem. est Host. *sum. t. de cland. desp. §. vbi. n. 8. & Beroij in quest. q. 107. n. 2.* Altera dicit eos tantum esse legitimos, qui post factam approbationem concepti sunt. est Angel. *v. filius nu. 12. Tab. ibi q. 5. n. 6. Rosellæ v. illegitimus n. 4. & aliorum.* Ratio est, quia *C. fin. §. si quis vero de cland. de spons.* generaliter dicitur filios conceptos ex matrimonio clandestino inualido ob ignoratum impedimentū esse illegitimos, ergo isti, qui concepti sunt tempore, quo matrimoniū erat clandestinum, nec ab Ecclesia approbatum, sunt illegitimi.

DISPVATIO XLIV.

An matrimonium clandestinum validum legitimet prolem ante susceptam à parentibus nullum habentibus impedimentum ad contrahendum inter se tempore, quo proles concepta est, aut nata?

- 1 **C**ertum est matrimonium clandestinum ex defectu denunciationum, si sit validum, nempe contractum inter personas habiles, quæ scilicet non habeant impedimentum dirimens, reddere filios antea susceptos, (si tempore, quo suscepti fuerant, parentes erant habiles ad contrahendū)

legitimos eo prorsus pacto ac si iniretur in facie Ecclesiæ præmissis denunciationibus, seu vt aiunt bandijs. Probatur, quia correctio iuris est vitanda. *l. precipimus c. de appell.* & poena cū sit odiosa, non est imponenda, quando nō est expressa in iure *C. is, qui de sent. ex comm. in 6.* ergo *cam C. tanta.* qui filij sint legitimi. vniversaliter decernatur filios naturales legitimari per subsequens matrimonium, nō debet corrigi, vt non intelligatur, quando matrimonium est clandestinum defectu denunciationum; quia ex vna parte ē validum matrimonium, & ex alia non habetur alibi poena hæc imposita; vt proles non legitimetur, ergo non est imponenda. Probatur ex doctrina grauissimorum DD. qui asserunt ad legitimationem post matrimonium factam non requiri instrumenta dotalia, & alias solemnitates iure ciuili requisiti ex eo, quod ius Canonicum eas nō exigit. ita Host. *sum. t. qui filij sint legit. sine vbi Abb. n. 2. Alex. de Neuo 3. Præp. n. 19. Angel. v. filius n. 11. vbi n. 4. Tab. P. Molina t. 1. de iust. disp. 172. §. per subsequens matr. Mant. de cont. vbi. vol. 1. 11. §. 12. n. 7. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 8. §. 2. n. 8. Caldas de nomin. ex pbyth. q. 21. n. 81 & in proprijs terminis hanc sententiā tenet Mantica n. 13. Cephalus sibi contrarius *conf. 435. n. 94. vol. 3.* dicēs DD. contrarię sententię inaduertenter loquutos fuisse.*

- 2 Nec audiēdi sunt Auctores contrarię sententię, quāuis multi sint, qui volunt non legitimari. nam falso nititur fundamēto. nempe in *C. fin. §. si quis vero de clar. de spons.* quia textus ille loquitur, quando matrimonium clandestinum fuit inualidum ob aliquod impedimentum occultum, vt *disp. preced.* vidimus nec ex multitudine Auctorū, quod melius, & equius iudicari debet. *l. 1. §. sed neque C. de veteri iure enucleādo.* nec dicitur cōmunis opinio, vt ait Menoch. *de pres. l. 2. pr. 71. n. 39.* quæ habet plures DD. eam asserentes nulla præmissa disputatione, sed illam pertransennam, vt ait, sequentes. Vnde bene ait Nauarra *sum. c. 27. n. 289.* putari com-

communiorem sententiam, que approbatur à sex DD. ex professo rem illam tractantibus, quam si quinquaginta habeat ductos fere sola auctoritate priorum, qui dixerunt illam.

DISPUTATIO XLV.

An sint alia poena ipsius matrimonij clandestini.

1 **S**unt alia tres poena ipsius matrimonij clandestini. Prima est, quia mulier spoliata à viro, quasi possessione maritali; dum litem intentat contra virum non restituitur in possessionem ante omnia; ut fieret si matrimonium in facie Ecclesiae fuisset celebratum *C. ex conquest. de rest. spol. & habes lib. 2. disp. 41.*

2 Secunda est, ut si contractus sit ignominanter intra gradus prohibitos non praemissis denunciationibus; coniuges separentur, & spe dispensationis careant, habetur ex Trident. *sess. 24. de matrim. c. 5.* quibus verbis non omnino tollit potestas Pontifici, ut non possit dispensare, sed si absque noua, & iustissima causa dispenset, peccat laethaliter. sic *Victoria opusculo de posef. Papa num. 19. & seq. & Corduba lib. 4. quae. 9. 9.* & praeterea qui petunt dispensationem: praeter impedimentum, quod habent cognationis &c. debent etiam exprimere hoc, nempe se contraxisse non praemissis denunciationibus; alias subreptitia erit dispensatio.

3 Tertia poena est, ut secundum matrimonium publicum duobus solis testibus comprobatum praeratur priori clandestino comprobato per unum testem, & famam, sed hodie non potest euenire hic casus, quia ad hoc ut sit validum matrimonium requiritur parochus cum duobus testibus. Vide *Cou. 4. decr. 2. p. c. 6. initio n. 11.*

DISPUTATIO XLVI.

Quae sint poena contrahentibus matrimonium clandestinum, & testibus assistentibus.

1 **Q**uinq; sunt poena contrahentibus clandestine. Prima est, ut si sine parochis, & testibus contraxerint, sint inhabiles ad sic contrahendum possunt tamen si velint, absque ulla dispensatione contrahere inter se parochis, & testibus praesentibus. sic *Veracruz app. ad spec. dub. 8. Palac. 4. d. 28 disp. 3. v. helias nunquid Enriq. lib. 11. de mat. cap. 5. n. 8. Menoch de praes. l. 3. pr. 1. Salzedo pract. c. 73. v. 4. Perez l. 5. or din. t. 1. l. 1. f. 42. S. v. ulterius dubitatur, & alij.* Vnde tale matrimonium sic clandestine initum ipso facto est nullum, nec indiget Iudicis sententia, ut dissoluatur. Nec requiritur licentia Episcopi ad hoc, ut hi, qui clandestine contraxerunt, possint iterum coram parochis, & testibus contrahere verum matrimonium inter se; nisi quando verisimiliter timeretur aliquod scandalum nisi esset declaratio Episcopi, & in hoc casu etiam si parochus hos coniungeret cum praesentia testium, nulla facta declaratione ab Episcopo nullitatis matrimonij prius contracti, non incurreret suspensionem triennem; quia non assistit clandestino, licet extraordinarie esset puniendus, ut docet *Salzedo §. illud tamen & Manuel 1. t. sum. 2. edi. c. 221. n. 2.*

2 Secunda poena est, ut arbitrio Ordinarij puniantur, qui si eos non puniunt, peccabit; testes item matrimonio clandestino assistentes puniendi sunt poena arbitraria, quia peccant praestando auctoritatem matrimonio ab Ecclesia interdicto, & similiter ipsi contrahentes quando id faciunt, denunciationibus non praemissis. sic *Gutier. de iur. c. 51. 1. p. n. 25. Panor. C. fin. de clā. dest. de p. n. 5. Petr. Ledesma de ma. q. 45. ar. 5. f. 183. col. 1. §. est tamen.*

3 Tertia poena est excommunicatio, quam aliqui Episcopi laudabiliter fulminant in suis Dioecesibus contra clandestine contrahentes. Verum nullus est valor constitutionis Synodalis Salmanticae, per quam statuitur, ut sic contrahentes sint vitandi, tamquam excommunicati ante denunciationem. Ratio est, quia est contra constitutionem,

Martini V. iubentis tantum in duplici casu excommunicatos vitandos esse ante denunciationem, scilicet quando est publica percussio Clerici, aut est facta publicè denunciatio. sic etiam Veracrux *app. ad spec. dub. 11. conf. 5.*

4. Quarta poena est, ut ambo coniuges traduntur propinquioribus cōsanguineis coniugis in perpetuam seruitutē, sed hoc nō est in vsu ex *Enriq. l. 11. de ma. c. 6. n. 2. com. lit. L.*
5. Quinta est exhæredatio, de qua *disput. sequ.*

DISPVTAIO XLVII.

An clandestinè contrahentes exhæredari possint.

1. Sciendum est per *l. Tauri 49.* præcipi, ut ij, qui interuenerint matrimonio clandestino, ut testes, puniatur amissione bonorum, & omnibus Hispaniæ Regnis exulent: Et ut filij, vel filia clandestinè contrahentes possint à patre exhæredari, vel à matre, mortuo patre. Intellige etiam de filia vidua etiam non habitante cum patre, vel matre, quia lex considerat parentū reuerentiam debitam, & non patriam potestatem, cum concedat hanc facultatem exhæredandi matri, quæ non hēt filios sub potestate *§. fœmina inst. de adopt. sic Azebedo l. 5. recop. t. 1. l. 1. n. 52. quamuis Couarr. 4. dec. 2. p. c. 6 n. 22. Veracrux 3. p. specul. ar. 20. con. 2. Gutier. l. 2. pract. q. 3. & alij loquatur de filia habitante cum parentibus.*

2. Habet etiam locum ea poena, quāuis filia digno nubat, immo aliqui volunt ex constitutione Caroli V. hanc poenam esse extendendam ad filiam maiorem 25. annis. ita *Cou. l. c. Perez l. 5. ord. t. 1. l. 1. fol. 37.* sed hoc non est verum, quia lex imponit hanc poenā coniunctim propter clādestinitatem, & propter iniuriam parentibus irrogatam, sed filia maior 25. annis nullā iniuriam infert parentibus, nubens sine eorum licētia *§. aliud quoque Auth. ut cum de appell. cognos.*

3. Quodsi filius, vel filia clam contra-

herent consentientibus tamen parentibus non possunt exhæredari, quia hæc poena tantum imponitur ob iniuriā, quæ fit parentibus, ut patet ex eo, quia lex dicta solis parētibus dat potestatem accusandi filios delicti ibi (*en lo qual otro ninguno pueda acusar si no el padre, y la madre, muerto el padre.*) at nulla infertur iniuria, cum matrimonium ipsis consentientibus contrahitur, ergo neque incurritur poena, & ob hanc causam in tali casu ipsi contrahentes, & testes alias poenas expositis in dicta *l.* non incurrent. nec similiter incurritur hæc poena, quando parētes pessimè erga filias se habēt, eorumque matrimonia malitiosè differunt. sic *Sotus 4. d. 29 q. 1. a. 4. Manuel 1. r. sum. 2. edi. c. 14. n. 3. Corduba sum. q. 171. §. mas digo Lud. Lopez 2. p. inst. noui de sac. c. 44. §. ex prædicta & alij Theol.*

4. Si vero filia ingrediatur Religionē ante cōsummationem matrimonij clādestini, verius est non posse exhæredari: probatur, quia exhæredationis causæ secundum veriorē sententiā ingressu Religionis abolentur; & præterea quia quando imponitur poena matrimonio, intelligitur de consummato, ut dictum est *lib. 1. disp. 1. ita P. Molina t. 1. de iust. disp. 176. fine. lati' id disputans, at contrarium putant Coua. C. Raynuntius de test. init. n. 21. & Castillo l. 49. Tauriv. itē quæro, an filia.*

5. Nec tamen hæc lex imponens poenam matrimonio clādestino correctā est per ius Canonicum. probatur, quia quamuis inferior abrogare leges superioris non possit; at quis negabit posse nouis poenis impositis, quo meli' seruentur, adiuuare? Secundo matrimonium non solum est Sacramentum, sed ciuilis contractus, ergo quatenus contractus est, potest pertinere ad forum sæculare ob bonum Reipub. &c. cum matrimonia clādestina multum perturbent Rempub. Ita ex Theologis *Sotus 4. d. 29. q. 1. ar. 4. ad 4. Enriq. lib. 11. de ma. c. 6. n. 2. Corduba sum. q. 171. §. la segunda opinion. Petres Led. de ma. q. 45. ar. 5. §. est tamen dub. ver. ad intelligentiam, & alij Canonistæ Menoc.*

Menoch. *de arb. l. 2. cen. 4. casu 398. n. 47.* Minchaca *lib. 1. de succ. creat. §. 10. n. 637.* inter quos Molina *l. 2. de primo gen. c. 16. n. 10.* dicit ita se vidisse obseruari, quod etiam testatur Burgos de Paz *conf. 20. n. 11.* contra Veracruz dicentem esse inualidam talem legem. *3. p. spe. ar. 20. concl. 3.*

6 An vero hæc poenæ incurratur, quando matrimonium clandestine contractum, fuit nullum, ex eo, quia v. g. fuit absque Parocho. vide hoc *libro 3. disputat. 2.*

DISPUTATIO XLVIII.

Quæ sint poena parochi, vel alterius Sacerdotis assistentis matrimonio clandestino

1 **P**arochus, vel quicumque alius Sacerdos sæcularis, vel Regularis, qui matrimonio clandestino interfuerit de iure antiquo per triennium suspendendus est ab officio; & eadem poena puniendus est parochus, qui quâuis non assistat, tamen sciens non impediuit illud iniri, & hæc poena est ferenda per sententiam Iudicis, non lata. sic Prep. & Petr. Diaz *C. fin. §. fin. de clandest. despons.*

2 Verum probabilius est hanc poenâ impositâ Parocho, & c. assistenti matrimonio clandestino iure antiquo correctam esse per Trid. Vnde si parochus, vel quicumque alius Sacerdos assistat matrimonio sine testibus, punietur poena extraordinaria imposita à Tridento. Probatur, quia communis opinio tenet legem nouam, & poenam posteriorem mitiorem corrigere poenam legis antiquæ grauiorem ut tradunt Bossius *pract. de officialibus pecunijs corrup. n. 10.* Clar. *lib. 5. recep. pract. crim. §. fin. q. 85. v. debet etiam Iudex.*

Sed poena Trid. est mitior poena antiqua; nam poena antiqua est triennis suspensio, poena Trid. *c. 1. de matr. sess. 24.* est, ut Parochus sine debito numero testium assistens; grauius puniatur arbitrio ordinarij, ergo & c. Secundo, quia hodie tale matrimonium est inualidum, sed cum est inualidum nulla

incurritur poena ordinaria, ut dictum est hoc *lib. 3. disp. 2.* ergo quâuis dicamus per Trid. non esse correctam poenam suspensionis triennis, ea non incurritur cum, matrimonium iam sit nullum. ita expressè Matienzo *lib. 5. rec. t. 1. l. 1. gl. 7. n. 2.*

3 Contraria tamen sententia, quæ vult adhuc talem poenam suspensionis durare est apertè Salzedo *p. act. c. 73. §. 8. non est obliuioni* Manuel *l. 1. sum. 2. ed. c. 221. n. 4.* Ant. Go. *n. var. 3. 2. c. 1. n. 38. ver. 4. concl.* vbi ait: vtraque poena est seruanda, cum diuersæ diuersis legibus ponuntur, nec constat quænam poena sit correctâ, & dicit hoc esse commune DD. mouentur, quia Trid. non derogat iuri antiquo, immo proficitur se inhære vestigijs Concilij lateranen. ex quo desumptum est illud *C. fin.*

4 Incurret vero eam suspensionem parochus, vel alius Sacerdos Regularis, vel Sæcularis de eius licentia assistens matrimonio clandestino defectu denunciationum; quia de hoc nil constituit Trid. & de cetero est verum matrimonium, & ob eandem rationem, quâdo sciuit, & non impediuit, ne contraheretur, & denique quâdo interfuit alijs matrimonijs validis, interdictis iure, vel ab homine, ut si Iudex interdicit aliquibus ne contrahant, vel parochus ne authoritatem interponat. ita. Enriquez *l. 11. de ma. c. 5. n. 6.* Maiolus *de irregu. lib. 3. c. 25. n. 17. & 18.* Vega *lib. 6. sum. casu 112.* idem dic si vagorû matrimonio sine licentia ordinarij assistat. ex Maiolo *n. 17.*

5 Quod si his matrimonijs assisteret aliquis Sacerdos absque parochi licentia, non incurret eam suspensionem triennem; quia tunc nullum est matrimonium defectu conditionis requisitæ à Tridento. nimirum ut proprius parochus, vel alius Sacerdos de eius licentia assistat, at incurret suspensionem donec absoluat ab ordinario, vel parochus, cuius erat assistere tali matrimonio, vel licentiam dare, prout idem Concil. disponit *dicta sess. 24. cap. 1.*

6 Aduerte tamē quamlibet ignorantiam,

tiam, etiamsi crassa sit, excusare a prædicta suspensione à Trid. imposita; dūmodo non sit ita crassa: vt sit ingens temeritas, quia Trid. dicit, ausus fuerit, verbum autem audacia dicit temeritatem; vt docent Cardin. *clēm. 1. q. 39. de priuileg. D. Anto. 3. p. 24. c. 54. col. 3. ver. querit. Caet. sum. v. excommunicatio c. 8. Nau. sum. c. 27. n. 155.*

- 7 Nota tandem Regulares Sacerdotes matrimonia sollempnizantes, seu benedicentes absque proprii parochi licentia incurrere præter suspensionem impositam à Trid. de qua n. 5. etiam excommunicationem per *Clem. 1. de priuileg.* quia Regula illa, vt pœna nouamitior corrigat rigidiorē, valet in pœnis à Iudice infligendis, vt est illa pœna triennis suspensionis iure antiquo constituta. non verò in ijs, quæ ipso iure incurruntur, vt sunt excommunicatio, & suspensio hæc, quæ statim ipso facta incurruntur. sic etiam *Nauiar. lib. 5. cons. in 1. edi. t. 37. de pœnis cons. 1. Maiolus l. 3. de irregul. cap. 25. n. 12. Manuel t. 1. sum. 2. edi. c. 219.*

DISPVATIO XLIX.

An si parochus alienus, vel Sacerdos, qui non est parochus non assistat matrimonio; sed alij Sacerdoti licentiam assistendi concedat, sit suspendendus triennio, vel incurrat suspensionem Episcopi arbitrio duraturam.

- 1 **R**espondeo negatiuè. & dico in hoc casu, quando ille, qui non est proprius parochus, vel Sacerdos ille, qui non est parochus nō assistit matrimonio, sed dat alteri Sacerdoti licentiam assistendi, non incurrit pœnā suspensionis ad libitum Episcopi amouendam, nec pœnam triennis impositam *cap. fin. §. fin. de cland. despons. de quibus diximus disp. præced.* Probatur quia censura lata contra admittentes aliquod delictum, non ligat mandata consulentes, vel aliter consensum præstantes; nisi exprimentur tales personæ in Canone ferente cēsuram ex *Enriquez 13. de excomm. c. 17. n. 2. Bar. a.*

Ledesma dub. 6. f. 1002. de excommunic. & alijs; ergo cum Trid. d. c. 1. solum suspendat parochum, vel alium Sacerdotem coniungentem, vel benedicentem Parochianos alienos absque licentia proprii parochi, nec exprimat dantē licentiam, vel mandantem, non incurrant illam dantes licentiam, & mandantes. Nec etiam incurrant suspensionē triennalem c. fin. §. fin. de cland. despons. quia ea comprehendit proprium parochum non impediētem clandestina matrimonia; hic autem qui dat licentiam, non est proprius parochus, vt supponimus in titulo, ergo neque hæc pœnam incurret:

- 2 Probatur secundo, quia quando Canon vult excommunicare non tantū committentes delictum, sed etiam mandantes; vel consulentes, id explicat, vt constat ex multis Bullæ Cœnæ excommunicationibus cum sit diuersum mandare, & facere ex *c. si quis vid. d. 50. Bart. l. si is qui pro emptore n. 56. ff. de usucap.*

- 3 Nota etiam quod si proprius parochus det licentiam non Sacerdoti assistendi matrimonio, non incurret suspensionem illam triennem *C. fin.* quia cum matrimonium sit nullum ex eo, quia is, qui assistit, non est Sacerdos; vt dictum est hoc *3. libro disput. 20.* nulla pœna incurritur, vt etiam dictū est hoc *lib. disp. 1.* Nec incurret pœnā à Trid. impositam, vt scilicet sit suspensus quoad Episcopus voluerit, quia hæc pœna imponitur parochi, vel alieno Sacerdoti, qui sine licentia proprii parochi alienos Parochianos benedicit, vel coniungit, at in dicto casu; nec parochus cōiungit alienos Parochianos, & ille, qui coniungit, nec est Sacerdos nec facit sine licentia proprii parochi, vt supponimus, ergo nec hanc suspensionem ad libitum Episcopi incurret. Neutram etiam suspensionem incurret is, qui cum non sit Sacerdos, nec parochus coniungit aliquos matrimonio absque licentia proprii parochi, quia dictæ pœnæ cōtra parochum, vel Sacerdotem assistentem sine licentia proprii parochi fulminantur. Sed hic

non est parochus, nec Sacerdos, ergo non incurret dictas poenas.

DISPVATIO LO.

An parochus triennio suspensus ex eo, quia clandestino interfuit, si non dum elapso triennio iterum assistat, & per hoc suspendatur alio triennio, hoc posterius triennium confundatur cum priori, vel incipiat finito priori triennio?

Probabilius est suspensionem triennalem (& idē intellige de quacunque poena, quæ daret per aliquod tempus, quando ille, qui ea est affectus nondum finito primo tempore aliam poenam, vel similem ob aliquod delictum incurreret) incipere ab ipso die, in quo iudicis sententia infertur, aut statim à die, in quo committitur delictum, quando ipso iure incurritur, & sic v.g. parochus assistens clandestino suspenditur triennio, si post elapsum annum iterum assistat clandestino, & suspenditur alio triennio, hoc triennium incipit numerari post elapsum annum primi triennij, ita vt tantum per quatuor annos sit suspensus, nisi iudex ferens sententiam suspensionis declaret, vt posterius triennium incipiat currere post elapsum primum; ita vt per sex annos sit suspensus, quod potest iudex facere, teste Baldo *lo. ci.* Probatur conclusio, quia quando exprimitur aliquod tempus intelligitur tacite de proximo sequenti. *l. cum, qui Kal. 41. ff. de verb. obligat. C. non potest §. 1. de prob. in 6.* ergo expressio secundi triennij intelligitur de triennio proxime sequenti, & non de eo, quod sequitur post elapsum primum triennium. sic Paulus *Clem. 2. de magis. vbi Imola.* Bald. *C. cum in cunctis §. fin. nu. 30. de elect. vbi q. 7. n. 8. Anchar. Cardin. qu. 4. numero 4.*

Sunt qui velint tempus suspensionis, vel poenæ incipere finito priori tempore suspensionis. ita Stephanus *d. clē.* Thomas de Ripera apud Ioan. And. *d. c. cum in cunctis n. 30.* quia aliter non satisfacit vtrique delicto. Alij vero volūt,

quod si poena imponatur cum determinatione temporis, à quo incurritur vt si dicatur sit suspensus triennio à die delicti, tūc triennium posterius confunditur cum priori; si vero ponitur indeterminate, tunc posterius triennium incipit priori finito. Ratio est, quia in priori casu habetur tempus prescriptum initio poenæ, quod non habetur in secundo sic Abb. *d. c. cum in cunctis §. fin. Bart. l. in senatus §. fin. ff. ad sepul. Con. Turpil.*

DISPVATIO LI.

An parochus suspensus ab officio eo, quod interfuit clandestino, sit consequenter suspensus à beneficio?

Responsio est parochum in tali casu non esse suspensum à beneficio per hoc, quod suspendatur ab officio, quia *tex. C. fin. §. fin. de clād. despon.* solū exprimit suspensum esse ab officio, ita in proprijs terminis Man. *1. t. sum. 2. ed. c. 221. n. 4. cōtra Lud. Lop. dicentē esse etiam suspensum à beneficio 2. pa. injt. de ma. ca. 39. f. 1060.* Potest tamē dici iudicem posse suspendere etiam à beneficio illum parochum, qui suspenditur triennio eo, quod interfuit matrimonio clandestino defectu denūciationum, quādo culpæ grauitas id postularret *C. fin. d. ibi. (grauis puniendum, si culpa qualitas postulauerit.*

At quoniam decisio huius casus pendet ex illa quæstione, an suspensus ab officio sit suspensus à beneficio, ideo sciendum est tripliciter posse aliquem suspēdi. primo ab officio, & per hoc suspēsus tali pacto, non potest exercere ordines, & officia, clericalia. sec. à beneficio & per hoc tūc priuatur fructibus, & emolumentis reddituum talis beneficii, at potest tale beneficiū administrare quoad temporalia, & spiritualia. tertio ab officio, & beneficio. Sēs igitur quæstionis est, an ille, qui suspenditur ab officio, & ordine clericali per hoc absq. vlla alia declaratione intelligatur suspēsus à fructibus beneficii. iā adepti; nā certū est esse suspēsum à beneficio in posterū acquirēdo, durāte suspensione ex *C. fin. vers. si tamen de cler. excom. ministr.*

- 3 In hac retres sunt principaliores sententiæ. Prima dicit suspensum ab officio suspendi à perceptione distributionum quotidianarum, non vero à perceptione aliorum fructuum beneficij, nisi suspensio sit perpetua, vel tã diuturna, vt vim depositionis habeat. hanc tenet Bonif. *clem. fin. de pœn. nu. 42. & seq* ibi Imola *n. 11.* Greg Lopez *l. 17. v. et derecho. l. 9. p. 1.* Nau *sum. c. 27 n. 160.* Ratio est, quia hæ distributiones dantur ob ministerium factũ Ecclesia per mittente: non autem id ea prohibente. Aduertit tamen Bonif. *n. 48.* tunc suspensionem esse perpetuã, quando Iudex expressè in perpetuũ suspendit, & non potest Episcopus ab ea absoluerè, vel quando est talis, vt sola Pontificis dispensatione tolli possit. & *n. 46.* ait tunc suspensionem perpetuam priuare fructibus beneficij, quãdo est lata propter delictum, nõ quãdo ob senectutem, aut morbum.
- 4 Secunda sententia absolute dicit suspensum ab officio esse suspensum à beneficio; quia cum beneficium sit accessorium officio *c. cum secundum de probat. corruete principali, corruit. accessoriũ regu. access. de reg. iur. in 6.* sic docet Gloss. *c. iatorer v. ab off. de cler. excomm. min. & ibi Host. Anto. numero 11. Abb. & alij.*
- 5 Tertia sententia, cui adhæreo est suspensum ab officio non esse suspensum à beneficio, nisi expressè declaretur. Probatur, quia suspensio ab officio est species suspensionis diuersa à suspensione à beneficio, ergo quãdo exprimitur tantum vna suspensio, non venit altera. antecedens, quod scilicet suspensio ab officio sit species diuersa à suspensione à beneficio probatur, quia in iure aliquando ponitur suspensio ab officio, vt *c. quia in omnibus fin. de cens. & aliquãdo ponitur suspensio à beneficio vt c. cum in cunctis 9. fin. de elect. & aliquãdo ponuntur vtreq; suspensiones *c. tam literis fin. de test. & attest. ibi (ab off. & beneficio denunciatis esse suspensos)* ergo sunt diuersæ species suspensionum. Hæc sequitur Gloss. *c. presbyter si à pleb. be. 2. q. 4. ver. suspendatur Nau. lib. 5. conf.**

in 2. edi. de homic. con. 41. n. 2. Perez l. 5. ordinam. t. 1. l. 1. f. 31. 9. in oppositum Bonif. clem. fin. n. 48. de pœnis. vbi hæc air. (possumus dicere, quod suspensus ab officio, siue perpetuo, siue ad tempus, siue simpliciter, siue à iure, siue ab homine, siue ex graui, siue sit in mora petendi absolutionẽ, siue non nunquam censeatur suspensus à beneficio, nisi hoc in sententiã exprimat) cuius singula verba sunt posita contra varias sententias, & dicendi modos, qui sunt in hac materia. nam præter duas dictas sunt aliæ octo sententiæ circa hanc rem.

- 6 Prima est Host. quem refert Gloss. *d. clem. fin. & Archid. c. cum aterni. nu. 2. de sent. & re iud. in 6.* quæ vult, tunc suspensum ab officio suspẽdi à beneficio, quando suspensio est ab homine.
- 7 Secunda, & contraria huic vult, vt suspensus ab homine sit etiam suspensus à beneficio, non vero suspensus à iure sic Ioa. *apud gl. cap. præter hæc d. 32. & Capua lib. 4. decis. c. 24. n. 5.*
- 8 Tertia dicit tũc esse suspensum à beneficio, quãdo est in mora petendi absolutionem; sic Tancred. *ca. cum bonæ de etat. & qualis. Io. And n. 9.* Maiolus *de irreg. l. 3. c. 19. n. 10.* Angel, qui intelligit eam sententiã, quãdo suspensio est ob crimen graue *ver. suspensio 3. n. 3.*
- 9 Quarta vult tũc esse etiam suspensũ à beneficio, quãdo constat crimẽ esse mortale. sic Tancred. & Abb. antiq. *apud Gloss. clem. fin. d.*
- 10 Quinta distinguit si suspensio sit ob crimen leue, vel infamiam, aut contumaciam non suspendi à beneficio, suspẽdi vero si sit ob graue. sic Host. *sum. t. de sen. exc. 9. quis sit ei? effectus n. 11. v. sed nõquid. Cou. 4. dec. 2. p. c. 6. n. 14.* Borgasius *de irreg. 6 p. t. de suspens. n. 31.*
- 11 Sexta est suspensum ab homine ob crimen, quodcunque esse suspensum à beneficio, si vero sit suspensus ob infamiam, vel contumaciam, non est à beneficio suspensus. sic Rosella *v. suspensus n. 1.* Sylu. *suspensio q. 5. ver. si iterum suspensio sit ab off. D. Ant. 3. p. t. 27 c. 4. ver. item cum quaritur an suspensus Tabie. Anchar. & Calderinus apud Sanch. numero 7.*

12 Septima tunc ait esse suspensum à beneficio; quando a deo est suspensio; vt tacite, vel expresse habeat vim priuationis. sic Manuel 2. s. sum. c. 68. nu. 7.

13 Octaua est, vt tunc suspendatur etiā à beneficio, quando suspensio est talis; vt clericum impediatur, ne licite possit suū munus exercere circa beneficiū simplex. sic Enriquez lib. 13. de excom. c. 32. n. 3. Viuald. Candel. 2. p. tract. de suspens. n. 171.

14 Non est tamen negandum posse suspensum ab officio priuari etiam beneficio, quando suspensio est perpetua, & ob graue delictum, vt docet Gloss. d. cap. Presbyter, cum Paulo clem. 1. de priuileg. Imola clem. fin. de poenis. & Vgo. de cens. tab. 4. c. 6. §. 3. n. 1.

DISPUTATIO LII.

An Parochus suspensus, quia interfuit clandestino possit ab Episcopo absolui.

1 **T**enendum est non posse Episcopum ab ea suspensione absolui; quia licet verum sit suspensum à iure non reseruante absolutionem, posse ab Episcopo absolui; tamen quando ius apponit tempus præfixum suspensioni, non potest Episcopus, qui inferior est, ab ea absolui, vt volunt Couarr. 4. decr. 2. p. c. 6. n. 14. Sylu. suspensio qu. 8. dicto 3. Abb. C. quam sit de excess. prel. fin. Felin. C. nuper de sent. excomm. n. 1. Ber. Diaz practica noua edi. c. 73. num. 3. & alij ex Theologis Manuel. Enriquez. Viuald. Ludou. Lopez apud Sanch. hic n. 2.

Confirmatur, quia illa suspensio triennis statuitur C. fin. §. fin. de clandest. despons. à concilio generali lateran. Sed Episcopus non potest dispensare in constitutione concilij, vt tenent DD. communiter. ergo.

2 Nec poterit Episcopus virtute Decreti Trident. sess. 24. c. 6. de reform. ab ea absolui, quia hæc suspensio incurritur post Iudicis sententiam, præmissa cognitione delicti, in quo casu Episcopus non habet facultatem ex d. c. 6.

3 Constat tamen posse absolui ab Episcopo, seu eius Vicario Generali, seu à quocumque alio habente iurisdictionem, quasi Episcopalem, quando suspensio esset contracta ex eo, quia aliquis coniunxerit, vel benedixerit alienos Parochianos; quia illa suspensio ita est imposita à Tridentino. vt eius etiam absolutio daretur arbitrio Episcopi, vel ordinarij eius parochi, in cuius parochia erant illi contrahentes; vnde non potest alius Episcopus alterius Diocesis hac suspensione ligatum soluere.

DISPUTATIO LIII.

An poena matrimonij clandestini incurranter ante Iudicis sententiam.

1 **D**ifficultas proposita in duabus poenis potest esse, nempe in poena exhæredationis, & illegitimitatis. nam triennis suspensio non incurritur ante Iudicis sententiam, nec poena amissionis bonorum imposita ijs, qui clam contraxerunt, & testibus, incurritur ante sententiam declaratoriam iuxta l. 49. Tauri Annullatio item matrimonij absque parochio, vel testibus, initi, ipso facto incurritur, nec vlla sententia ad eam requiritur.

2 Dico igitur primo. Potest pater nulla præmissa Iudicis sententia filium, vel filiam exhæredare. Verum hæc exhæredatio non sortietur effectum; nisi posita Iudicis sententia, quæ fertur, postquam hæredes probauerint sufficientem, & legitimam fuisse causam talis exhæredationis. vt in casu nostro v. g. clam filium, vel filiam contraxisse matrimonium inscio patre, cum iisdem conditionibus, quas ad exhæredationem necessarias dixi disp. 47 hoc libro.

3 Nō tenetur tamē filius, vel filia clā contrahentes ab hæreditate parētū abstinere, antequā ea priuētur, quia nullus tenetur poenā sibi inferre. sic etiā P. Mol. t. 1. de iust. d. 176. f. 1041.

4 Dico 2. ad hoc vt filij nati ex matrimo-
nio clandestino sint illegitimi, nulla re-
quiritur Iudicis sententia. Probatur,
quia quando priuatio alicuius dignita-
tis &c. imponitur, nō vt pœna delicti;
sed ob defectū alicuius conditionis re-
quisitæ, nō requiritur sententiā Iudicis;
sed ista priuatio legitimitatis non im-
ponitur vt pœna, sed tantū ob defectū
conditionis requisitæ ad gaudendum
privilegio legitimitatis; ergo ad hoc,
vt illegitimitas incurratur, nō requi-
ritur sententia Iudicis. Conditiō vero
requisita iuxta C. *ex tenore qui filij sint
legitimi* est iusta ignoratiā impedimēti
in parentibus, quæ non est in illis, qui
clam contraxerunt, nam præsumuntur
data opera fecisse, vt supra dictum est
disput. 42.

DISPVATIO LIV.

*An solius Iudicis Ecclesiastici sit has pœ-
nas inferre laicis clam contrahentibus
& an possit prohibere Iudicem sæcula-
rem in hac causa procedentem.*

1 **N**ON est solius Iudicis Ecclesiasti-
ci punire hoc delictū, sed qui pri-
uauerit, siue sit loc⁹, siue sit Ecclesi-
astic⁹ pōt pœnas inferre. Probatur, quia
non est quæstio iuris, nō enim vidēdū
est quale matrimonium dicatur clan-
destinum, quale nō ē, & quales exigat
cōditiones, sed est facti, videlicet quæ-
rit, an tales ita contraxerint sine testi-
bus v. g. aut sine denūciationibus, quod
potest facere, & inquirere Iudex sæcu-
laris, quādo non constat matrimoniū
esse clandestinū, ita Minchaca *de success.*

*creat. l. 3. §. 26. n. 69. 70. Gutier. 2. pract.
q. 2. n. 1. & Barboſa alijs relatis l. Titia
35. n. 36. ff. sol. ma. quidquid dicat Aze-
bedo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. n. 46. qui vult
vt quando non constat de clandestini-
tate prius definiēdum sit per Iudicem
Ecclesiasticum.*

2 Addo etiam quod si Iudex Ecclesia-
sticus taliter delinquentes non condi-
gne puniat, potest Iudex sæcularis eos
iterum punire, ita vt pœna condigna
sit delictō. Probatur ex C. 2. *de maledi-
ois ibi (per temporalem præterea potesta-
tem)* sic Minchaca n. 69. & docent etiā
Abb. c. 1. *de offic. ordin.* Couarr. cū mul-
tis ca. Raynuius n. 19. *de testi.* & alij
quando crimen est mixti fori. At ex
omnibus DD. colligitur nō posse per
Ecclesiasticum Iudicem iterum puni-
ri reum, qui iam sufficienter punitus
est in corpore, vel pecunia à sæculari.
sic Iul. Clarus lib. 5. *recept. pract. crim.
§. fi. q. 57. ver. penul.*

3 Aduerte tamen, quod in casu, quā-
do matrimoniū esset clandestinū defe-
ctū denūciationum, & contrahentes
vel quiuis alius intenderet hoc matri-
monium esse inualidum ex eo, quia nō
fuerunt data signa cōsensu, vel ex alio
capite, tum Iudicem Ecclesiasticum
posse præcipere sæculari, vt deponat
testes coram se de valore huius matri-
monij. Probatur, quia cognoscere de
valore matrimonij spectat ad Iudicem
Ecclesiasticum; ergo hic potest cōpel-
lere Iudicem sæcularem, vt permittat
testes coram se deponere, licet postea
ipse Iudex sæcularis possit punire de-
linquentes. sic Coua. 4. *dec. 2. p. c. 6. n. 2. 1.*

FINIS LIBRI TERTII.



LIBER QVARTVS

DE CONSENSV COACTO

In hoc quarto libro agitur de consensu metu extorto, & primo quæritur, quando nam metus dicatur grauis, quando vero leuis. Secundo, quando irritet cæteros contractus tam pro foro conscientie, quam pro foro externo. Tertio quando irritet ipsum matrimonium.

DISPVATIO I.

Quid & quotuplex sit metus.

I Vpponendum est omnia, quæcumque fiunt a voluntate esse absolutè, & simpliciter voluntaria, & libera; etiam si fiant metu grauiſſimo ita vt si metus non esset, voluntas ea nunquam faceret. Ratio est, quia vt bene ait D. Tho. 1. 2. q. 6. ar. 4. & DD. ibi nullus actus a voluntate elicitus, vt est velle hoc, & nolle hoc, pōt esse coactus, & per meram vim ab ea elicitus, licet possit cogi voluntas in actibus imperatis, quales sunt, mouere manum, pedem &c. nam si Pet. v. g. nolit manum mouere, potest aliquis illam trahere, & sic eo renitēte facere, vt moueatur; non potest tamē aliquis quacumque vi facere, vt Petrus velit mouere manum, cum ipse nullo pacto id velit facere. Vnde si tunc ipse Pet. metu compulsus eliceat hunc actum, volo mouere manum, ille actus erit simpliciter voluntarius, & liber, & secundum quid inuoluntarius; quāuis si non adfuisse metus, ille nūquam voluisset mouere manum. Vnde si talis voluntas mouendi manus præciso metu, eēt intrinsecè malum, & peccatum siue mortale, siue veniale; erit etiam tale posito quocumque metu; quia gesta metu sunt simpliciter voluntaria,

vt dictum est.

- 2 His positis ad quæsitum in titulo quid sit merus. Respondeo (est mētis trepidatio instantis periculi, vel futuri causa) sic Vlpianus Iurisc. l. i. ff. de eo, quod metus caus. quæ definitio apertius intelligetur, quando conditiones adiutum metum requisitæ explicabūtur.
- 3 Ad secundum dico duplex est metus vnus cadens in virum constantem, & dicitur iustus, probabilis grauis, quia potest illum habere vir constans, nec constantiæ repugnat, aut fortitudini, alter dicitur cadens in inconstantem, dicitur etiam iniustus, improbabilis, leuis, & hic repugnat constantiæ, dedecet enim virum constantem quacūq; specie mali pauere. Vide Zasium *inst. de actio. §. quadrupli. n. 10.*

QVÆRES.

Quenam conditiones requirantur ad hoc, vt metus sit grauis.

- 4 **R** Espondeo quinque cōditiones requiri ad hoc vt metus sit grauis, & cadens in virum constantem.
- Prima est, vt malum quod timetur sit magnum in se; nec sufficit si comparatiue ad malum minus sit magnum, & sic non dicitur in se malum magnū amissio decem aureorum homini diuiti, quamuis facta comparatione cū amissione quinque aureorum sit magnum;

gnum; sed debet esse in se graue absq; respectu ad minus malum. Ratio est, quia ideo iura cōcedūt rescissionē cōtractuum initorum cum metu graui; quia talis metus libertatem impedit. *C. cum locum despons.* Sed quando malū, quod timetur in se ipso leue est, quāuis leuiori malo anteponatur, nō impedit in viro forti libertatem consensus, sed tantum facit, vt prudenter agat, & constanter eligendo minus malum v.g. amissionem quinque aureorum potius, quam decem, & sic iste metus large, & inproprie dicitur grauis.

5 Secunda conditio ad metum cadētem in virum constantem est, vt metus sit ex probabili, & rationabili causa, vnde non sufficit quāuis suspicio mali futuri, nam hoc pacto etiam viri incōstantes timent sic *D. Tho. 4. d. 29. q. vn. ar. 2. corp.* *Scotus ibi §. de primog. contradi. est Riccard. ibi ar. 1. q. 1. Gabr. 3. d. 39. q. 1. ar. 1. & alij. nec requiritur realis, & vera illatio damni, sed sufficit timor mali ex probabili causa mox futuri; & textus. & DD. qui dicunt non sufficere suspicionem mali, intelligendi sunt de suspicionem ex causa insufficienti, vel de suspicionem mali post longum tempus venturi, cui poterit diuturnitate temporis facile resisti *l. nec timorem 7. ver. proinde 1. ff. de eo, quod met. cau.* *Bart. l. metum 2. ff. de eo, quod immo si malum, quod timetur, euēturum probabiliter multum post temporis sit tale, vt credatur nulla via posse impediri, efficiet metum cadētem in virum cōstantem. Vnde iusta & probabilis suspicio metus habetur pro metu, & satis ē ad rescindendum contractum cum tali suspicionem in initum; sicut etiam timor violentiæ inferēdæ reddit vitiosam electionem factam, licet violentia illata non sit. sic *Bart. l. 2. lec. 2. n. 1. ver. debetis scire C. quod me. cau.* *Alex. cōf. 99. n. 6. vol. 3. Anchar. c. cum dilectus de his quæ vi nu. 7. Alex. Zartagnus inter cons. matrim. Zileti cons. 21. n. 5. & alij permulti iuristæ cum Padilla, l. cum proponas la. 1. nu. 3. c. de transac. & Mascari. de prob. conclus. 1055. num. 26.***

6 Tertia conditio est, vt metum incu-

tiens, potens sit minas executioni mādare ex *l. famosi ff. ad leg. iul. vt si quis iuuenis, & fortis minitē īfligere vulnera, & sufficit si ille, qui patit timorē, probabiliter existimet illum posse minas illas exequi; nam si defacto non potest ob aliquam causam timēti incognitā, adhuc metus erit cadens in virum cōstantem. ita etiam *Anto. Cucus lib. 5. inst. mai. t. 12. n. 155. Sotus l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 2. Carbon. de rest. q. 46. Jun-dam. 3. & alij communiter.**

7 Quarta conditio est, vt metum incutiens solitus sit minas exequi, & nō talis, qui facile minatur, & deinde nil exequitur. constat ex *l. vn. c. si quis imperato, & requiritur, vt solitus sit exequi minas, si non in eodē genere mali, saltem in alio simili, & atroci. ex Bald. l. fin. ff. de hered. instis. Nec sufficit si minans semel aliquem male tractauerit nisi forte male tractauerit ipsum timētem; quia ex vnico actu non probatur consuetudo, vt docent DD. communiter, nec satis est probare metum cadentem in virum cōstantem ex eo, quod minitans male tractauerit illum in alio officio; sed opus est probare, male tractatū esse in eo officio, quod tunc obit. sic *Bart. l. de pupillo §. si quis ipse n. 15. & 16. Anto. C. fin. n. 8. de appell. Alex. de Neuo ibi nu. 19. Imola numero 8.**

8 Vltima est, vt timēs nō possit facile se defendere ab his malis: nam si poterit implorando v.g. alicuius auxilium, consilium &c. tūc non erit metus cadens in virum constantem; quia incōstantis, & imbellis hominis est timere ea mala, quæ facile vitare potest. sic *Angel. metus n. 5. Sylu. ibi q. 1. Ant. Cucus lib. 5. inst. mai. t. 12. n. 155.*

DISPVATIO II.

An ad hoc vt dicatur metus cadens in virum constantē requiratur, vt minus malum eligatur ad vitandum maius; vel possit esse talis, licet ob illum timorem eligatur maius malum ad vitandum minus, vt si timore mortis quis eligat fornicationē, vel mēdaciū, quod est maius malū ipsa morte? Pro-

Probabilius est ad hoc, vt dicatur metus cadēs in virum cōstātem in ordine ad rescissionem matrimonij, & ceterorum cōtractuū nō requiri, vt timore effectus eligat minus malum, sed satis est, si timor à quo impellitur, sit valde grauis, vt mortis &c. Ratio est; quia iura ideo annullāt matrimonia, & cōcedūt rescissionem cōtractus, quādo metu graui fiūt, quia is metus impedit liberum cōsensum; & iniuriam irrogat ex c. cum locum despons. sed quādo metus est grauis, licet homo illo timore eligat maius malum, impeditur libertas, & iniuria irrogat: ergo sufficit ad cōtractus rescissionem. & sic v.g. Petrus quamuis peccet, & dicatur nō cōstāter egisse, si mēdacium dixit, ne occideretur; quia potius debebat mori, quam mētiri; tamen si quid in tali casu promisit &c. potest rescindere cōtractum talis promissionis. ita Nauarr. *sum. c. 22. n. 51.* Ledef. 2. p. 4. q. 49. ar. 3. *fine* Menoch. *de pres. l. 3. pr. 4. n. 33.* Philiar. *de off. sacer. l. 1. p. 2. lib. 2. ca. 8. ad finem* Enriquez *l. 11. de ma. c. 9. n. 3.* Lud. Lop. 2. p. *inst. de mat. c. 40. f. 1070. col. 1.* & alij *disputat. 18.* referendi.

2 Contraria tamen sententiā, que dicit metū, quo quis eligit maius malū, vt fugiat minus v. g. eligit fornicationem, vt fugiat mortem, nō cadere in virum cōstātem, & quod per hoc nō est sufficiens ad rescissionem cōtractuū. probatur ex l. *metum la. 1. ff. de eo, quod met. causa (metum accipiendum labeo dicit non quemlibet, sed maioris mali)* est satis probabilis eam tenet ex Theol. D. Th. 4. *disp. 29. qu. vn. ar. 2.* D. Bonau. *ibi q. 1. fine* Scotus *q. vn. §. de primo conditio est* Duran. *q. 2. v. 4.* Palud. *qu. vn. ar. 2. concl. 2. n. 13.* Gabr. 3. d. 39. q. 1. ar. 1. Victoria *sum. de ma. n. 268.* Couarr. 4. *dec. 2. p. c. 3. §. 4. n. 2.* Pēna *direct. in q. 2. p. con. 65. q. 41. de blasphemis n. 8.* & alij licet Sotus 4. d. 29. q. 1. ar. 2. ante 1. *conclu. v. sed tamen ex parte subiecti.* & Enriquez. *lib. 11. de mat. c. 9. n. 3.* velint tūc nō esse metum cadētem in virum cōstātem quādo eligitur potius peccatum mortale, nō autē veniale, quia

veniale nō ita opponitur cōstātiā. sed melius alij in hac sententia absolute loquuntur.

DISPVATIO III.

An metus viri cōstantis sit is, qui absolute est grauis absque villo respectu ad patientem metum, & ita in omnibus debeat esse equalis, vel potius dicatur respectiue considerata qualitate persone, qua metum patitur.

Certum est metum cadētem in virum cōstātem dici respectiue, & cōsiderata persona patiētis metum. & sic metus v.g. amissionis viginti aureorum erit grauis respectu rustici, vel artificis. Vnde minor metus desideratur in foemina, quam in viro, & in ipsis viris minor in senē. v. g. vel pusillanimitate, quam in forte iuuenē, & magnanimitate; & sic etiam minor mali probabilitas sufficit ad hoc; vt dicatur metus cadēs in virum cōstātem respectu foeminae, vel pueri &c. quam respectu hominis cordati, & prudētis. Probatur, quia licet foemina habeat virtutem cōitātē; tamē propter corporis cōstitutionem illi sexui naturalem minus potest metui resistere, quā vir, & idem dicas de vno viro respectu alterius, quia ob naturalem scilicet timiditatem, pusillanimitatem, vel simplicitatem minus poterit resistere, quam alius. ita Abb. *c. cum locum de spō. n. 6.* Alex. de Neuo *ibi n. 23.* Hostien. *sum. t. de mat. §. pen. n. 27.* Hyppolitus *in gul. 578.* incipienti metus in foeminā cōstātem Mohr. *lib. 2. de primog. c. 3. n. 10.* Mench. *de arb. lib. 2. cent. 2. ca. 135. n. 4.* Mārica *de consecr. vlt. volu. lib. 2. t. 7. n. 7.* Seraphinus, Neujzan^o, Ruinus, Ant Grab. Greg. Lopez. quos citat Sanch. *hic n. 2.* cum Soto *l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 2.* Veracruz *1 p. spec. ar. 8. post. 7. concl. §. timor maior.* Man. *1. t. sum. 2. edi. c. 131. concl. 3. n. 3.* Lud. Lopez *2. p. inst. noui de ma. c. 40. f. 1070. col. 1.* Salon. *2. 2. q. 62. ar. 2. contr. 5. in confirmat. 3. conclus.* & alij multis Theologis.

Vnde

2 Vnde quādo *tex. C. consultationi de spons. ad irritandum foeminae matrimonium assignat pro ratione esse initum metu cadēte in virum cōstantē*, ea verba accipiuntur non strictē pro metu cadēte in virum cōstantem, sed pro metu, qui non est leuis, & meru- vanus. nam est sufficiēs metus, qui cadat in foeminam constantem; & sic de alijs, dum dicitur metus cadens in virum constantem. Intelligitur nomine viri constantis animi robur, quē quisque ex sua complexione habet. ita Gutier *conf. 16. n. 13.* Menoch. *de arb. l. c. n. 5.* Flam. *de relig. ben. lib. 13. q. 1. n. 62.* Couarr. *4. decr. 2. p. c. 3. §. 4. n. 9.* Suarez. *alleg. 24. n. 5.* Ioa. Garcia *de nobilit. gl. 17. n. 3.* Mantica *lo. ci.* Enriq. Philiar. Ludou. Lopez & alij multi Canonistae, & Theologi apud Sanch. *n. 4. & 3. hic contra Beroum C. 1. n. 13. & 16. de off. delegat.* putantem in matrimonio nō sufficere metum cadentē in virum constantem, & Hyppolitum *l. 1. n. 73. ff. de quēst.* qui eundem timorem exigit in foemina, quem in viris. Vnde Tiraquell. *l. 9. connub. gloss. 1. numero 134. & 136.*

DISPVATIO IV.

An mala, quae incutiunt metum cadentē in virum constantem, timeri debeant in propria persona timentis; vel satis sit in persona consanguineorum, vel affinium.

1 **C**ertum est satis esse, vt mala, quae metum incutiunt, timeantur in persona filij, ad hoc vt pater tali metu compulsus ad contrahendum dicatur contrahere metu cadente in virum constantem, & per hoc possit rescindere contractum,

2 Idem etiam dicendum de alijs consanguineis ascendentibus, & descendētibus, collateralibus, & affinibus vsque ad quartum gradum, & sic si quis cōtrahat cum Titio, v.g. impulsus metu mali grauis, quod comminatus est Titius, nisi secum contraheret vxori, vel fratri, vel matri, vel nepoti, vel affini

(intellige quando affinitas orta est ex matrimonio) talis contractus potest rescindi ex eo, quod ē initus metu cadente in virum constantem. ita D. Th. *4. d. 29. q. vn. ar. 2. ad 2.* Altifidorens. *lib. 4. sum. theolog. tract. 9. c. 7. q. 5.* Turrecr. *31. q. 2. sum. n. 1.* Sotus *4. d. 29. q. 1. ar. 2. vers. etusmodi autem metum* Ludou. Lopez *2. p. instr. de ma. c. 40. paulo post initium.* Enriquez *l. 11. de matr. c. 9. n. 5.* Albertus Brunus *interconsilia feudal. conf. 82. n. 6.* Henr. *c. cum locum despons. n. 5.* & alij loquentes de malo, quod timetur in persona filiorum, & vxoris, & aliorum huiusmodi. Ratio est, quia pater, & filius censetur vna persona *l. vlt. c. de imp. & alijs subst. vxor,* & vir sunt vna caro ex Gen. 2. & ascendentes amantur sicuti parentes; & cōtra ipsi amant descendentes sicuti filios; inter fratres vero natura ipsa est ininitus quidam amor arctissimus.

De alijs vero consanguineis probatur; quia natura ipsa amore hos conciliat, tamquam ex vna carne deriuatos. Vnde dixit D. August. & habetur *C. non existimemus 13. q. 2. nemo vnquā carnem suam odio habuit.* ergo vir prudens iure terrebitur ob malum graue comminatum consanguineis; eadem etiam ratio militat in affinibus quia sunt veluti proprii consanguinei, cum sint consanguinei vxoris, quae est vna caro cum viro. ita Iason. *inst. de actio. §. quadrupli n. 55.* Angel. *ibi n. 7.* Franc. C. *sciant coniuncti n. 2. de elect. in 6.* Alex. *l. interpositas n. 6. C. de transact.* Padilla *ibi n. 10.* Mascard. *de prob. conc. 1055. n. 25.* Roland. *conf. 2. vol. 1. à nu. 62.* & loquentes de affinibus Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 2. casu 135. n. 8.* Flam. *de relig. benef. lib. 13. q. 1. n. 69.*

3 Addo etiam rescindi contractum per hoc, quod is, qui contraxit fuit impulsus metu mali grauis comminati homini, cum quo habet arctissimam amicitiam, quia talis metus est cadens in virum constantem. Ratio est, quia amicus est alter ego ex Aristo. *lib. 9. & hic c. 4.* & D. August. *lib. 4. conf.* Horat. *lib. 1. od. 3.* appellat amicum dimidium animae amici.

Idem.

4 Idem dicas, quando malum cōminatum est domestico; quia iniuria domestico illata mei occasione mihi irrogatur, vt ait Cardin. in C. 1. de excess. p. r. b. vers. feruientes n. 4. notab. 13. Feli. C. eccl. n. 99. de const. Iason. l. 1. n. 4. C. de indic. viduit.

Hæc autem, quæ diximus de metu, intelliguntur cōsiderata rerum natura; nã in casibus particularibus hic et nũc potest accidere, aut quis non moueatur nec metu mortis propriæ, quod videre spectat ad iudicem.

DISPVATIO V.

Quæ sint mala graua, quæ faciunt metum cadentem in virum constantem.

1 **M**ala, quæ faciunt metum cadentem in virum constantem, sũt illa, quæ ledunt vel personam, vel bona, vel honorem,

Et sic cadent in virum constantem metus mortis, metus hominis armati, licet armis non vtatur, sed possit vti, quamuis etiam deposuerit, metus carceris diuturni, & vinculorum atrocium, vel exilij, metus seruitutis, vt si alicui libero iam effecto iniiciatur metus redigendi illum iterum in seruitutem, metus amittendi instrumenta, & scripturas, quibus probatur libertas; & intellige etiam si non statim ac amisit instrumenta redigendus sit in seruitutem, sed post multum tempus. Idem dic de timore captiuitatis, quia est quædã seruitus. Probatur hæc omnia ex C. cum dilectus de his, quæ vi, & l. 3. qui armati ff. de vi, & vi armata l. ego puto ff. de eo, quod met. caus. l. qui in carcere ff. de eo, quod met. caus. Vide Anto. Cuc. in l. ma. lib. 5. t. 12. n. 158. Padillam l. cum proponas la. 1. n. 7. C. de transact. Gutt. conf. 16 n. 10. agentes de metu armorum Sotum l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 2. ver. haud tamen hic parabitur, & 4. d. 29. q. 1. ar. 2. Enriqu. lib. 11. de matr. c. 9. n. 4. de metu carceris diurni, & exilij.

2 De malis, vero quæ lædunt bona, certum est metum amissionis status cadere in virum constantem l. ibi quidã

ff. de eo, quod met. caus. & quamuis quidã censent amissionem bonorum non cadere in virum constantem, tamen verum est, & tenendum non solum metum amissionis omnium bonorum, sed etiam metum maioris partis bonorum cadere in virum constantem, quia hæc amissio adeo graue damnum reputatur, vt morti æquiparetur, siue hæc pars bonorum sit magna in se, siue non: modo respectu personæ, quæ metum patitur talis amissionis, non reputetur pro nihilo. Adde etiam metum amissionis maioris partis bonorum cadere in virum constantem, quamuis metum passus absque illa parte possit vitam sustentare, quia in se est grauis iactura, & sufficiens ad mouendum virum constantem, & ob eandem rationem idẽ dic de metu amissionis rei magnæ & notabilis, etiam si nõ sit maior pars bonorum, immo timor amissionis instrumentorum, seu scripturarum totius vel maioris partis patrimonij cadit in virum constantem. Probatur ex Bald. ad l. isti quidã & si is in fine ff. de eo, quod metus causa. Vide Tiraquell. de nobilit. cap. 31. n. 369. Anchar. c. 2. de his, quæ vi n. 6. & ibi Anto. n. 3. Cardin. nu. 2. Abb. n. 6. Alciatum l. interpositas nu. 7. C. de transact. vbi Padilla n. 14. Couar. 4. dec. 2. p. 6. 3. n. 18. S. 4. Beroium c. 1. n. 11. de off. deleg. Gloss. c. 2. verb. coactus de his, quæ vi. Baldum C. verum in principio de iur. iur. vbi Alex. de Neuo n. 9.

P E T E S.

An timor amittendi magnum lucrũ cadat in virum constantem?

3 **R.** Si is, qui timet, ne arceatur ab aliquo lucro, nullum habet ius ad id, tunc timor amittendi lucrũ nõ est cadens in virum constantem. Ratio est, quia passio spei, & concupiscentiæ nõ tollit, sed auget voluntarium, sed ille, qui contrahit illo metu impulsus, ne à lucro acquirendo impediatur, contrahit potius spe, & desiderio acquirendi impulsus; ergo maxime voluntarie facit, & nõ coactè ex D. Th. p. 2. q. 6. a. 7. si vero metum passus arceatur per iniuriã ab acquisitione lucrũ, ad quod hæt ius;

ff tunc

tūc talis met⁹ cadēs in virū cōstātē, & sic si quis vellet acquirere possessionē beneficii pinguis, ad quod hēt ius, & timeret ne vi impediret à tali acquisitione à Titio v.g. nisi iniret cum illo aliquem contractum, talis metus esset cadens in constantem virum, & contractus sic initus rescindēdus esset, quāuis Nauarr. lib. 2. de res. c. 3. in noua edi. p. 4. dub. 2. n. 419 & Manuel 1. t. sum. 2. edi. c. 28. n. 3. absolute dicant esse metū grauem; quando quis contrahit timore amittendi magnum lucrum.

4 In malis item, quæ honorem ledunt certum est, metum honoris amittendi esse cadentem in virum constantem; quia viro bono iactura honoris vita ipsa grauior est, ita Barbatius conf. 60. n. 3. vol. 1. Padilla l. interpositas dic. Anton. Gabr. tom. 2. com. lib. 1. v. metus f. 106. col. 2. & alij. Idem dicas de metu, quo quis comminatur stuprari, siue virum, siue foeminam; vt si quis dicat; nisi mecum contrahere volueris, te stuprabor siue illa, cui fiunt minæ sit virgo, siue vidua honestæ famæ, quia vt habetur l. isti. 8. ad finem ff. de eo, quod met. cau. iste metus viris bonis maior esse debet; quam mortis, immo credendum esset idem in muliere inhonesta, quæ si eo timore ad aliquid faciēdum traheretur, esset metus cadens in virum constantem, licet in foro externo non præsumeretur talis; probatur, quia si metus perdendi honorem est grauis, multo magis est metus perdendæ vitæ æternam; nam foemina per vim cognita exponitur maximo periculo admittendi peccatum mortale consentiēdo delectationi, quod sufficit ad faciendū metum cadentem in virum constantem; quia quamuis DD. explicēt hūc metum in stupro, non excludunt cæteros casus; in quibus periculum timeatur, sed explicant hoc, quod est frequentius. ita D. Thom. 4. d. 29 q. vn. ar. 2. D. Bonau. ibi q. 1. n. 5. Riccard. ar. 1. q. 1. Palud. q. vnica ar. 2. conclus. 2. n. 13. D. Anto. 3 p. 1. c. 7. loquentes de stupro.

5 Metus infamiæ iuris cadit in virum constantem. Infamia iuris est, quæ ha-

betur per aliquod delictum, quod iniure reddit delinquentes infames, & sic si deprehendam Petrum commississe aliquod delictum infame, & comminor velle eum prodere; nisi mecum contrahat. ille metus erit cadens in virum constantem. ex l. nec timorem. 7. ff. de eo, quod met. cau. metus etiā infamiæ facti, cui nō facile occurri potest, cadit in virum constantem, vt si comminor alicui me illum infamaturum esse de aliquo delicto, quod non commisit, sed tamen non potest ostendere se non cōmisisse illud. Vide Pal. 4. d. 29. q. 1. ar. 2. disp. 1. f. 656. Manuel. 1. t. sum. 2. edi. c. 231. concl. 3. n. 3. Veracrux 1. p. spec. ar. 8. concl. 2. Matien. l. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 189.

6 Ad metum infamiæ reducitur metus excommunicationis, qui quando excommunicatio est iusta, non cadit in virum constantem; quia tunc excommunicatio est medicinalis, & homo debet obediendo Ecclesiæ, illam vitare. Si vero excommunicatio est iniusta, metus talis excommunicationis cadit in constantē virum, quando persona est talis, vt nō possit appellare, quia est pauper, vel quia comminans excommunicationem est potens, vel ex alio capite; probatur, quia excommunicatio quamuis iniusta est timenda, & infamiæ notam affert apud eos, qui ignorant iniustitiam, & obligat excommunicatum ad multa onera ferenda ob vitandum scandalum. ita Ioa. Adr. C. cum dilectus numero 9. de his que vi. vbi Anton. Cardin. qu. 1. numero tertio Imola numero 8. Abba. numero 6. Roman. con. 369. numero 10. Mil. in repertorio v. iustus metus. Villalobos in commu. opin. lit. M. ver, metus numero 73. Mascardus de prob. con. 1055. numero 50. Vgolinus Enriquez Lodou. Lopez. Palacios, & alij apud Sanc hic n. 17. contra Taner. Vinc. apud Sonc. seni. C. sac. n. 505. de sē. exc. Goffr. sum. t. de his, que vi n. 4. Arc. c. 1. de sen exc. in 6. n. 2. & alios putantes nūquā metū excommunicationis cadere in virū cōstātē, & cōtra Io. Baptistā Ferarū

Ferariū Dec. & Barb. quos refert Sāch. hic n. 16. *fine*. absolute dicētes eē metū graue timorem excommunicationis.

7 De metu vero malorum, quæ de iure non constant sufficere ad metum cadentem in virum constantem, concors sententia DD. est, vt iudicis arbitrio definiatur, quando erit metus in virum constantem cadens, quando nō quia exprimi non possunt omnes casus particulares. In foro vero interno remittatur prudētis arbitrio; in ijs vero malis, quæ iure constant esse sufficientia ad metum grauem cadentem in virum constantem, non statuitur arbitrio iudicis, quia arbitria data sunt in ijs, quæ sub regula cōprehēdi nequeūt ob humanam varietatem. *l. non possunt ff. de leg.* quod etiam verum est in regio iure Castellæ vt docet Olanus *concordia iuris l. M. v. metus n. 40.* contra Villalobos *in antinomia iuris l. M. v. metus n. 14.* asserentem iure Castellæ non dari arbitrium ad discernendum metum.

DISPVATIO VI.

*Explicatur an, & quādo metus reuerētia-
lis cadat in virum cōstantem, ita vt
obligationes eo metu inita possint ir-
ritari.*

Quoniam idem metus, per quem ceteri contractus rescinduntur, sufficit multo maiori ratione ad irritandum matrimonium, ideo videndum hic est, an metus reuerētia-
lis fit adeo grauis, vt irriter ceteras obligationes, sicuti metus cadens in virum constantem, vt hinc facilius cognosci possit, an matrimonium irritū reddat.

Q V A E R E S I.

*An metus reuerētia-
lis solus (qui est, quā-
do filius v.g. ex reuerētia patris ne il-
lum offendat, & non accidens illi pro
pudore, & reuerētia, etiam si nullum
aliud malum timeat, contradicere, ali-
quid facit) cadat in virum constantem.*

Respondeo negatiuē, nisi minæ aut verbera, aut alius metus grauis adiungatur, & per consequēs nec matrimonium expresso consensu contractum metu reuerētia-
li annullatur, nec ceteri contractus rescinduntur. Probat-
ur, quia metus reuerētia-
lis nō videtur habere tantam vim, vt vir constās eo terreri debeat, 2. ex C. *ex literis despō. impub. ibi (nolens, & iniusta minis parentū impulsus)* vbi ad reddenda irrita sponsalia ponderantur minæ, & non reuerētia solum, cuius textus vim ait se non videre Pont. *lib. 4. c. 5. n. 9.* videre tamē debebat, vt doctissimi Canonistæ viderunt ex hoc, quod cum dictus textus ponderet minas, vt dictum est, plane sentit minas requiri ad hoc, vt nullum sit matrimonium, alias frustra diceret *minis parentum impulsus* pro hac sententia ex Canonistis insignioribus plures 40 & totidem iuris ciuilibus DD, Anton. Abb Alex. de Neud. Natta. Boeri? Salzedo. Franc. Aret. Alciat. Zaf. Rolā. Villalobos, quos noster Sanch. hic n. 7. refert cum Masc. *de prob. concl. 1055. n. 17.* Cephal. *conf. 91. n. 45. vol. 1.* Riminal. *inst. quibus alijs liceat in princ. n. 303.* An. Gomez. *t. 2. var. c. 14. n. 27.* Suar. *allega. 24 n. 5.* Mol. *lib. 2. de primog. c. 3. n. 9.* Matienzo *dialog. relator. c. 20. n. 2. p. 3.* Barb. *l. 2. § fin. n. 7 ff. sol. ma. Cap. decis. 159. n. 34.* Campeg. *de dote p. 3. q. 88. n. 2.* Grāma. *decis. neap. 103. n. 4.* & alij ex Theol, Sot. *4. d. 29. q. 1. ar. 2. v. eiusmodi autē metum.* Veracrux. *1. p. spe. ar. 8. concl. 5.* Palac. *4. d. 29. dis. 1.* Enriq. *lib. 11. de ma. c. 9. n. 5.* Manuel *1. t. sum. 2. edi. c. 231. nu. 5.* Carbon. *de rest. q. 46. fund. 3.*

3 Oportet autem, vt malum, quod pater minatur, sit graue, nam non sufficit si minetur maledictionem; quia ea maledictio non est causa necessaria mali euentus, & sic in patre, qui non est vir atrox, & sæuus, cauti-
us procedendum est ad iudicandum, quando ipsius minæ sunt tales, vt metum cadentem in virum constantem incutiant, quia non præsumitur de patre vt plurimū, eū graues minas solere exequi, quod esse necessariū, ad hoc, vt metus sit grauis, dicem⁹ infra n. 9.

4 Possent tamen dici, quod quando filius est valde obtemperās paternis præceptis, & pater austerus erga filium, & vxor valde imbecillis, vir vero crudelis, & ferox erga vxorem, tunc si pater, aut vir præcipiat filio, aut vxori, vt faciat aliquem contractum in ipsius præcipientis vtilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum, ita Suar. *d. all. 24* Matienzo *dialog. cit. num. 19*. Garzia *de nobil. gl. 17. n. 12.* & Salzedo *super reg. § 32.*

5 Erit etiam metus cadens in virum constantem, si is, cui reuerentia debetur, nimis crudelis sit, & sit solitus sæuire, vbi non obtemperatur suæ voluntati; quia in isto casu est probabilis timor proximæ coactionis; hinc vultus potentis terribilis absque minis incutit timorem iustum, & grauem; quia virtute clauduntur ibi minæ, ex Moli. *lib. 2. de prim. c. 3. n. 9.* Abb. C. *cum iur. n. 8. de reg. Deci. Pedamon. 179. n. 3.* quamuis Anto. Cucus *lib. 5. inst. maior. tit. 12. n. 133.* putet in filio masculino adultæ ætatis præter minas, requiri et verbera patris ad irritandum matrimonium.

6 Hinc infertur si filia matrimonium contrahat non præcedentibus minis; sed tantum timore, ne patris indignationem incurrat (modo non timeat talem indignationem diu per mansurā, quia tunc efficit metum grauem) matrimonium esse validum; quamuis in eo sit læsio enormis; vt si filia nubat viro longe disparis conditionis. Ratio est, quia ex vna parte metus indignationis non perpetuæ non est grauis, & ex altera parte matrimonium non annullatur ex dolo dante causam contractui, sed tantum ex errore personæ, vel conditionis seruilis, ergo non annullatur matrimonium per eam, quando metus non est grauis.

7 Quod si eo metu reuerentiali absque minis, celebrentur alij contractus cum læsione enormi, poterunt annullari, quia magna læsio dolum solet augere *l. omnes §. lucius. ff. quæ in fraud. cred. & cæteri contractus præter matrimonium, quando sunt bonæ fidei, an-*

nullantur ex dolo, dante illis causam. *l. & eleganter §. 1. ff. de dolo.* sic Couarr. *4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4.* & Lud. Lope. *2. p. instr. noui. de ma. c. 40 f. 1071. sine.* qui docet, quando in contractu matrimonij adest læsio enormis, eum annullari vt si filia metu patris contrahat cum persona valde indigna.

Sunt tamen in hac re tres sententia.

Prima dicit metum reuerentialem cadere in virum constantem, atque adeo reddere nullum matrimonium cum eo initum. Probat ex *reg. vell. 4. ff. de reg. iur. (velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel Domini)* ita Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 2. cas. 136. n. 8.* Barthol. *l. qui in alia §. fin. n. 5. ff. de acq. hered. Salyc. l. interpolitas nu. 4. C. de transf. vbi n. 5.* Bald. Anchar. *cōf. 339. n. 32.* Ioan. Igneus loquens *de matr. l. 3. §. eleganter n. 139 ff. ad sen. cōf. Sillani. Alex. Carr. de spons. l. 4. c. 9.* Minchaca *l. 1. contr. illustr. c. 35. n. 19.* dicens forte hodie hoc seruari.

Secunda dicit metum reuerentialem patris cadere in virum constantem, non autem aliorum, quibus reuerentia debetur; mouetur, quia patri nimia reuerentia debetur. sic Barbatius *cōf. 60. à nu. 1. vol. 1.*

Tertia docet contractum, qui initur cum eo, cui debetur reuerentia, rescindat si cum alio ineatur, nec cadit in vtilitatem patris &c. non rescinditur, quia in priori casu is, cui reuerentia debetur, fuit particeps doli. sic Bald. *l. fideiussor la. 2. §. pater lej ff. de pignor. Barbat. C. causam matrimonij de off. delegat. Roma. l. si cum dotem §. eo autem tempore n. 11. ff. sol. ma.*

QVÆRESII.

An metus reuerentialis nullam reddat professionem eo metu factam?

8 Respondeo verius est, metum solū reuerentialem absque minis non annullare professionem eo metu factā; quia
tam

ram matrimonium, quæ professio requirunt liberum consensum proficētis, seu contrahentis, & metu irritatur. ergo idem metus, qui impedit matrimonium, impedit professionem; & qui non impedit matrimonium, non impedit professionem; sed metus reuerentialis absque minis non reddit nullum matrimonium; ut dictum est; ergo neque professionem. Probat 2. ex *cap. fin. qui clerici, vel vouentes. vbi habetur, votum emissum præcepto Regio, vel parentum non esse nullum, & ita Gloss. ibi ver. met., ita Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 7. Padilla l. interpositas n. 7. C. de transf. Matienzo dialog. rela. 3. p. c. 20. nu. 4. Salzedo super reg. 532. Bern. Diaz. ampl. 1. Præp. cap. cum locum despons. n. 5. cum alijs Canonistis, & ex Theol. Lud. Lop. 2. p. in. lit. noui. de ma. c. 40. fol. 1071. §. primo igitur, & Enciq. l. 11. de matr. c. 9. nu. 5.*

Contraria sententia, quæ dicit metum reuerentialem, etiam si sit solus, an nullare professionem, est multorum Canonistarum. Alex. de Imola l. si cū dotem §. eo autem tempore n. 11. ff. sol. ma. Euerard. in topicis loco à matrim. carnali n. 10. diff. 19. Villalobo comm. opin. lit. M. v. metus n. 76. Minchiaca. lib. 1. cont. illust. c. 35. n. 17. Hypp. l. uni. n. 43. C. de rapu virginum Nauarr sum. c. 22. n. 51. Iason. com. 3. n. 6. vol. 1. & aliorum ex Theol. eam tenet Capua l. 2. decisio. c. 55. n. 17. & Couarr. & Padilla. l. C. vocant communē. Ratio eorum est, quia Deus non eligit militem coactum. tum quia C. puella 20. q. 1. dicitur quod puellæ non coactæ parentum imperio, suscipere habitum, si eum relinquunt, præuaricantur, ergo à contrario sensu non coactæ non præuaricantur.

9 Vbi nota, quod non sufficit metus reuerentialis minis adiunctis ad annullandum matrimonium, & cæteros contractus, sed requiritur etiam, ut minas solitus sit eas minas exequi; quia homo prudens non solet moueri minis, quas aliquis iactat, & nunquam exequitur. In dubio tamen an vir potens, cui reuerentia debetur, minas exequi

solitus sit, & an sit atrox, erit iustus, & grauis metus; quia vir prudens habet iustam causam timendi minas illius, cui reuerentiam debet, dum eius naturam ignorat. ita etiam Abb. C. 1. n. 5. de off. deleg. Decius ibi n. 12. Beroi⁹ n. 11. Malcar. de probat. concl. 1055. n. 18. Gama. 1. p. decis. 250. n. 4. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4. & loquens in dubio tenet Beroius n. 19. Contrarium tenet Ruinus dicens esse communem cons. 121. n. 6. vol. 4. & Rimin. in lib. quibus alien. li. n. 305. late probans minas adiunctas metui reuerentiali sufficere ad nullitatem matrimonij, & cæterorum contractuum rescissionē.

QVAERES III.

Quanam sint illæ personæ, quæ habent hunc metum reuerentialem.

10 Resp. Omnes eas, quæ iure aliquo subiectionis alteri subsunt, ut est clericus respectu Episcopi; secularis respectu magistratus; filius respectu patris; idem dicendum respectu soceri aui, curatoris, quia hi loco patris sunt.

11 Præsumitur etiam metus filij respectu matris, quando illa est nimis austerā. & solita minis exequi. in sorore, & in fratre etiam respectu fratris maioris, quando cum eo habitat, & ab eo gubernatur. Idem dic de sorore respectu sororis maioris, quando ab ea gubernatur. Idem etiam dicendū de nepote, & nepte respectu patris, siue sit frater patris, siue matris, cū ab his gubernatur, & cum eo habitant. Probantur hæc omnia ex eo, quia his omnibus, ut experientia cōstat, exhibetur reuerentia. sic Tiraquell. de primog. in p. satione n. 143. Curtius Iun. cons. 141. n. 11. vol. 2. Anto. Cucus lib. 5. in. l. mai. t. 12. n. 148: Peralta l. Titia cum testa. §. qui in vita n. 1. deleg. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 136. n. 6. & cons. 1. nu. 493. vol. 1. Gutier. cons. 16.

num. 17. & alij apud Sanchez hic a numero

QV A E R E S I V .

An sufficiat solus metus reuerentialis absque minis ad annullandum matrimonium, vel ceteros contractus initali metu consensu præsumpto?

12 **S** Vpponit hæc quæstio duplicem esse consensum, scilicet, expressum, & præsumptum; expressus est, cum aliquis verbis, vel signis exprimit suum consensum, tacitus est, ut cum quis est præsens, & coram ipso fit aliquis contractus ad ipsum pertinens, & ipse tacet, & talis consensus dicitur præsumptus, quia ita præsumitur hanc tacentem consentire. quærimus ergo si pater v. g. contrahat sponsalia, vel matrimonium pro filio, qui est præsens, & non dat signum externum consensus, sed tantum tacet ob reuerentiam, quam habet erga patrem; an tale matrimonium sit nullum?

13 Respondeo si matrimonium illud, vel contractus ille est in præiudicium alicuius momenti filij; tunc metus ille reuerentialis absque minis annullat actum illum in foro externo initali consensu illo præsumpto ex taciturnitate filij. Probatur ex *l. penul. ff. de furtis* in qua constat videntem res suas ab alio furari, & propter reuerentiam tacentem, posse agere actione furti, accusando surripientem; ergo taciturnitas non est consensus, quando tacetur metu reuerentiali in actu præiudiciali ipsi tacenti. nam si fuisset consensus, non posset agere actione furti, cum ille non surripisset rem inuito, sed consentiente Domino. Dixi in foro externo annullare actum; quia si reuera filius interius consentiret, non esset inualidum matrimonium in foro conscientiarum, quamuis in foro exteriori præsumeretur nullum ex eo; quia præsumitur non esse consensum tacitum, in actu præiudiciali ipsi tacenti, & sic professio tacita ex delatione v. g. habitus censetur annullari metu reuerentiali; quia professio est onus profitenti, nec præsumitur consensus in illa

per actus tacitos; at si ille interius vere consentiat, erit verè professus.

Si vero matrimonium, & ceteri contractus sint filio fauorabilia, non annullantur metu reuerentiali; sed cõfetur valida ob consensum illum præsumptum ex taciturnitate probatur, quia taciti, & expressi idem est iudicium *l. cum quid ff. de rebus cred.* intellige quando actus non est præiudicialis, ut in casu posito. ita Decius *cap. causam matr. n. 26. de off. deleg.* Alciat. *l. interpolatas n. 5. C. de transact. n. 13.* Gutier. *de iur. 1. p. o. 4. n. 28.* & alij quos refert, & seq. Barbosa *l. 2. §. fin. n. 7. ff. sol. ma.*

14 Sunt tamen due sententiæ. Prior docet per metum reuerentialem annullari contractum initali consensu præsumpto, & tacito, etiam si minæ non sint. sic Couarr. *4. decr. 2. p. o. a. 3. §. 6. n. 5* Minchaca *l. 1. contr. illust. ca. 35. nu. 21.* Matienzo *dialog. relat. 3. p. o. 20. nu. 5.* Felin. *C. cum omnes n. 12. de cons. & alij multi Iuristæ, quia ille consensus initali sit præsumptus facile amouetur.*

Posterior docet valere contractum initali solo metu reuerentiali, si minæ non sint, quia taciti, & expressi idem est iudicium *l. cum quid ff. de reb. cred.* sic Abb. *C. nonne de pres. n. 1.* Franc. *cap. 2. de pactis in 6. n. 2.* Socin. *in l. 2. n. 7. ff. sol. ma.* vbi Vinc. n. 4.

* Contradicta in hac disputatione acriter Pontius insurgit: vtrum iure videamus, & quidem circa ea, quæ dicta sunt n. 2. nimirum metum reuerentialem solum absque minis non esse grauem. hæc habet. *Adde præterea in hanc sententiam (nempe quod metus reuerentialis absque minis sit grauis) manifeste incidere Thomam Sanchez. qui nostram acriter impugnat, vel non intellexit de quo quæstio esset; sed nomine metus reuerentialis intellexit reuerentiam paritibus debitam, idq; luce clarius demonstrabo: metus est impeditis mali opinio, & cum quis ex metu operatur, eligit aliquid, quod minus malum iudicat, ut euitet id, quod ipsius iudicio maius est; unde qui operatur ex metu reuerentia, plane agit aliquid ut euitet aliud malum maius, quod sequi existimat ex eo, quod non impleat volun-*

ratem patris, vel superioris, sed hoc malū non est peccatum aliquod, quod fit non obediendo, & implendo patris voluntatē quia saepe nullū in eo peccatum est: ergo ē patris ira, & indignatio, quam euitare contendit, indignationis autem nomine intelligitur toruus aspectus, vultus infusus, exprobatio verbis durioribus, hęc autem se cito transeant, & placidus statim vultus, & dulcia verba redeant graue malum nō est, ut fatentur omnes, qui reuerentia metū grauem putāt, si veroperseuerat etiam ipse Tho. Sanch. n. 14. graue malū esse fatetur) Hęc Pont.

Sed certē Author hic nec ita incautius contra Sanch. locutus fuisset; nec hoc argumentum afferret si legisset, quæ Sanch. notauit hoc lib. disp. 9. n. 12. 2 & ego breuissime retuli hac disp. n. 1. ad explicandum quis dicatur metus reuerentialis, non est enim metus mali, quod à patre timetur, ut putat Pontius, sed tantum pudor ille, & reuerētia, qua filius non audet patri, vel illi, cui debet reuerentiam, contradicere, & repugnante voluntate, & quasi coactus exequitur, quod pater iubet, quamuis nullum aliud malum timeat Sancij verba id clare docentis sunt. (Maxime tamē aduertere oportet, quis dicatur metus reuerēialis, nō enim suffi- ciūt metus, & verecundia, quæ naturaliter inest filiis coram patre, vel alijs, quibus debetur reuerentia) & paucis interiectis lineis addit (quod adhuc sic explicō nō credo sat esset, ut actū alia modo nō fieret nā plurima fiūt intercessione parētū, vel aliorū, quibus debetur reuerētia, quæ aliter nō fierent, at libentissimo animo ea facit filius, vel quicūq; alius, ut morem illis gerat, quos reuerēter amat, & quibus ob multa alia indiget, nec dicendū est hęc esse in voluntaria, & in foro cōscientie rescindēda; sed tunc hoc evenit, quando omnino repugnāte volūtate, & qualicō- actus cōsentit, nō audēs prę pudore, & reuerentia contradicere, quamuis nullū aliud malū timeat) hoc est, quod docet Sanchius de metu reuerentiali, quod alijs etiam verbis docent Nauarr. lib. 4. conf. in edi. 1. tit. de spons. conf. 36. & alibi Sarm. lib. 2. select. c. 11. n. 10. Ludou.

Lopez lib. 2. de contr. c. 17. S. igitur in hoc dicturus, & alij à Sanch. disp. 9. dic. n. 12. citati. Ex quo vides totum Pontij argumentum corruere, non enim agitur hic de quocūque metu, sed de metu reuerentiali, qui non est cum timore alicuius impendentis mali, vel indignationis paterne, aut torui aspectus, ut Pontius supponit, sed est quædam reuerentia, & innatus pudor, quo fili² ingenuus, vel subditus aliquod opus repugnante voluntate exequitur; non ex timore alicuius mali, vel torui aspectus parentis, vel superioris; sed tantū ex eo, quod ob illam reuerentiam nō audet patri contradicere, vnde ad Pontij argumentum sic in forma. Resp. esto totum antecedens, metum scilicet esse impendentis mali opinio & cæt. & nego vltimam consequentiā; nimirum malum, quod timetur metu reuerēiali esse iram, & indignationem patris, & aio malum hoc esse patri, quem reuerēter, contradicere ob illum pudorem, etiam si nullam ab eo indignationem timeat. Vide igitur Sancium. & sensum quæstionis, de quo metu ageretur, optime intellexisse & non incidere in sententiam, quam impugnat. quare ut utar verbis Castropalao p. p. tr. 2. disp. 1. pun. 4. n. 6. (Immerito Basilius Thomam Sanch. splendidissimum lumē Theologiæ moralis, & nostræ Religionis decus incōsequentiæ, vel imperitiæ arguit, cum potius ipse reprehensione dignus fuerit eo, quod nō aduertit metum reuerentialem sumi posse, & propriē pro timore pudoris, & verecundię, & nō pro sola indignatione superioris) Hęc Castropal. lo. cit. ut videas me nō solum affectu, ac reuerētia erga Sanch. moueri, sed rei veritate: indecorum enim puto doctissimum virum indignissime ab vno hoc perperā tractari.

Circa dicta n. 8. nimirum non annullari professionē solo metu reuerēiali factam, quod probatur ar. ex cap. fin. negat Pontius lib. 4. c. 11. n. 17. Sancium quidquā probare ex d. c. fin. quia inquit ipse (Pōtifex ex duobus principijs decernit ibi nullum esse matrimonium,

post professionem à femina emissam; primum est, quia nulla vel modica coactio fuerat, tantum enim abest, quod regio, vel parentum mandato coacta fuerit professionem emittere, quod ubi Rex eius animum rescivit, illum approbans seuera adiecta pœna precepit, ut nullus eius domum intraret, ea nolente, neque inde aliquid exportaret, professa enim fuerat ea lege, ut liceret sibi in domo remanere cū sua substantia ad usum scilicet pro vita tempore, quod cum statu religioso non pugnat.) & post pauca addit. (*Secundum caput, ex quo Pontifex nullū decernit matrimonium est, quia etiam si inuita votum emisisset; attamē cum biennio in eodem habitu permansisset tam diuturno silentio, videtur exclusa metus probatio*) deinde concludit (*quare ex hoc capite nescio quid inferat Thom. Sanch. pro sua sententia, cum ibi nullo Regis, aut consanguineorum metu coacta professa fuerit. Adde aliud esse operari ex præcepto Regis, aut parentum, aliud ex metu, quod auctor iste non distinguit: agere enim ex præcepto, & reuerentia sine ullo metu esse potest*) Hæc Pontius ad ostendendum Sanci; argumentum ex hoc *cap. fin.* nullum esse, nec ad rem: Sed noluit Pontius vim argumenti intelligere; nam in *d. c. fin.* qui clerici, vel vouentes, non obscure probatur metum reuerentiæ non sufficere ad annullandum professionem: puella namque ex hoc matrimonium contraxit post professionem, quia putabat professionem à se emissam fuisse nullam, cum ad id coacta fuerit, hæc vero coactionem inde sibi prouenisse putabat; quia illam professionem emisit, ut redderetur impotens ad exequendum præceptum Regis de contrahendo matrimonio, & etiam parentum, qui id præcipiebant, ut Regis morem gererent, ut patet ex *text. ibi (ut maritū acciperet ei sub obtestatione Regia suggererunt, ipsa vero quod tunc nollet nubere protestans consilium accepit ab eis, quod votum emitteret castitatis &c.)* Pontifex respondet nullam vel modicam esse coactionem, Vnde sic argumentor. Illam coactionem Pontifex decernit esse nullam, vel modicā ad red-

dendam irritam professionem, quam mulier in dicto textu dicit se esse impulsam ad professionem emittendam; sed talis coactio est ex præcepto Regis, & parentum &c. ergo Pontifex in *d. c.* decernit nullam esse coactionem ex præcepto Regis, & parentum, si nō addantur minæ, & non dicit, ut vult Pontius absolute nullam fuisse coactionem, quia respondet feminae petitioni, & dicenti se fuisse coactam, & mandat Episcopo, ut si ita est; quod nimirum fecerit ex parentum præceptis, & Regis, dicat nullam esse, vel modicam coactionem, ex eo, quia non fuerunt minæ, vel quid simile, ad hoc ut dicatur iustus metus, & sufficiens ad annullandam professionem. quod etiam bene arguit *Gloss. ver. metu regio* (*Argu. quod imperium regium non sufficit ad iustum metum*) & paulo post (*similiter imperium parentū nō sufficit*)

Nec vllius momenti est, quod *Pon. d. n. 11.* ait imperium Regis non esse de professione emittenda; sed de matrimonio. nam puella, ne eum maritū duceret, quem Rex, & consanguinei volebant, votum emisit, reddens se per hanc viam impotentem ad obsequendum Regis, & parentum dictis. Vnde imperium Regis, & consanguineorum, quasi indirectè illam cōpulit ad professionem emittendam. Nec Pontifex decernit professionem esse validā ex eo, quod fuit mora duorum annorum, ut dicit Pontius; sed dicit illam modicam coactionem iam profligatam esse temporis sequentis spatium ibi. (*nulla vel modica coactio fuisse quam patientia, & perseverantia sequentis temporis penitus profugavit.*) Ex quo patet Pōtiū errasse dū dixit Sanciū non aduertisse, aliud esse operari ex præcepto, aliud ex metu, aduertit enim homo oculatissimus idē esse operari ex præcepto Regis, & parentum, ac operari ex metu reuerentiali, quādo ille, cui præcipitur non audeat præputore, & reuerentia contradicere, nec dum mulier in *d. c. fin.* dicit se coactam esse non tam metu Regis, quam parentum, potest intelligi de alio metu præ-

ter

ter quam de metu reuerentiali: tum quia nulla fit mentio minarū, indignationis &c. tū quia si fuisset metus iræ Regis siue sibi, siue suis, fuisset metus cades in virū cōstātē, vt asserit cōmunissīma sentētia, & Pōtifex nō poterat merito dicere nullā fuisse coactionē, nam quæ maior reperiri potest, quā Regis minitantis imperium, à quo timentur mala graua sibi, & suis cōsanguineis? Adde etiā, si placet, hāc rationē: si fuisset metus indignationis, & mali futuri à Rege, nō fuisset tutū mulieri, aut suis parentibus cōsiliū emittēdi professionem, quia Rex videns id factū esse, ne coniungeretur militi, cui ipse voluerat, grauius iudignatus fuisset, & grauiora mala intulisset; sed quia fuit solus metus reuerentialis, & pudor quidam nō cōtradicēdi Regis imperio. optimū fuit cōsiliū vouēdi, nā per hoc cessabat hic pudor, poterat enim mulier respondere: libēter hunc militē quēuis ducerē, nisi statū perfectiorē eligissem, quod etiam ex ipso Pontio cōuincitur; ipse enim ait, quod Rex, vbi id rescit, approbavit, & seuera poena adiecit, vt nullus eius domum intraret ipsa inuita. Sed hęc attuli ad ostendēdū quam bene, atq; accurate Sācius hoc textu vsus fuerit ad probādū solū metum reuerentiæ nō sufficere ad professionem irritandā. Nam ad Pōtium corrigēdum, dum ait se nescire quid inferat Thomas Sanch. ex hoc textu satis superq; fuisset ostendere insigniores Canonistas (quorum potius negligentia est imitanda ad Canonum vim percipiendam, quā Basilij summa diligentia) circa hūc textum docere metum reuerentialem sine minis nō esse metum iustum. referam ego Abb. in d. c. fin. qui clericis, vel vouentes n. 8. ait hęc: (not. 1. singularem hanc Gloss. iuncto textu quod Regis, seu Principis imperium non inducit iustum metum. In contrarium tamen facit lex penult. C. quod metus caus. dicit Io. Andr. quod dignitas aduersarij nō sufficit ad probandum iustum metum, nisi aliunde probetur oppressio, & sic pōt procedere d. lex penul.) vide Præpos. sibi n. 8. Anto. n. 6. Angel. n. 2. Sylu. verb. metus

qu. 2. num. 2. qui omnes ex hoc textu aduertunt metum sine minis &c. (qui metus sane reuerentiæ est) non sufficere ad iustum metum. Vnde in eorum sententia textus hic loquitur de metu absque minis, vt vult noster Sanchez.

DISPVATIO VII.

An preces importunę faciant metum cadentem in virum constantem, & sic cōtracti tali metu initi possint rescindi, & matrimonium annullari.

PRECES importunæ non sunt quæcumque preces assiduæ, sed quæ sunt instantissimæ, & sæpius repetite, & inculcatæ, vt in illo Iud. c. 16. vbi explicantur preces importunæ Validæ (cumque molestia esset, & per multos dies iugiter adhareret, spatium ad quietem non tribuens) De his igitur in titulo quæritur, an ipsæ solæ seclusa omnia ratione timoristales sint, vt qui his precibus victus actum aliquem faciat, possit dici facere metu cadente in virum constantem, & per consequens possit talem actum rescindere.

Respondeo probabilius est, preces importunas nisi sint adiunctę metui reuerentiali, non efficere metum cadentem in virum constantem, & per consequens non annullare actus: si vero sūt coniunctæ cū metu reuerentiali sufficiunt ad metum grauem causandum, & contractus talibus precibus initi rescinduntur. Probatur ex cap. petitio de iure iuran. vbi ab Innoc. Host. & Ioan. Anto. parificantur preces importunæ Principis, cui debetur reuerentia cum metu graui. Probatur itē ex multis DD. Iason. 9. quadrupli n. 66 in si. de act. Ripa in responsis ti. de donat. resp. 4. n. 8. Gutier. lib. 1. q. can. c. 37. n. 17. Montal. f. 8. gl. 2. t. 11. lib. 1. fori. Octau. Decif. Pedem. 179. nu. 4. Vital. de Cambanis tract. claus. claus. nō vi. vel metu C. de metu Tira. n. 4. Io. Garc. de nobil. gl. 17. n. 15. Io. Garc. & alij, qui semper volūt, vt ad hoc, vt preces impor-

tunæ faciāt metū grauē, sūt cōiūctæ cū metu reuerēiali mariti, v.g. patris, &c. *Prob. 3. ex e. ad nostram 3. de iur. iur. & l. fideiussor impetra. ff. de pignor. ita Matt. de Afflicta accis. Neap. 69. nu. 3. Socin. Sen. cons. 263. n. 8. vol. 2. Salzedo super regul. 532. Ber. Diaz limit. 3. & loquētes de matr. & profess. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 6. Villalobos in cōm. opin. l. M. ver. metus, n. 77.*

Sunt tamen due sententię oppositę. Altera dicit preces importunas etiam sine metu reuerēiali sufficere ad cau- sandum metū cadentē in virū constā- tem. fauent multi DD. Canonistę, & Iurisper. Gloss. c. aduac̄ter. Domin. Re- buff. Io. Lopez Matienzo, Bald. l. 1. c. de pot. Burg. quos refert Sanch. hic n. 4. & in proprijs terminis Angel. de Vualdis inter cons. matr. Zileti cons. 46. n. 4. vbi Marti- nus Garatis con. 15. n. 17. Probatur etiā ex locis script. Luc. 11. l. 6. ex Ex- traug. Io. 22. ex quib⁹ deducitur pre- ces habere vim quādam. Altera vero negat, preces importunas, quāuis cum metu coniūctas efficere metum cadē- tem in virum constantē. est Abb. c. cum inter R. n. 8. de electione Roland. cons. 83. n. 7. vol. 2. Enriq. l. 11. de mat. c. 9. n. 5. & Lud. Lop. 2. p. inst. c. 40. fol. 1072. de matr. & aliorū. Ratio est, quia nō vidē- tur habere tantā vim, vt virū moueāt.

Aduerte tamen quod si preces non sunt importunę quamuis sint Principum, ac Superiorum, non sufficiunt ad ad incutiendū metū grauē; nisi quādo Princeps, vel superior ille solitus sit ty- rannice tractare eos, qui non obtem- perant suis precibus: quia vbi alia ty- rannis in Principe non cognoscitur, ei⁹ preces non tantā vim habent, vt virum cōstantē moueāt coactę. Ita ex Theo- logis Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. Veracruz 1. p. spec. ar. 8. concl. 5. Henriq. loc. cit. in- com. litt. B. cum Flamin Mascardo, Ti- raquel. Padilla, Rolādo, Ant. Cuco, Ro- man. Decio, & alijs Iurisperitis apud Sanch. hic n. 1. cum multis Iurisperi- tis. Multo minus sufficiunt blanditię Principum, &c. ad incutiendum metū grauē, nisi Princeps solitus sit sauire contra eos, qui suis blanditijs non ac-

quiescunt, & obtemperant; & ratio est quia blanditię non minuunt, sed augēt voluntarium ex D. Th. 1. 2. q. 6. a. 6. & sic intellige DD. id asserentes.

4 Nec in dubio an Princeps sit sauius, præsumitur talis, quia nemo præsumi- tur malus, sic Mascaro de prob. concl. 193 n. 6. Mepo. lib. 5. pra. 1. An verò preces importunę incutiant metum leuem. dicemus disp. 10.

DISPVATIO VIII.

An contractus metu graui celebrati sint ip- so iure irriti: an potius irritari possint post sententiam Iudicis.

1 **R**espondeo negatiue. nimirum non esse irritos contractus me- tu graui celebratos (excipe hic matrimo- nium, de quo infra) sed valere, pos- se tamen rescindi actione, quę dicitur, quod metus causa, quę est, quando il- le, qui contraxit metu graui, Iudicem adit, & petit, vt præcipiat contractū, à se initum rescindi eo, quod fecerit metu cadente in virum constantem. Probatur quia substantia contractus consistit in consensu, & volūtate l. obli- gationum substantia, ff. de act. & obl. sed in cōsensu metu graui extorto est ve- rus consensus, veraq; voluntas, l. si mu- lier §. si metu coactus ff. de eo. quod met. caus. ergo habetur substantia contra- ctus iniri per consensum extortū metu graui, & per consequens non est ipso iu- re irritus, dum est eius substantia. Pro- batur 2. ex leg. si mulier 21. §. si metu co- actus 2. ff. de eo quod met. caus. vbi dicitur si metu coactus adiu hereditatē, puto me- redem efficit, quia quamuis si liberū esset, noluissem, tamē coactus volui, sed per Præ- torē restituendus sum. Pro hac sententia sunt circa 25. Canonistę apud Sanch. n. 4. Goffred. sum. t. de his quę vi num. 5. Ant. Anchar. c. 2. de his quę vi. Felin. cap. præterea n. 35. de spon. Decius c. causā ma- trim. n. 5. de off. deleg. Sylu. met⁹ q. 8. Na- uarr. c. accepta de rest. spoli. oppos. 5. nu. 7. Carrer. de spon. lib. 4. c. 9. Flamin. de rest. benef. l. 13 q. 2. n. 9 & alij, & totidē fere legistę. Bal. l. sui. sine C. de his quę vi vbi Paul. n. 2. lass. l. interpositas n. 2. c. de tran. Ant. Gomez 1. 3. var. cap. 4. n. unico ad finem casu 6. Greg. Lopez l. 56. v. des- fecho

fecto t. 5. p. 5. Ant. Gabr. tit. 2. comm. lib. 1. 1. ver. metus, vers. metus contractum fol. 106. Menoch. conf. 2. num. 17. vol. 1. Signorol' conf. 75. num. 22. Alciat. lib. 1. resp. 5. num. 2. Sebast. Medic. de casibus fortuitis, q. 7. num. 6. ex Theol. Ricardus, Palud. Enriq. Petrus de Ledes. & alij, quos vide apud Sanch. num. 4. cit.

2 Hinc infertur per contractum, v.g. venditionem, &c. metu graui factū trāsferrī dominium rei, quia tales contractus validi sunt. Ita Imola Paul. Nauar. *loc. cit.*

3 Intelligentamen tunc rescindendos esse cōtractus metu graui initos, quādo ille, qui contraxit iniuste passus est metum, siue ab eo, cū quo contraxit, siue ab alio, *l. si cum ex l. continet 3. ff. de eo quod met. c. nā si cōmisit aliquod delictum*, ob quod metus grauis iuste infertur, quo compulsus contrahit, nō annullantur contractus taliter initi: vt si maritus minetur vxori accusationē de adulterio, & illa ob hunc metum faciat aliquem contractum; talis contractus non potest rescindi, quia iste metus fuit iuste incussus. Nam maritus habet ius vxorē adulterā accusandi. Si vero minatur mortem, & illa hoc metu contrahat, est talis contractus rescindendus; quia iniuste metus mortis incutitur à marito. Nam maritus non habet ius inferendi mortem vxori priuata auctoritate. Ratio est, quia ideo contractus metu graui initi rescinduntur, quia facta est iniuria contrahenti; sed quando metus iuste incutitur, nulla fit iniuria, ergo quando metus iuste incutitur, non rescinduntur. Et iuxta nostram sententiam, Glossa *cap. veniens 2. de sponsalibus*, quæ dicit subueniri metum sua culpa patienti. Quam sequuntur alij DD. Hort. Io. And. Ant. Anch. Card. Præp. Henricus ibi: Intelligentur, quando metus iniuste incutitur. Et similiter cum Hostiens *cap. fin. de appell. Io. Andr. & alij dicunt: excusare metum iustum patientis illū sua culpa, ne appellationem interponat coram Iudice, à quo debent intelligi; quando metus iniuste infertur, nō*

debet considerari culpa metum passi. Ita Præpof. *d. c. finē. nu. 6. Host. cap. veniens il 2. de spons. ad finem Rosell. v. metus num. 2. vbi Sylu. Angel: Tabien. coactio q. 8. num. 9. Bald. l. de pupillo §. si quis ipsi ff. de noui operis nunciat.*

4 Excipiuntur tamen casus, in quibus metu facta ipso iure irrita sunt, de quibus vide Gloss. *cap. 2. de his, quæ vi verb. coactus est*, & ibi scribentes Nauarr. *c. accepta. de rest. spel. opp. 5. Minchac. de succes. creat. §. 17. num. 5. Bursatus cōf. 72. num. 22. vol. 1. Contraria tamen sententia, quæ vult contractus metu graui initos esse ipso iure nullos, & per consequens per eos nō transferri dominium probatur ex *l. 1. C. de rescind. vend. vbi dicitur irrita est, quæ verba ostendunt esse irrita ipso iure. Probatur etiam alijs iuribus, & l. qui in carcerem 22. ff. de eo quod met. cap. & l. 2. de iudicij, & alibi: Et est Soti lib. 8. de iustit. q. 2. ar. 7. Palacios l. 4. de contr. cap. 9. §. dixerim Molin. t. 2. de iust. dis. 326. Carbon. de rest. q. 46. conf. 5.**

DISPUTATIO IX.

An scuti contractus per metum leuem extorti non rescinduntur in foro externo, ita in foro conscientie obseruandum sit, atque adeo extorti per metum leuem non sint restituenda in foro conscientie.

I **R**espondeo verius est extorta per metum leuem iniuste incussū, qui est causa, sine qua non talia darentur in foro conscientie esse restituenda: siue data fuerint in contractu gratuito, qualis est donatio, quæ gratis fit, siue in cōtractu oneroso, vt si do tibi cētū, vt tu des equū. Probatur quia extorquens aliquid ab alio per cōtractū inītū metu leui, cōmittit iniustitiā, accipit enim rē ab eo, qui nollet dare, nisi tali metu impelleretur, ergo tenetur restituere, quod accepit, & si aliquid dedit, debet accipere illud, quod dedit, vt ponat æqualitatem.

2 Imò licet in foro externo ille, qui metum leuē passus est, nō possit petere rescissionem contractus via ordinaria: potest tamen implorare officium iudicis, & per eius visionem rem suam

repetere ab eo, cui metu leui impulsus dedit, sic etiam docent Angel. *ver. mens n. 14.* Tabien, *v. consilio q. 10. n. 11.* Nauarr. *sum. c. 17.* Couarr. *reg. n. 5. pecc. 2. p. §. 3. n. 7.* Plotus apud Salzedo *super reg. 552.* Berna. Diaz *limit. 4.* Carb. *de rest. q. 46. concl. 7.* & alij Canonistæ cum P. Molina *t. 2. de iust. dis. 269. sol. 97.* Ludo. Lop. *1. p. instr. c. 96. §. cateru in foro consc. Adria. 4. de rest. q. 1. dub. 5.* Manuel. *1. t. sum. 2. edi. c. 95. conclu. 2. n. 2.* loquente de donatione, & de officio iudicis, tradunt Ang. *inst. de ac. §. quadrupli n. 7.* vbi Iason. *n. 56.* Suarez *alleg. 1. n. 3. Io. Garcia alios referens de nob. gl. 17. n. 20.*

3 Dixi per metum iniuste incussum, nam si iuste incutitur, non tenetur possessor acceptum restituere, nec ille potest iure repetere, vt dixi *disp. preced. n. 3.* nec item tenetur restituere quando metus non est incussum ad extorquendam donationem &c. vt si quis dum iniuste mors sibi imminet à suo inimico, donet alicui pauperi centum, vt Deus eripiat illum à tali periculo, pauper non tenetur restituere, quia ipse metum non incussit, nec ille, qui incussit fecit ad extorquendam talem donationem; sed ob inimicitias &c.

4 Ex dictis infertur, quod si aliquis iuste possit Titium v.g. accusare de crimine aliquo ab eo perpetrato, vel perpetrando, & ne illum accuset, aliquid recepit, non tenetur restituere, nisi post sententiam iudicis; quæ sententia potest dari ob crimen, quod dicitur concussionis, & est, quando accipitur aliquid ob non accusandum; nec etiam restituere tenetur acceptum, quando tantum minatus est accusationem, sed in animo verè volebat Titium accusare; quia est in hoc casu priuatur iure accusandi, quod pretio æstimabile est, & sic maritus v.g. non tenetur restituere pecuniam extortam, quam accepit ab adultero reperto cum vxore, ne illum accusaret, quia recipit tale pretium pro iure, quod habet accusandi; si vero reciperet, ne talem adulterum interficeret, tenebitur restituere, quia non habet ius occidendi, quidquid dicat

Corduba *sum. q. 77.* & Ludo. Lopez. *lib. 1. de contr. c. 9.* asserentes in hoc casu non teneri ad restitutionem & Capua *lib. 2. decis. c. 17. n. 13.* dicens tenere restituere receptum pro crimine perpetrando; & Molina *t. 2. de iust. dis. 514.* putans restituendum esse, quando minans non habebat animum accusandi.

4 Infertur secundo, si filius renunciauit patri hæreditatem metu reuerentiali absque minis; pater tenetur restituere in foro conscientie; quamuis in foro externo non rescindatur talis renunciatio ex Romano *interpositas n. 14. C. de transact.* Anto. Gomez. cum multis *t. 2. var. c. 14. n. 15.* & filius potest aliquid à patre furripere, & facere tacitam compensationem petendo prius relaxationem iuramenti ab Episcopo, qui eam in tali casu potest concedere, vt dicemus *disp. 10.* ita Vega *lib. 5. sum. casu 354.* Ludo. Lop. *t. 2. de contr. C. ultimo ad finem Nauarr. sum. c. 17. num. 152.*

6 Infertur tertio vxorem metu reuerentiali mariti, vel quamcumque feminam metu reuerentiali illius, cui debet reuerentiam absque minis fideiubentem cum solemnitatibus iure requisitis ad hoc, vt mulieris fideiussio sit valida, de quibus Molinatio. *2. de iust. tr. 2. disp. 540* non teneri in foro conscientie soluere ex illa fideiussione, & sic potest abscondere sua bona, petendo tamen prius relaxationem iuramenti, vt *num. preced. dixi.* Si vero bona abscondit non vt omnino non soluat ex fideiussione; sed ne à creditore opprimatur; cum animo tamen soluendi quod fideiussit; quando maiorem commoditatem habebit; non est petenda relaxatio iuramenti, etiam si fideiussio facta fuerit absque metu reuerentiali, & cum omnibus requisitis, nisi si solemnitates non seruauit in fideiubendo, potest absque vlla iuramenti relaxatione, & sine peccato non soluere, & si soluerit, repetere, vt edo beneficio Velleiani *l. qui ff. de cond. indeb.* quia potuit ius ob commune bonum, & mulierum imbecillitatem hoc priuilegium concedere, ergo illæ tuta conscientia

scientia eo possunt uti. Vide Doctores in l. 61. *Tauri*.

7 Hinc rursus infertur uxorem, quæ viro morti propinquo, ut solatio eum afficiat, promittit se debitum soluturam, non teneri solvere; quia hæc promissio est fideiussio, cum sit obligatio accessoria alteri principali, nempe obligationi viri, & non fuit facta cum solemnitatibus requisitis, nempe cum instrumento publico iuramento, & renunciatione Velleiani, & si mulier ignorans se non teneri, soluerit, non poterunt creditores solutum retinere in conscientia; quod si ignorans Velleiani privilegium iuraverit se soluturam, potest etiam non solvere, & creditores possunt solutum retinere, quia est probabile, quod mulier posito hoc iuramento teneatur, & est probabile oppositum potest etiam non solvere, quando fideiussit ex errore existimans maritum poenis purgatorij non fore eximendum, donec debita solvantur; quia in tali casu cum sit error in causa finali; quæ mulierem movit ad fideiubendum, deficit consensus. Si vero uxor dicat lega quidquid volueris, nam deficientibus tuis bonis ego soluam, non est fideiussio, & teneatur legata solvere; nisi fecisset metu reuerentiali vel ex dicto errore.

8 Infertur quarto filium, qui patri morienti v.g. ad ipsius instantiam, timens ne eum molestia afficiat, fideiussit, vel legata solvere promisit, vel ex timore ne pater in purgatorio detineatur, alius non promissurus, non teneri solvere; si vero absque eo metu, vel errore promisit, tenetur; quia filius ex omni contractu tenetur præterquam ex mutuo, vel voto tum ciuilitè, tum naturaliter: id est tum in foro externo, tum in conscientia ob naturalem obligationem; nisi sit minor 25 annis nam in tali casu potest petere beneficium restitutionis in integrum, cum censetur læsus eo, quod non fideiussit pro patre incarcerato v.g. quo in casu valet fideiussio minoris; sed pro morti proximo, quo in casu imprudenter se gessit. Idem dicas de promissione solu-

dilegata, censetur enim læsus, cum ea sit quædam donatio; & sic potest petere restitutionem in integrum. Excipe tamen quando prudenter se gesserit in obligatione hac soluendi legata, ut scilicet non notabiliter suas facultates excedant; decet enim filium attentam bonorum quæritate aliqua legata pro patris anima facere. Excipe secundo quando iuravit se soluturum, quia tunc efficitur ac si esset maior, & per consequens debet solvere, in casibus vero, in quibus non tenetur solvere potest uti tacita compensatione, & propria auctoritate non stare fideiussioni. Vide Mol. d. 540. t. 2. de iust. Couarr. lib. 1. var. c. 3. n. 11. Mol. lib. 2. de primog. c. 3. num. 30.

9 Tandem infertur. Si creditor remittat partem debiti culpa aliqua, vel fraude debitoris interueniente; quia v.g. maiorem is fingit inopiam, quam reuera patitur, teneri debitorem hanc partem sibi remissam restituere; quia ea remissio habet mixtum inuoluntarium. Sylu. rest. 7. q. 2. dicto 1. Nauar. sum. c. 17. num. 35.

Quod si debitor fingat se paratum esse ad soluendum, cum verè animi soluendi non habet; si creditor parte debiti remittat, & hic spe solutionis remittat illam partem; valebit remissio, quia id mendacium non facit inuoluntarium in ipso creditore. Sunt tamen qui in hoc casu dicant nullam esse talem remissionem. Vide Couarr. reg. pecca. ubi vbi multos refert 2. p. n. 5. initio Carb. de restit. q. 82. conc. 3. Nec etiam si alius tertius dicat creditori remitte partem debiti Titio; & ego efficiam, ut ille tibi soluat debitum, vitabitur talis remissio, modo nullus fuerit metus, & nulla fraus.

Sunt in hac re alia tres sententia.

10 Prima negat extorta per metum leuem esse necessario restituenda, quia leges ob talem metum non concedunt remissionem, nec restitutionem ex C. varic. ff. de reg. iuris. sic Metina cod. de rest. q. 3. causa 2. ver. si fiat remissio.

Secun-

Secunda docet metu leui extorta esse restituenda in actibus gratuitis, vt in donationibus, eleemosynis, mutuis, &c. non vero in onerosis; quia in prioribus est maior gratia, vnde maior desideratur libertas. sic Ludo. Lopez. 2. p. *inst. de matr. c. 40.* has vero sententias non videtur Sāchez improbables putare aut falsas, dum enim suam amplectitur, ait, Tertia sententia (cui tamquam veriori adhæreo) videtur alias veras putare.

¶ Non placet tamen, quod ait Sarmiento *lib. 2. select. c. 11. à n. 6.* & potest numerari pro tertia sententia, nimirum metu leui extorta debere restitui ab eo, qui metum intulit, nõ à tertio possessore, vt si ego inferam metum leuẽ Paulo, vt det mihi equum, & hunc dono Francisco, ego teneor restituere, non Francisco, qui possidet equum, non placet inquam, quia res eodem vitio affecta transit ad Franciscum; ergo si ego ob illud vitium teneor restituere, tenetur et Franciscus. sic Io. Garz. *de nobil. gl. 17. n. 19. & Syl. v. rest. 2. dic. 7.*

Hic nota Pon. *lib. 4. c. 10. n. 2.* nostrum Auctorem reprehendere his verbis (*illud modo dicendum, quod notabam supra c. 6. n. 8. non recte, nec consequenter Tho. Sanchez. disp. 9. n. 4. in vniuersum, asserere contractus omnes ex leui metu initos non transferre dominium, & obligationem restitutionis esse, cum tamen q. 8. n. 4. in vltima probatione dixisset contractus nullos (lege initos, puto enim lapsus penna) ex graui metu non esse irritos iure naturali, si enim non sunt irriti, transferretur dominium, vt ipse ibidẽ docet n. 5. translatio autem dominij non potest consistere cum obligatione restitutionis, nam si restituere tenetur, ergo alienum retinet, ergo non suum, restitutio namque alieni est, non eius, quod meum est*) hæc Pontius, quibus sane verbis duo asserit. primũ est Sancium docere *dispu. 9. n. 4.* contractus ex leui metu initos non transferre dominium, & in hoc sibi contradicere, cum prius *disp. 8.* docuerit, quocumque metu initos transferre dominium. Secundum ait non bene inferre recipientem teneri ad restitutionem

ante sententiam posito quod transferatur dominium.

Sed quis non videat Pontium circa vtrumque deceptum esse: & quoad primum magna mihi videtur inaduertentia, ne dicam mendacium. Sanchez enim eo loco non ait contractus õnes metu leui initos non transferre dominium, vt Pontius falsò asserit, sed tantum extorta per metum leuem, siue in contractu lucratiuo, siue oneroso in foro conscientie esse restituenda, vt ego *n. 1.* retuli, & patet legenti non solum ea, quæ dicit *n. 4.* à Põtio citato poneas conclusionem, vbi ait. (*Quarta sententia, cui tamquam veriori adhæreo, indistincte docet extorta per metum leuẽ, qui est causa sine qua non, esse in foro conscientie restituenda. probatur primo &c.*) sed etiam totam disputationem, non ergo video vnde Pontius tam libere asserat Sancium loco cit. docere per contractus metu leui initos non transferri dominium, cũ ipse id nullibi doceat, neq; ansam vllam præbet Pontio id iudicandi; sed potius plane oppositum cognoscere debebat. cum enim *disp. 8.* docuisset contractus metu graui initos non esse iure naturæ nullos, & per consequens per eos transferri dominium, debere tamen rescindi nõ solum in foro conscientie, sed etiam in foro externo, ponit præsentẽ nonã disputationem, in qua quærit. An extorta per metum leuẽ posito, quod in foro externo non sint restituenda, debeant restitui in foro conscientie, ad quam respondet affirmatiuè, nõ quod non transfertur dominium, sed ad hoc vt ponatur æqualitas &cæt. vt iam dictum est.

Secundum vero Pontij dictum, nimirum translationem dominij non posse consistere cum obligatione restituendi ita falsum est, vt mirer hominem adeo doctum tanti facere hoc argumentum, vt illud sepius tam *c. 6. & seq.* sub varia forma repetat, cum apertè solutum viderit ex 2. & 3. arg. Sancij *eo n. 4.* ab ipso Pontio cit. ait *n.* vt ego retuli *n. 1.* ex eo teneri accipientem rem metu leui extortã restituere quia

quia commisit iniustitiam accipiēdo rem datam metu, ergo tenetur restituere reducendo rem ad pristinum statum. Ex qua doctrina sic in forma ad Pontij argumentum respondeo. nego antecedens; quod scilicet si restituere tenetur, alienum detinet, & dico iuxta optimam Sancij doctrinam restituere tenetur ad hoc, vt ponat rem, quā metu leui à Domino renitente accepit in pristinum statum. quare Pontius debebat potius contra doctrinam Sancij directè argumentari à via, quam proponere hoc argumētum, quod solutum erat vnico eius argumēto. Deinde quis ignorat teneri aliquando dominum rem propriam restituere, seu tradere alteri ob aliquam iustam causam sit Franciscus, qui emit equum ab Antonio iusto pretio &c. ita vt factus sit verus Dominus equi, si deinde promittit hunc equum Antonio, certum est, teneri Franciscum, qui est Dominus restituere equum Antonio, ergo potest aliquis teneri restituere rē, cuius est verus Dominus, quod tam falsum putat Pontius. Vide Castropal. *tr. 2. disp. p. pu. 8. vbi habet (Ad secundum fateor te acquirere dominium tam in contractu oneroso, quam lucratiuo, vt tradit Gloss. Nauarr. Sanchez. plures referens lib. 4. dispu. 8. n. 5. & 11. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. n. 44. sed ius acquisitum est nimis infirmum, cum tenearis remittere, & rem ad pristinum statum reddere; neque hac obligatio obsit dominio, non enim dominium est potestas utendi re in quemcumq; usum, aliās possidens maioratum non diceretur habere dominium, cum non possit alienare, neque disponere &c.)* ita etiam docent passim DD. sed nolo in hac re tam clarum morari; præsertim cum id tam apertè Sancius doceat, ait enim *disp. 8. n. 11. respondendo ad secundū argumentum aduersariorum, probantium non transferri dominium ex contractu metu celebrato. quod est hoc (res illa cum fructibus est restituenda metu passo, at si accipiens esset verus Dominus non teneretur fructus restituere, cum ij sint veri Domini)* ad hoc argum. Sāch. respondet. *(fateor restituendam esse rem*

cum fructibus non eo, quod dominium in accipientem non transuerit, sed quia conceditur à iure restitutio in integrum) Præterea ad vltimum argumentum respondens ait *(ad vltimum concessio antecedenti, scilicet si metu passus recuperet rem illam absque scandalo propria auctoritate, non peccaret. negatur consequentia scilicet ergo non amisit dominium, id enim non euenit, quasi concedatur propria rei vindictio proprie loquendo, sed quia actionem habet metu passus ad rem illam, recuperandam.)* & concludit, licet metū passus non maneat dominus rei metu ab illo extortæ, at quia sibi est debita potest occulte recuperare (poterat ergo Pontius in Sancio aduertere, nō valere suum argumentum, nempe debet restitui, ergo non est dominium acquisitum à recipiente. negatur enim consequentia. & merito à nostro Sancio, & ab alijs, vt videre est in Castropalao proxime citato.

Commendandus est ergo Thomas Sanchez, qui tam multa, & varia argumenta congerit ad suam sententiam confirmandam, non vero reprehendendus vt putauit Basilijus *lib. 4. c. 6. n. 8. & falso asseruit Rebell. p. 2. lib. 1. q. 5. n. 15. Sancium reprehendere. Verba Pontij sunt. (atque eodem modo reprehendus est Thomas Sanchez. qui lib. 4. dispu. 8. n. 4. docet valere iure naturali, & disp. 9. docet esse obligationem restituendi atē sententiam, quem in hac parte merito reprehendit Rebell. p. 2. lib. 1. q. 5; nu. 15.)* quod falsum est. Rebellius enim vt pote vir doctus, & modestus suam defendit sententiā, & ne verbum vllum, quod Sancium reprehēdat, profert. vt ipsi legēti patet. Sed Pontius socios quærit, at nō facile inuenit; omnes. n. qui Sancium deserunt, per summam modestiam, ac reuerentiam id faciūt, vt tanto viro debent.

DISPVATIO X.

An preces importuna incutiāt saltē metū leuē, efficiāt inuolūtariū mixtū, ita ut, quod per eas extortū est, sit in conscientia foro rescindendum.

Pro-

1 **P**robabilius est preces importunas efficientes mixtum inuoluntariū obligare ad rescissionem contractus, & ad restitutionem in foro conscientia (non dicuntur autem efficere mixtum inuoluntarium, quando illis cessantibus rogatus rem non efficeret; quia multa facit homo libentissime rogatus; quæ alias non efficeret; sed quando omnino repugnāti volūate, & quasi coactus, vt importunitatem illā effugiat, aliquid facit: ita vt dicere possit, quod vulgo dicitur (*questa non è priega, ma forza*) & sic deflorans Virginem precibus importunis tenetur ad restitutionem, quando illa vere victa precibus importunis consentiret. sed hoc rarissimū est, quia semper hæc fingunt nolle, cum maxime velint assentiri, patet conclusio ex dictis *disputat. preceden.*

2 Contraria sententia docet preces importunas non obligare ad restitutionem rei extortæ per tales preces, nisi sint Principum, aut cōiunctæ minæ. ita Alcocer. *lib. de ludo cap. 21. con. 4.* Franc. Garzia. *lib. 2. de contr. c. 19. fol. 592.* Nauarr. *lib. 4. de restit. c. 5.* & ex Theol. Henr. *lib. 11. de matr. c. 9. n. 5. in comm. lit. B.* sed non placet, quia preces cum minis, vel superioris efficiunt metum grauem ex dictis *dis. 7.*

3 Ex nostra conclusione infertur 1. donationem inter coniuges extortam tali importunitate non cōfirmari morte, nec donationem inter patrem, & filium, nec censerī meliorationem, nec legata, aut testamenta sic extorta. Secūdo precibus importunis impediētem, ne fiat legatum, teneri propria pecunia soluere. Tertio licētiā extortam à Religioso precibus importunis; quando reuera superior inuoluntariē, vt importunitatem repellat, consentit, nullam esse in conscientia, & sic extorquens licētiā retinendi v.g. aliquas pecunias non est tutus in conscientia. Et ita taciturnitas Prælati non excusat Religiosum à proprietate, quando ita tacet, vt non sit consensus approbans, sed tantum permittens ob illius importunitatem. Vide

Suar. *alleg. 24. n. 4.* vbi ait rescindi posse taliter factum testamentum officio iudicis. Gutier. *quæ. can. li. 1. c. 37. n. 20.* Cordubam *sum. q. 54. fol. 139. col. 2. §. y cierto esta opinion.*

4 Aduerte etiam omnia, quæ *disput. preced.* inferuntur in ijs, quæ sunt facta metu leui; inferri etiam quando sunt facta importunis precibus, & hæc, quæ in ista intulimus, de importunis precibus procedere etiam debeat, quando est metus leuis, quia eadem vtrobique militat ratio inuoluntarij mixti.

DISPVATIO XI.

An Blanditiæ inferant metum leuem, ita vt per eas extorta sint in foro conscientia restituenda.

1 **R**espondeo negative scilicet blanditijs extorta non esse restituenda. Probatur, quia amor auget voluntarium ex D. Thom. *1. 2. qu. 6. ar. 7.* nihil enim magis voluntarie fit, quam id, quod amore fit, & sic meretrix v.g. quæ diceret alicui se nimio, & vehementer illum amare, non tenetur restituere, quod accepit his blanditijs, quamuis teneatur ad restitutionem, si mentiatur se esse virginem; vel non nisi à Principe fuisse cognitam. sic Sotus *lib. 4. de iust. q. 7. ar. 1.* Ledesma *2. p. 4. qu. 18.* Alcocer. *lib. de ludo ca. 21. num. 4.* Bannez. *22. qu. 62. ar. 5. dub. 5. con. 2.* Salon. *ibi contr. 4. post 3. conclus.* Manuel. *2. t. sum. c. 40. numero quarto, & alij.*

2 Contrarium tenent Caetan. *2. 2. qu. 32.* Armilla, Medina, Nieua, Summā, Capua quos refert Sanch. *numero primo* hic.

Haftenus visum est qualiter metus irritet ceteros contractus, nūc videam⁹ quando irritet ēt matrimonium, & primo queritur.

††
†

DISPUTATIO XII.

An metus cadens in virum constantem iniuste incussus irritet matrimonium.

- 1 **R**espondeo affirmatiue. nimirum metum grauem, seu cadentem in virum constantem iniuste incussum, siue ab vno contrahentiũ, siue ab alio tertio ad hunc finem, vt quis matrimonium contrahat, reddit nullum matrimonium tum in foro conscientie, tum etiam in foro externo. Hæc conclusio est communis DD. vtriusque iuris Pontificij *cap. 2. de his, quæ vi, & ciuilibus.* Probatur etiam ex *C. cum locum da sponsal. & in C. veniēs,* vbi Pontifex decidit matrimonium metu graui contractum nullum esse, & merito irritatur tale matrimonium in vtroque foro, quia matrimonium significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, quæ fit per liberam amorem. sic D. Thom. 4. d. 29. q. unica ar. 3. *quæstionum. 1. corpore D. Bonau. ibi nu. 15. qu. 1. Scot. §. hic dicitur Duran. qu. 2. nu. 7. Palud. ar. 3. conclus. 1. nu. 17. qu. unica. Enriquez libr. 11. de ma. c. 9. n. 1. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3. §. hoc constituto sit consl.*
- 2 Irritum etiam, & nullum est matrimonium, quamuis metus fuerit illatus ad hoc, vt contraheret cum aliqua indeterminata, v.g. contrahe cum vna ex filiabus Petri, & quamuis metus fuerit incussus in præsentia consanguineorum illius, cui metus incutitur; tamẽ irritum est matrimonium in foro conscientie, & in foro externo non cessat præsumptio ob præsentiam amicorum &c. sed tantum metum passus debet afferre clariores probationes ex Mascard. *de prob. concl. 1055. n. 24.* Ita etiam Felin. *C. causam matrimonij n. 6. de off. deleg. Salyc. l. transactionem 35. C. de transact. Burgos de Paz cons. 3. n. 69. & loquentes de metu ad contrahendum cum indeterminata Bald. & Philiar. Lusitanus quos sequitur Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 5. n. 8. Padilla l. interpositas n. 6. C. de*

transact. Nec solum matrimonium initum cum tali metu est nullum; sed etiam constitutio procuratoris ad hoc vt ineat matrimonium nomine alterius est nulla, quando fit metu cadente in virum constantem, & hoc est speciale in constitutione procuratoris ad matrimonium ratione libertatis ad illud requisitæ. sic Couarr. & Padilla. *lo. ci.*

- 3 Etiam promissio dotis, & solutio metu graui facta, est ipso iure nulla, vt quid accessorium matrimonio; quia est expressa dispositio *l. si mulier. §. si dos. ff. de eo, quod met. causa.* vt nõ solum matrimonium fit nullum, quando metu graui fit; sed etiam dotis promissio, & solutio. quod etiam *l. fin. t. 11. p. 3.* extenditur in promissione arrharum, vt non valeat si sit facta metu. Non desunt tamen DD. qui tum in assignanda ratione huius conclusionis, tum etiam in ipsa conclusione variè sentiant, vt Bart. *d. l. si mulier. Alex. Carrerius lib. 4. de spons. c. 8. Barbof. ff. sol. matr. rubr. 4. p. n. 31.* Vide hic Sanch. *n. 23.* dic etiam nullum esse distractum dotis metu factum, quia eisdem sunt numero contractus, & distractus, vt notant DD. *l. de tutela C. de in integrum rest.* sic Grammaticus *dec. neap. 103. n. 69.*

An vero mulier cogenda sit iterum dotem constituere in casu, quo promissio dotis fuit nulla, affirmat Nouellus *de dote 6. p. priuil. 39.* negat vero Barbof. *ff. solu. ma. 4. p. rubr. nu. 32.* vide *sup. libr. 1. disp. 59.*

Q V A E R E S.

Andentur aliqui casus in quibus matrimonium metu graui contractum sit validum.

- 4 **R**espondeo, & dico primo. Certum est apud omnes valere matrimonium metu graui contractum, quando talis metus non fuit incussus ad extorquendum matrimonium; sed vel prouenit à causis naturalibus, v. r. morbo, tempestate, feris, & hic dicitur metus ab intrinseco; quia prouenit per modum naturæ, vel prouenit ab

extrinsecò, & est quādo aliquis homo infert talem metum, vt sunt latrones, qui mortis metum inferūt. Iudex, vel quiuis alius, non tēmen ad hunc finem vt tali metu cōpulsus ineat matrimonium. Probatur, quia tunc quando tali metu quis contrahit matrimonium non impellitur ab alio, sed à se ipso; cū nullus tunc exigat matrimonij cōtractum, vt suppono; sed tantum ille, qui patitur metum ad vitandum malum corporis, vel animæ matrimonium promittit; ergo tunc matrimonium tali metu graui inritum nō est nullum; sed validum, & firmum, & sic v. g. si quis metu mortis imminētis, vel inferni concubinam ducat, tale matrimonium est validum. Similiter si Medici dicant Titio, quod nisi vxorem ducat, morietur ob abundantiam humoris; & ille hoc metu ductus ducat vxorem, validum est matrimonium; quia metus ē ab intrinsecò, & causa naturali. Vide Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 4. n. 16. Sotum 4. d. 29. q. 1. ar. 3. ver. hinc primo colligitur. Palac. ibi disp. unica ver. 7. Bar. à Ledesm. dub. 23. de ma. c. 9. n. 1. Petr. de Led. de ma. q. 47. ar. 3. dub. 1. Lud. Lop. 2. p. insb. noui. mater. de ma. c. 40. fol. 1067. & alios.

5 Similiter validum erit matrimonium contractum a detrufo in longo, & graui carcere, vel à captiuo, qui etiam potest procuratorem constituere ad hoc vt suo nomine contrahat cum Franciscav. g. quia nec incarcerationio, nec seruitus obest valori matrimonij, quando non est intenta ad extorquendum matrimonium, vt hic suppono. sic Io. Andr. Anto. Card. & alij C. cum locum de spons. Alex. de Neuo. n. 14. dicens esse commune quoad procuratoris constitutionem contra Abb. n. 9.

6 Dico secundo validum etiam ē matrimonium, quando morte damnatus ducit meretricem vt mortem euadat, etiam si alius offerat libertatē, si velit ducere Mariam v. g. quamuis esset ipse iudex, qui damnato ad mortem dicat, si vis meam filiam ducere in vxorem, ego te liberabo, validum inquam ē tale matrimonium, nec refert, quod cō-

demnatio sit iusta, vel iniusta. Ratio ē, quia in his casibus non iniicitur metus siue iuste, siue iniuste ad ineundū matrimonium, sed auferatur metus iā cōceptus ex condemnatione, traditurq; modus ab ea euadendi, ergo siue metus sit ex condemnatione iusta, siue iniusta non reddit nullum matrimonium, & sic ob eandem rationem, quod scilicet non incutiatur metus ad extorquendum cōsentum, sed potius metus conceptus auferatur, defenditur vsus ille, qui viget; remittunt enim iudices vitam illi, qui hominem occidit sub ea conditione, vt occisi consanguineam ducat, & maritus remittit vxori adulteræ pœnam mortis; modo religionē ingrediatur. sic etiam Cou. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 4. n. 15. Anto. d. c. cum locum nu. 11. Cord. sum. q. 131. pun. 1. §. mas no obstant. Man. 1. i. sum. 2. edi. c. 231. n. 1. & 2. t. cap. 8. n. 10.

7 Similiter si Princeps obfessus ab alio siue iuste siue iniuste offerat se velle ducere vxorē filiā obsidētis, validū ē matrimonium, nisi tñ obfessio fuerit ad extorquendum matrimonium. sic Bar. à Led. dub. 23. de ma. fund. 5. Pe. à Led. de ma. q. 47. ar. 3. dub. 1. cōc. 4. Lud. Lop. 2. p. iust. de ma. c. 40. §. iā ex predictis liquet.

8 Et quādo aliquis iuuenis in stupro inuētus cū Virgine, ne occidatur à cōsanguineis spōte offerat se velle illā ducere, validū erit matrimonium; quia mors cōminata nō tēdit ad extorquendum matrimonium; sed ad vlciscendum de iuria ob stuprū puellæ, at si inuētus in stupro probabiliter timeret fore vt metu mortis cogatur ad id matrimonium, & per hoc se offerret ad ineundū illud; tūc erit nullū tale matrimonium, quia id facit ob probabilem suspicionē metus inferendi; ad hoc vt cōtrahat; quæ sufficit ad reddendum cōsēsū nullum. l. nec timorē 7. ver. proinde 2. ff. de eo, quod metus caus. ibi (proinde si quis in furto; vel adulterio deprehensus, vel in aliquo flagitio, vel aliquid dedit; vel se obligauit Pōponius l. 18. recte scribit posse eum ad edictum hoc pertinere. Tādē inferatur validū ē matrimonium cōtractū ab ægroto in mortis periculo cōstituto cū filia medici, qui nolebat illum

illū curare, nisi tale matr. iniret. Rō ē, quia in tali casu Medicus tantū petit, vt stipendium suæ curationis, nec infert metum ipse, sed morbus, vide supracitatos DD. hæc afferentes Sotum Bart. à Ledesm. Lud. Lop. &c.

Putat Pon. lib. 4. c. 19. n. 13. contra id quod n. 6. diximus nō valere matrimonium: si iudex eum, quem iuste dānare potest obolata impunitate inuitet vt filiam ipsius iudicis ducat, aitq; (in quo nō recte locuti sunt Tho. Sanch. dis. 12. na. 10. Regid. dis. 28. dub. 1. conc. 3. n. 10. quia vt constat ex dictis sup. c. 13. ille reuera tunc infert metum iniuste, ab viturque potestate, cum nō fiat vlla delicti compensatio, ratione cuius metus iuste possit inferri, quare idem est ac si incateretur iniuste, in quo vides longe diuersam esse rationem tum metus infertur, vt dicat filiam, vel uxorem occisi; infertur enim ad compensationem delicti, qua vt diximus licita est) verum pace ipsius Pontij indignum videtur: tam absolute pronunciare Sancium non recte esse loquutum in afferenda ea sententia; quam graues DD. sequuti sunt perpensis etiam Pōtij rationibus, vt Hartad. dis. 6. diff. 3. n. 13. Del Vgo dis. 22. de iust. sec. 8. n. 184. cui verba referam; quia ex his solutio argumenti Pontij habetur (in sero quinto contra Basil. Pontium l. 4. c. 14. Rebelli. & Dian. adductos non vitari matrimonium etiam si ipse iudex offerat immunitatem, & vitam reo iuste propter homicidium, occidendo, si filiam ipsius iudicis ducat, sicut non vitatur, quando id offert si filiam, vel consanguineam occisi ducat. Ratio est quia nec ipse iudex iniicit metum iniustū, cum eum liberare nō teneatur: immo licet iudex peccet contra iustitiam reum absolueudo, quem damnare debuerat; adhuc matrimonium valebit) Ex quo videre licet, quam immerito Pontius dicat Sācium non recte esse locutum; cum Tantus Doctor tamque insignis Theologus, vt est Del Vgo ipsum sequatur ac Pontij dicta vnico fere verbo putet soluta: quam ombrem, nec ego aliud addam. Contentus tanti viri testimonio; qui etiam citat pro sententia Sancij quatenus dicit non irritare matri-

monium, quando iudex iuste mortē inferre debebat (in quo Pontius reprehendit Sanch.) Petr. de Barbobus inter cons. ma. Zileli con. 24. n. 14. Alex. Tartagnum ibi cons. 21. n. 5. Ant. Cuc. lib. 5. iust. Maior. tract. 12. n. 160. præter eos, quos citat Sanch. n. 10. & Bonā. q. 3. pun. 8. de ma. n. 20.

DISPUTATIO XIII.

An metus cadens in virum constantem iuste illatus ad extorquendū matrimonium illud irritet.

DIco non irritare matrimonium, & sic si Pater v. g. inueniat iuuenem filiam stuprantem, & illi dicat, aut meam filiam ducas, aut te accusabo, si ille ducit hanc in vxorem, matrimonium est validum, quamuis nō duceret illam, nisi hoc metu graui compulset, si vero Pater minetur mortem, nisi ducat, & ille timore mortis contrahat matrimonium erit nullum; quia metus iste iniuste incutitur, cum non liceat patri per ius Canonicum stuprantem occidere. Probatur, quia quoties incutitur metus alicuius damni, quod delictum patratum meretur, & metum incutiens iuste inferre potest, tunc talis metus magis censetur oriri ab intrinseco, & ex natura delicti, quā ab extrinseco; ergo cum quis malum minatur homini deprehenso in aliquo delicto, quod potest iuste inferre, vt est in casu posito, non censetur metum inferre; sed potius existimatur auferre metum, iam conceptum ex delicto; offerendo conditionem illam, & fictantumdem erit, ac si dicat tu iam mereris accusationem, & habes hunc timorem talis mali, si vis contrahere, ego te eximam à tali timore, quod potest fieri, nec vitiat matrimonium, vt diximus dispu. præced. n. 6. sunt pro hac sententia Metina lib. 1. sum. c. 14. §. 6. fol. 86. Sotus lib. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 1. Nauarr. lib. 3. cons. 1. edi. 2. de regul. cons. 27. n. 3. loquētes devoto, & professione, quæ requirit plenā libertatē, vt matrimonium, & tenet expresse Enriq. lib. 11. de ma. c. 9. n. 1. Petr. Led. de ma. q. 47. ar. 3. dub. 1. cōcl. 3. & 9. sed tamē adhuc ē dub.

- 2 Sunt tamē aliæ duæ sententiæ probabiles ambæ. Altera negat matrimonium contractum metu graui etiam iuste incussum esse validum ex *cap. veniens. secundo de sponsal.* vbi dicitur irritum esse matrimonium, ad quod pater coegit iuuenem repertum cum filia in eodem lecto, & tamen iuste videtur coegisse est Gloss. *C. veniens. 2. de spons.* Goffr. Hoff. Io. Andr. Præpos. Abb. & aliorum Canonistarum: ibi ex Theologis Vega. l. 3. sum. Manuel. 2. to. sum. c. 93. n. 3. & Ledes. 2. p. 47. 49. ar. 3. fol. 456. col. 3.
- 3 Altera distinguit si metus sit incusus lege; quia scilicet lex iubet, & violator Virginis compellatur ad illam ducendam; tunc valet matrimonium, quamuis iudex metu mortis compellat ad illam ducendam, quia iudex iuridicè procedens non dicitur inire ex *l. continet. 3. ff. de eo, quod met. causa.* si vero metus non est lege incusus, ait non valere tali metu contractum. ex Soto 4. dist. 29. q. 1. Bart. à Ledes. dub. 23 de matr. funda. 5. Corduba sum. q. 171 pun. 1. Philiar. de off. sac. t. 1. p. 2. lib. 2. c. 8. Ludo. Lopez. 2. p. instr. noui. m. de matr. c. 40. fol. 1068.
- 4 Hinc inferitur posse Episcopū, vel Iudicem Ecclesiasticum cogere aliquē metu excommunicationis, vt cōtrahat matrimonium, si is contraxit spōsalia, & deinde vellet recedere absque causa, & matrimonium tali metu initum esse validum, modo Iudex videns illum obstinatum, ac renitentem contrahere, tandem absolueret ab excommunicatione, quia tale matrimonium non potest dici inuoluntarium, nam necessitas contrahendi oritur à principio intrinseco in ipsis partibus contrahentibus, idest ab ipsorum voluntate, qua spōte iniure sponsalia non enim dicitur inuitus facere, qui cogitur stare promissioni, quam volūtariè fecit, vt docent Anto. cap. requisit n. 3. de sponsal. Alex. de Neuo, & Præpos. dicunt enim cōmuniter, quod à principio est voluntatis ex postfacto, scilicet post obligationem est necessitatis *l. sicut. C. de action. & obliga.*
- 5 Secundo inferitur nō valere matrimonium si iudex cogat stuprantem, Virginem, vt illam ducat, nam iniuste facit, cum hic teneatur, vel ad dotandum; vel ad ducendum, quando illam non vitiauit promissione, & fide futuri matrimonij.
- 6 Aduerte hic, etiam si afferamus cū secunda sententia, metum iuste incussum annullare matrimonium, inutilem esse illam diligentiam, quam adhibent aliqui iudices ecclesiastici, qui nolunt concedere licentiam in carcerato, vt ducat Virginem à se defloratam; nisi prius è carceribus exeat, quamuis nō omnino liber; sed iterum rediturus in carcerem, si non contrahet, quia hic licet non sit in carceratus; tamen non è ita liber, vt quo velit, possit ire, & recedere, ergo si per hoc, quod est in carcere matrimonium est nullum, nullū etiam erit, si contrahatur hoc pacto. Ita Bart. *l. qui in carcerem n. 1. ff. de eo, quod met. caus.* Decius *conf. 219. n. 9. vol. 2.* Alex. de Neuo *ca. cum locum n. 16. de sponsal.* & alij.
- Falsum etiam est retenta hac secūda sententia, quod traunt Hostien. & Imola c. 2. *verb. coactus de his, quæ vi. metum scilicet in quem, quis sua culpa incidit per hoc, quod annullat matrimonium, annullare etiam dotis promissionem, quia in iure l. si mulier §. si dos. ff. de eo, quod met. caus.* tantum dicit promissionem dotis metu extorta irritā esse, nec ibi explicat lex, an talis promissio sit irrita metu iuste incusso.
- Tandem aduerte matrimonium eē validum, licet contrahatur metu à iudice illato, etiam si talis metus reuera non sit iustus; sed tantum secundum allegata, & probata iudicetur iustus prudenter, quia est credendum ius Canonicum in tali casu non irritasse; & contra nō valet matrimonium, si Iudex ad id contrahēdū cogat metu iniusto secundum allegata, & probata, licet reuera sit iustus, quia è iniuria illata.

DISPVATIO XIV.

An met^o cadēs in virū constatē irritet matrimonium iure natura, à solo iure ecclesiast. Ve.

1 **V**erius est matrimonium metu cadente in virum constantem irritum, esse irritum solo iure Ecclesiastico eo modo, quo est irritum matrimonium contractum absque Parocho, & testibus. Probatum quia non potest dici esse irritum iure naturæ ratione iniuriæ, quæ inferitur per metum grauem; quia sequeretur, quod ubicumque reperiretur talis iniuriæ, esset irritum matrimonium, quod est falsum; nam etiam in metu leui reperitur iniuriæ obligans ad restitutionem; & tamen non irritat matrimonium: nec potest dici esse irritum iure naturæ ex eo, quod tollit plenam libertatem; quia etiam metus leuis tollit plenam libertatem, immo aliquando grauius perturbat hominem, & impedit usum plenæ libertatis, & tamen non irritat matrimonium; quod autem metus leuis tollat libertatem, patet in homine auaro, & diuite, qui metu amissionis pecuniæ, v. g. mille aureorum, grauius perturbatur, & priuatur libertate, quæ perturbetur mancipium metu flagellorum, & tamen metus flagellorum mancipij est cadens in virum constantem, vt dictum est; metus vero amissionis pecuniæ in illo auaro non est cadens in virum constantem, sic etiam Duran. 4. d. 29. q. 2. n. 6. Sot. ibi, q. 1. d. 3. 2. Ledesin 2. p. 4. q. 49. art. 3. Enriq. lib. 11. de matr. c. 9. num. 1. Lud. Lopez 2. p. inst. de matr. c. 40. fol. 1064. Petr. Ledesin. de matr. q. 47. ar. 3. dub. 1. conc. 5. & alij multi Canonistæ, Nauarr. Armilla, Tabiena, Sylu. apud Sanch. num. 2.

2 Ex quo patet matrimonium metu graui contractum ab infidelibus, qui legibus Ecclesiæ non tenentur, non esse irritum, nisi sit aliqua lex apud ipsos irritans.

3 Contraria sententia dicit esse irritum iure naturæ & diuino, & per consequens etiam apud infideles nullum esse matrimonium contractum metu graui cadente in virum constantem. Ratio est, quia nullus Pontifex videtur nouam constitutionem edidisse irritantem matrimonia coacta; sed supponit ea esse irrita, vt patet ex c. cum locum,

Ex c. consulationi, & c. veniens. 2. de span. & c. significauit de eos qui duxit, ergo de iure naturæ sunt irrita. est ex Theol. Scoti. D. Bonau. Almac. Gabr. D. Anton. Mol. de iust. tom. 2. Angles. Bart. à Ledes. & Canonistarum Alex. Carre. Barbof. Ang. de Vbaldis quos refert Sanch. num. 1.

Verum ad hoc argumentum fateor Pontifices per textus allegatos non videri nouum statutum facere, nec constare, vbi hoc statutum irritans matrimonium metu contractum, fuerit scriptum. habetur tamen traditione tot DD. & Pontifices in illis decretis ostendunt more, & vsu id obseruatum esse, vt matrimonium metu graui extortum esset irritum.

* Ex qua solutione non bene vt mihi videtur Pontius lib. 4. cap. 14. num. 5. asserit, Sancium effugere vim argumenti non diluere, id enim nostri auctoris ingenium est, vt vbi maximas videt difficultates, ibi maximè instet, donec rem totam facilem reddat. germanam ergo hic tradit responsionem; nam ex vna parte certum est, vt volebant aduersarij, Canones loquentes de matrimonio metu contracto non statuere legem nouam; sed supponere illud esse irritum. ex alia parte validissima cogunt rationes non posse supponere talem irritationem esse iure naturæ, vt fuse probat Sanch. num. 2. ergo dicendum est eam esse iure positiuo; sed cum hoc ius nullibi reperitur scriptum; certe nulla solidior responsio dari, aut excogitari poterit; quæ illa tradita à Sanch. nimirum hoc ius haberi traditione DD. & Pontificum id tamquam iam decisum supponendum, non ergo effugere dicas Pontius Sanchez vim argumenti, soluit enim ingeniosissimè.

Cæterum argumentum, quod hic autor eo n. 5. conficit ex ratione Pontificis tradita c. cum locum, nimirum probat, ni fallor. ait quippe Pontificis rationem esse hanc, *in metu graui non est consensus plene liber, matrimonium perficitur solo consensu plene libero, ergo contractum ex metu non valet.* quod autem

tem hæc Pontij ratio nimium probet, ostendam ex eo, quod sequitur, etiam matrimonium contractum ex metu leui esse nullum. nam in metu leui nõ est consensus plenè liber, matrimoniũ perficitur solo consensu plenè libero, ergo contractum ex metu leui est irritum. quod etiam Pontius negat in tra, ca. 18. n. 3. quod si neges maiorem, & dicas Pontificem asserere id de metu graui.

Contra est nam in primis in eo ca. cũ locum Pontifex simpliciter loquitur de metu, & Pontius addidit in maiore sui argumẽti verbum illud, *grauis*, deinde patet Sancij ratione posita n. 1. vbi aperte concluditur meo iudicio etiã in metu leui non esse consensum plenè liberum, vnde maior non potest à Pontio negari, minor, autem est ipsi Pontij, vt vidimus. ergo sequitur consequentia, quod matrimonium leui metu extortum sit irritum quod est contra ipsum Pontium.

Nec sane satisfacit responsio, quam hic auctor tradit cap. 18. n. 3. lib. 4. cit. nimirum Ecclesiam declarasse id de metu graui: non autem de metu leui. ibi: (*Ius Ecclesiasticum dum dicit matrimonium ex metu graui contractum nullũ esse, non constituit in eo nouam legem, sed tantum explicuit iuris naturalis rationem, secundum quam non est sufficiens consensus externus metu graui. Sed Ecclesia eam declarationem non fecit pro matrimonio contracto ex leui metu, sed ex graui, ergo sensit iure naturali non esse irritum matrimonium ex leui metu.*) non sane satisfacit hæc responsio, nã quod Ecclesia id non declarauerit, non tollit: quin vere in metu leui non sit plenè liberum, nam declaratio Ecclesiæ non tollit, nec ponit aliquid intrinsecum in ipsa natura rerum; sed tantũ declarat id, quod res habent ex se. Deinde sic insto, ideo Ecclesia declarauit in metu graui esse irritum matrimonium: quia is tollit plenè liberũ: sed etiam metus leuis ex natura sua tollit plenè liberum, vt probatum est, ergo etiam de metu leui debet intelligi talis declaratio.

Quod si tandem dicas in metu graui esse aliquid maius ex natura sua, per quod reddatur irritum matrimonium iure naturæ, non autem in metu leui, redit Sancij argumentum, num. 1. propositum; nimirum aliquando grauius perturbare hominem metum leuem, quam grauem. quare fatere mi Pontii cum Sancio ex dictis Canonibus non colligi matrimonium metu graui esse iure naturæ irritum, & rationem, quam d. cap. cum locum. affers, contra te pugnare.

DISPVATIO XV.

An matrimonium metu extortum sit omnino nullum, nullamque partat obligationem tam ex parte coacti, quam ex parte alterius, qui coactus non fuit, ita vt aliteruter altero inuito possit rescire.

I Vo queruntur in titulo, prius est an matrimonium metu graui contractum sit nullum tum respectu illius, qui passus est metum, tum respectu illius, qui metũ, aut coactionem non passus est. Ad hoc respondeo affirmatiuè, scilicet nullũ esse ex parte vtriusque, quia matrimonium est relatio inter virum, & vxorem, quæ ad hoc vt sit, requirit duo extrema, ergo non potest consistere in vno, v. g. in vxore, quæ metum non est passa, & in viro, qui coactus est deficere.

2 Aliud, quod quæritur est, an ille, qui metu coactus matrimonium iniit, possit recedere, ita vt nõ maneat obligatus ad illud ratificandum, casu quo alter coniux, qui metum non est passus, vellet persistere in tali matrimonio, & contra an, scilicet si is, qui coactus metu graui contraxit, velit deinde persistere, & ratificare matrimoniũ nouo, & spontaneo cõsensu, teneatur alter coniux, qui metum non passus est persistere in voluntate priori, ita vt non possit recedere ab eo matrimonio, præsertim quando fuit participes culpæ commissæ, in inferendo metum, hoc est, quod vel ipse intulit metum, ad hoc vt secum alter contraheret,

heret, vel consensit, vt alij metum inferrent.

3 Dico primo certum est posse illum, qui coactus fuit recedere; nec teneri ratificare matrimonium illud nullum, quamuis alter, qui non est metum passus, velit persistere; & si velit ratificare sufficit si de nouo sponte cōsentiatur, si alter non retractauit priorem consensum, vt patet ex dictis *lib. 2. disp. 32.* nec ad hunc secundum cōsensum præstandum requiritur præsentia parochi & testium si metus fuit occultus, vt dictum est *disp. 37. lib. 2.*

4 Dico secundo certum est etiam cōiugem illum, qui metum non est passus, & non fuit particeps culpæ in incutiendo metum, posse resilire, nec teneri ratificare matrimonium, dum aduertit esse nullum, ex eo quia nullam cōmisit culpam, nec se obligauit, nisi altero se obligante; ergo si ille non est obligatus, quia metu contraxit, neque hic erit obligatus, cum noluerit se obligare, nisi illo se obligante

5 Ad casum vero vltimo loco propositum in titulo, nimirum an is, qui intulit metum grauem, vel fuit particeps culpæ metus illati, possit resilire à contractu matrimonij; nec teneatur illum ratificare, quamuis metum passus velit de nouo contrahere. Respondeo affirmatiuè. nimirum non teneri hunc in foro conscientie perficere matrimonium, donec per Iudicem condemnetur; sed posse etiam altero nolente resilire; nisi aliud damnū per coactionem illam secutum sit, & aliter non possit resarciri, quam per contractum matrimonium, vt si v.g. ex metu, quem ille intulit sequatur aliqua infamia in illo, qui passus est metum, nisi cōtrahat; nam tūc ille, qui intulit metum, contrahere tenetur. Ratio est, quia in cōtractu oneroso, in quo debet seruari æqualitas in contrahentibus, aut vtraque pars manet obligata, aut neutra, ergo si, vt supponim⁹, vna pars nempe ille, qui metum est passus, non manet obligatus; neque ille, qui metum intulit, manebit obligatus, quod si dicas illum, qui metum intulit, vel culpæ par-

ticeps fuit teneri ob delictum. Respondeo tunc non teneri ante sententiam Iudicis, quia est poena, quam nullus tenetur subire, nisi post iudicis sententiam, ita docent in alio simili, quando quis contraxit cum serua, putans esse liberam. Sotus *4. d. 35. q. vn. ar. 2.* Angl. *1. p. de ma. q. 10. de err. cond. seruilis. ar. 1. dub. 1. conc. 4. f. 585.* & Bart. à Ledesma, *dub. 31. de matr. concl. 3.*

6 Contraria sententia, quæ defendit in hoc casu teneri sub peccato mortali illum, qui metum intulit contrahere, quando alter velit; nec posse ad libitū resilire, sed teneri expectare per aliquod tempus arbitrio prudentum, an alter velit persistere in matrimonio, etiam in foro conscientie, est valde probabilis, quia cogēs maximam irrogat iniuriam coacto; ergo tenetur resarcire illam, offerendo ratificationem matrimonij, quando coactus velit. ita Riccard. *4. d. 29. ar. 2. q. 1.* Sylu. *v. matr. 8. q. 11. dic. 4.* Alex. de Neuo *C. cum locum de spons. Turrecrem 31. q. 2. sum. n. 11.* Nauar. *utraq; sum. c. 22. n. 51.* Palac. *4. d. 29. disp. vnica f. 663.* & videtur tenere ex Theol. Enriq. *lib. 11. de ma. cap. 10. n. 5.*

Quæ habet Pontio *l. 4. c. 15* circa hanc disputationem, si cum his, quæ Sancius habet hac disputatione conferantur forte non tantum ponderis habere videbuntur, quantum hic Auctor existimat, at, quæ mei instituti ratio est, id prætereò; & solum tria notare volo: quæ à Pontio supponuntur contra Sancium; cum vera ita non sint. ait igitur primo (*ceterum, quia Thomas Sanc. in dubium reuocare voluit, quod communi Doctorum sensu firmatum est, ideo de hoc specialiter disseram vt eius fundamenta diluam*) sed hoc verum non est; nam Sancij sententia communiter amplectitur à Doctoribus, & ab ijs, qui illam non tenent communis appellatur: referam ego aliquos, quorum testimonio, vel ipse Pontius contentus erit: Hurtadus Pontio familiaris *dis. 6. diff. 4.* loquens de hac quaestione ait (*est ergo difficultas an teneatur, quando fuit causa, aut occasio dicti metus.* Nauarr. *cap. vigesimo secundo.*

Henriq. Basilius *lib. 4. cap. 15. affirmât,* &c. & *num. 16. addit Sancius vero l. 4. d. 5. & Ochagauia de matr. tractat. 3. q. 30. negant, & merito, quia non tenetur cogens in pœnam iniuriæ coactione illata; quia nullo iure talis pœna statuta est; neq; tenetur, ut eam iniuriam resarciat, quia seclusis alijs damnis extrinsecis inde secutis, iniuria illa ratione sui non exigit recôpensationem, aut saltem non exigit tantâ; imo ex sua natura non est resarcibilis; neque tenetur ex eo quod cõsensum præbuit; quia ex consensu præstato in cõtractu mutuo non manet quis obligatus nisi quando alter etiam obligatur, &c.* Quibus verbis iam vides Sancij sententiam, & rationes ab Hurtado amplecti, qui *n. 7. respondet vnico verbo ad Pontij argumentum: dicens concedimus in alijs contractibus coactis cogentem teneri illis stare, si coactus velit, quia sunt validi: non vero in contractu matrimonij, quia iure Ecclesiastico fit nullus; quam etiam solutionem Sancius, num. 6. tradidit Bonacina. q. 3. de mat. p. 8. n. 32. vbi citat Gutier. c. 76. nu. 17. & concludit (vtraque sententia probabiliter defendi potest; sed sententia Sanchez verior in rigore videtur, ut eius ratio ostendit) Filiucius *tract. 10. de matr. cap. 4. num. 111. dicens satis esse probabile, quod particeps doli, & coactionis non teneatur, &c. del Hugo dis. 22. sect. 6. n. 80. & ne Cathalogum inferam Doctorum, ipsemet Coninch. quem pro se citat Pontius, Sancij sententiã vocat communem: nam hanc, quam sequitur Pontius ex ipso, appellat communiorẽ: licet immerito Pontius, reprehendat ipsum Coninch. quia refert pro sua sententia Sanchez, ibi: Quam sententiã docent Doctores communi sensu quorum multitudinem vide apud eundem, n. 4. & sequitur nouissime Aegidius *dis. 28. dub. 1. qui immerito refert pro hac sententia Thom. Sanchez cum oppositum expressissime doceat*) immerito inquã reprehendit Coninch. cum ipse *l. cit. tantum dicat contraria est communior, ut videre est apud Hen. Sanchez, &c. & citat, num. 4. vbi Sanchez affert Doctores pro senten-***

tia sibi contraria, quam ipse Coninch. amplectitur, neque etiam video qua veritate possit dicere posse videri Doctorum multitudinem apud Sanchez, *n. 4. cum tantum Riccar. Sylu. Alex. de Neuo Turrecr. Nauar. & Palacios id expresse asserentes citentur, quod si Pontius pro Doctorum multitudine intelligit eos, qui id in simili docet: debet etiam fateri multos fuisse in sententia Sanchez, cum ipse n. 5. pro ea quam plures afferat, atque hæc sufficere videntur ad ostendendum non esse communi Doctorum sensu firmatã Pontij sententiã, ut ipse aiebat: notans Sanchez quod in dubium reuocare voluerit sententiã ab omnibus receptã. Tum notandum est, falso Pontium asserere, n. 6. quod Sancius dicat illam esse iniuriã leuem, atque adeo reparatione non indigere verba sunt Pontij: nam Sanchez. non dicit non indigere reparatione; sed non indigere tali reparatione verba ipsius sunt. quia nõ est tanta iniuriã coactionis, quando aliud damnum inde non sequitur, ut aliter quam per matrimonium resarciri nequeat idem etiam repetit, nu. 6. maxime cum non tanta sit hæc, ut digna sit tanta satisfactione, ut est matrimonium. requirit ergo Sanchez, seu non negat dandã esse satisfactionem, ut illi Pontius tribuit; sed solum docet tantã non esse necessariã. quod etiã cit. DD. asserunt. tertio denique aduerte ideo à Pontio dici Sancij solutionem, seu doctrinã esse omnino extra rem, quia non fideliter illam refert quod luce clarius videbimus ex eius verbis subiungit enim *eod. num. 6. Deinde dicit non esse necessarium, ut ea iniuriã reparetur in eodem genere iuncta ea, quæ dixerat dis. 14. num. 4. in solut. ad 5. idque duobus confirmat exemplis, primum est, quia illi, qui coactus baptizatur infertur iniuriã in coactione; & tamen non est restauranda in eodem genere, scilicet annullando baptismum. secundum exemplum est in eo, qui fide data de matrimonio deflorauit aliquã, & postea cum alia contrahit defacto, atque consummat, non reparatur illa iniuriã reddendo nullum**

Nullum matrimonium cum alia contra-
ctum) sed noluit Pontius advertere e-
xempla illa de baptismo, & matrimo-
nio; non fuisse à Sancio allata ad con-
firmendam doctrinam illam absolute
quod scilicet non omnis iniuria debet
in eodem genere refarciri: nam ad hoc
poterat facile alia afferre; ex dictis lib.
1. dis. 11. n. 3. cum Ledesma, vbi docet,
quod foeminam decipiens, fictè con-
trahendo matrimonium, nō teneatur
vere contrahere: sed posse illam iniu-
riam alia via refarcire: in quo exem-
plo restitutio non fit in eodem gene-
re cum fieri possit. similiter poterat et
afferre exemplum de eo, qui iniuste
retrahit nouitium à religione, & tamē
alia via tenetur illam iniuriam refar-
cire; nec tenetur ipse ingredi religio-
nem, vt docuit l. 1. cons. c. 3. dub. 2. n. 7.
cum Soto Ledesma, & alijs, similiter
qui impedit nuptias puellæ cum alio
viro; non tenetur illam iniuriam refar-
cire ducendo illam puellam, vt opti-
me habet Del Vgo dis. 9. de ius. sec. 3. n.
31. quæ omnia satis ostendunt non eē
verum absolute, quod semper fieri de-
bet reparatio damni in eodem gene-
re, etiam quando est possibilis, vt con-
tendit Pontius. omisit quidem Sancius
hæc exempla, & solum illa duo addi-
dit de eo, qui per vim baptizatus est;
& de cōtrahente matrimonium; post
sponsalia contracta, cum alia foemina;
quia valde erant ad rem, de qua age-
bat in illa dispu. 14. Nam aduersarij ad
probandum matrimonium ex metu
contractum iure naturæ esse irritum,
proposuerant hoc argumentum (in
ōni lege natura, & diuina prouideri debuit
vt oīs iniuria refarciatur, alioquin lex na-
turalis deficeret in necessarijs: sed iniuria
matrimonio coactō illata non potest aliter
refarciri nisi illud irritando: ergo ius na-
tura ipsum irritauit) ad hoc argumen-
tum soluendum ait Sanch. nu. 4. (ad 5.
negatur maior vniuersaliter intellecta, &
in eodem bonorum genere) & quoniam
maior illa petebat vt iure diuino, &
naturali refarciretur iniuria irritando
matrimonium, vt ex minori apparet:
affert Sanch. manifestam instantiam:

nam qui baptismum cogitur recipere
patitur iniuriam, ea autem non est re-
farcienda irritatione baptisimi: alias Chri-
stus Dominus debebat prouidere in
hoc casu, vt nullum esset baptisimi Sa-
cramentum, & qui contrahit matri-
monium post sponsalia valide contrahit,
& tamē irrogat sponsæ iniuriam; er-
go non debuit ius diuinum, & natura-
le prouidere, vt matrimonium metu
contractum esset nullum; sicuti nec il-
la sunt nulla iure diuino, & naturali,
quamuis intercedat iniuria, sed alia
via fit recompensatio; si igitur Ponti-
us hæc exempla attulisset eo modo, quo
à Sancio sunt allata, & in ea difficulta-
te soluenda; vidisset maxime ad rem
dicta esse: nec Sanch. in hac dis. 15. n. 6,
dum respondet ad primum, se remit-
tit ad illa exempla tradita dij. præc. sed
solum ad doctrinam; dicens (ad 1. dico
vt dicebam disp. præc. n. 4. in solutione
ad 5. non omnem iniuriam debere repa-
rari in eodem bonorum genere) quæ sane
doctrina verissima ē, vt patet ex dictis,
& solide cōfirmatur illis exēplis posito
argumēto aduersariorū; cui Sanch. sat
facere tūc volebat. atq. ex his sane cor-
ruūt, quæ hēt Pōt vidimus. n. Sācij do-
ctrinā à grauissimis DD. āplecti, et ab
his, qui in alijs cōtractibus illā nō tenēt
Pōtij argumēta vnica illa Sācij respō-
sione quā et Hurt. tradidit, & alijs sup-
ponūt; nihilq. solutū, esse in Sāc. quod
non sit ad rē, de qua agit, quod erat o-
stendendum à nobis.

DISPUTATIO XVI.

An peccat, qui cōtrahit matrimoniū ob me-
tum cadentem in virū constantem.

R Esp. non peccare illū, qui metu
gravi coactus consentit in ma-
trimoniū; immo laudabilius facit, con-
sentiendo in matrimoniū, vt mortem
effugiat, quam non consentiendo in-
currere in mortem cōminatam, etiā
in casu, in quo nō posset probare me-
tum; nisi tamen matrimonium esset
cum persona valdè dispari genere. Rō
ē, quia hic nulla tenet mētū, nā illa ver-

ba; accipio te in vxorē, vel similia, quæ profert, eum sensum faciunt quantū est ex parte mea accipio te in vxorem, quod est verissimum; nam ille non fictē, sed vero animo ea profert, licet si metus non adesset, nollet; & matrimonium si est irritum, nō est ex parte sua; sed ex decreto Ecclesiæ illud irritantis, sic etiam Nauarr. *sum. Hisp. c. 28. addit. ad n. 51. c. 22.* Sotus *4. d. 29. q. 1. ar. 3. ver. vtrum vero.* Enriquez. *ib. 11. de matr. c. 9. num. 6.*

2 Si vero fictē diceret. Accipio te in vxorem, cum vere interne nolit illam ducere, peccat tantum venialiter ratione mendacij, quia nulla iniuria fit illi, qui infert metum; nam is non habet ius extorquendi verum consensum; nec Sacramento, quia hic ficto illo consensu non irritat, sed ius illud ecclesiasticum irritat, intellige esse veniale, si nullum est iuramentum, at si ē iuramentum, erit peccatum mortale periurij, quod si dum fictē contrahit, vtatur æquiuatione, nec venialiter peccabit. v. g. si dum dicit, duco te in vxorem, intelligat interius in suo corde, si teneor, duco te. sic Enriq. & Palacios *4. d. 29. q. unica fol. 666. vers. hinc collige.*

DISPVATIO XVII.

An metus leuis sufficiat aliquando ad irritandum matrimonium.

1 **M**atrimonium contractum metu, qui attentis omnibus circumstantijs, & respectu personæ, cui infertur, reputatur leuis, etiam si is, qui contrahit, nullo pacto cōtraheret, nisi eo metu esset perterritus, nō est irritum; quia Ecclesia solum irritauit matrimonium contractum metu cadēte in virum constantem. ergo illud, quod contrahitur metu leui, non est irritum. Numerat Sancius pro hac sententia plusquam 16 Theologos, inter quos est D. Thom. *4. d. 29. q. unico. ar. 3. quasiunc. 1. corpore.* D. Bonau. *ibi q. 1. n. 4.* Durandus *q. 2. n. 5.* Paludan. *q. 1. ar. 3. concl. 2.* Sotus *ar. 3. paulo post principiu*

Enriquez. *libr. 11. de matr. c. 40. fol. 1063.* Petrus Ledesma, Philiar cus, *Corona. confess. totidem vtriusque iurisperiti.* Menoch. *de pres. l. 3. pra. 4. num. 3.* Sarmiento *libr. 2. c. 11. num. 9. select.* Couarr. *4. dec. 2. p. c. 3. §. 4.* Bertachinus, Matienzo, Felinus, Anton. Cucus, Host. & alij apud Sanchez. *n. 3.*

2 Contrariata tamen sententia, quæ dicit etiam metum leuem irritare, matrimonium in foro conscientiæ, quamuis non irritet in foro externo, est satis probabilis, eam defendit Nauarr. *sum. c. 2. num. 51.* Decius *C. fin. num. 3. de appell.* Iacobat. *de consilijs l. 4. ar. 4. num. 133. in tom. 13. tract. nouior. p. 1. & cæt. ex Theologis Manu. 2. tom. sum. c. 8. num. 10.* Veracrux. *1. p. specul. ar. 8. conclus. 7.* Ratio eorum est, quia metus leuis in viro, qui natura sua non est adeo constans; tantam libertatem aufert, quantam aufert metus grauis cadens in virum constantem: ergo si ille irritat matrimonium, & iste irritabit in homine minus cōstante; quia hic posito metu leui non gaudet plena libertate, & hæc sententia tenendo matrimonium metu graui cōtractum esse iure naturæ irritum est multo probabilior, sed quia vidimus hoc libro *dispu. 14.* esse solo iure ecclesiastico irritum, ideo nostram sententiam probabiliorē putamus.

* Putat Pontius *libr. 4. c. 18. num. 4* Sanchez. falsò dixisse contrariam sententiam esse probabiliorē dato quod matrimonium metu graui contractum iure naturæ sit irritum: idque probat ex eo (*qui operatur ex metu leui non dicitur, neque vi, neque metu operari. ut dicebat I. C. quia habet in sua potestate sufficiens principium, quo possit metum repellere; cum operetur imprudenter, imprudentiam autem, cum vitium sit, expellere potest; quare qui cum adeo facile se eo metu liberare possit, non liberat, iure optimo censetur libere operari.* In quo vides etiam si censeamus contractū matrimonij ex graui metu iniuste illato nullū esse naturalī iure, nō sequi vllō pacto non

non valere, si ex metu leui fiat ut falsò dicebat Thom. Sanch. loc. cit.) sed hæc Pontij ratio deficere videtur, neque adeo efficax, ut falsam iure dixerit Sancij opinionem: nã dato quod metus grauis iure naturæ irritet matrimonium, id non aliunde est, quia tollit aduertentiam requisitam ad ineundum matrimonij contractum, ut *dis. 14.* dicebant Auctores contrariæ sententiæ: sed etiam metus leuis priuat hominem tali aduertentia: ut probatũ est *ead. dis. 14.* vnde avarus perturbatur magis amissione decem aureorũ; quam m̄cipium flagellis, & tamẽ nemo negabit illum esse metum leuẽ: cum sit imprudens, secundo, quia ut ait Durandus *4. d. 29. q. 2. n. 8.* vir incõstãs tam cogitur metu leui, quã cõstãs graui. cum differentia metus grauis, & leuis sit in motiuo; neque ut dicebam Pontij argumenta vim habere videntur, quia quod dicitur operantem ex metu leui non operari vi, vel metu, verum est de simplici coactione, quæ neque est in metu graui, alias taliter timens non peccaret ex illo timore malum operando: quod autem dicit, quod imprudentia sit vitium, & sic expelli potest, videtur valde alienum ad id, quod proponit confirmandum: nam si loquamur de vitio morali: plane sequeretur, quod omnis, qui imprudenter operatur non adhibendo media requisita ad finem; licet haberet bonam intentionem, peccaret, quod ex se falsum apparet: quis enim dicat pueros, & iuuenes, qui teste Arist. *lib. 6. & hic c. 8.* prudentes esse non possunt (non loquor hic de prudentia infusa) peccare dum operantur, quod si Põtius loquatur de vitio naturæ: quatenus prudentia ẽ in intellectu, ut habet idem *lib. 6. & hic cap. 3.* & S. Tho. *1. 2. q. 57.* versaturque circa agibile formale sub ratione veri: non bene dicit posse tam facile imprudentiæ vitiũ expelli: sed vix longo vsu id euenit. tandem dato, quod possit metum leuẽ passus facile expellere adhuc, verum est dicere, quod dum ex eo metu operatur non aduertat

secundum horum Doctorum sententiam; sicuti quamuis quis posset metu mortis se liberare, & imprudenter agat non liberando; adhuc nullum est matrimonium; posito, quod metus iure naturæ irritet, & is ex eo metu contrahat. sicuti si dum contrahit non præstat consensum, vel quia distrahitur, v.g. dormit, non est matrimonium, quamuis imprudenter egerit, & facile potuerit e vigilare. non videtur ergo Sancius falsum dixisse, dum ait, dato quod metus grauis iure naturæ reddat irritum matrimonium, probabilius esse etiã per metum leuẽ irritari, eius sententiam sequitur Lessius. *l. 2. c. 17. num. 47.* vbi ait (Imo cogentur eam tenere, si sibi constare velint omnes, qui sentiunt iure naturæ irritum reddere metum grauem matrimonium). Hurtad. *dis. 6. diff. 2. num. 8.* Filiuc. *p. 1. tract. 10. c. 4. num. 109.* Bonacin. *de matrim. qu. 3. pun. 8.* Coninch. *dis. 28. de sacr. dub. 1. num. 16.* & alij.

Ex recentioribus passim; qui præcipue præobant metum grauem non irritare matrimonium iure naturæ, ex eo, quia sequeretur etiam, quod metus leuis irritaret. Cur igitur Sancius à Pontio reprehenditur. in referre communi.

DISPUTATIO XVIII.

Explicatur, an matrimonium metu viri constantis contractum sit validum, si eodem metu consummatur, & alia ad hanc rem pertinentia.

Dico primo matrimonium, quod prius fuit inualidum, ex eo, quod contractum est metu viri constantis, est etiam inualidum si consumetur eodem metu, quamuis fiat affectu maritali; idest cum animo faciendi verum matrimonium; nec per talem copulam ratificatur. Ratio est, quia Ecclesia irritauit matrimonia coacta ob defectum spontanei, & liberi

consensus ; sed per copulam metu graui extortam non habetur consensus spontaneus , & liber ; ergo per copulam metu graui extortam remanent irrita matrimonia , vt prius erant. Adde quod si Ecclesia nõ irritasset matrimonia consummata metu cadente in virum constantem , non bene prouidisset Reipub. Christianæ irritando tantum matrimonia metu contracta , nam eadem inconuenientia , quæ sequuntur ex matrimonio contracto per metum ; sequuntur etiam ex consummato. Ita tenent ex Theol. Riccar. 4. d. 29. ar. 2. q. 2. D. Anto. 3. p. t. 1. c. 7. Led. 2. p. 4. q. 49. ar. 3. Palac. 4. d. 29. dis. vn. fol. 663. Petr. de Ledes. de ma. q. 47. ar. 3. dub. pen. Enriq. l. 11. de ma. c. 9. n. 7. & multi Canonistæ Abb. C. consultationi de spons. vbi Præp. Iason. l. Titian. 6. ff. de verb. oblig. Menoc. de præf. l. 3. pr. 4. n. 31. Nauar. sum. c. 22. n. 51.

2 Vnde ille , qui metu graui contraxit matrimonium , & de inde compellitur metu eodem illud consummare , potius deberet mortem pati , quam consummare ; quia illa copula est fornicaria , nam non valet matrimonium , etiam si ipse illo metu compulsus accedet animo maritali , valeret tamen , & verum fieret matrimonium , si postquam fuit consummatum metu graui , iterum habeat ut copula deposito iam metu , animo ratificandi prius matrimonium , quod scit fuisse nullum ; quando alter coniux perseueraret in priori consensu , nam si ille reuocauit consensum , & hic accedat animo ratificandi matrimonium , nil faciet , cum requiratur consensus ex parte vtriusque contrahentis , & hoc est verum etiam post Trid. modo sit preffitus prior consensus coram parochio , & testibus ignorantibus talẽ metum ,

3 Contraria sententia asserit ratificari matrimonium contractum metu graui , si deinde consummetur affectu maritali , etiam si fiat ob similem metum . est satis probabilis , & defenditur à multis Theol. Paludano 4. d. 29. q. 1. ar. 4. conclus. 3. n. 25. vbi supplem. Gabriel. Soto ibi qu. 1. ar. 3. Angles floribus p. p. de ma. q. 3. de consensu ceruc. ar. 1. diff. 4. Vega

l. 2. sum. casu 513. mouentur ex C. de eo , qui duxit in ma. iuxta glos. quæ dicit , quod per carnalem copulam , qui metu graui cõtraxit matrimonium , ratificare videtur ; & ratio est , quia matrimonium non est irritum , quando non est metus grauis , sed quando est metus cogens ad copulam , si non est ad copulam affectu maritali non est grauis cadens in virum constantem ; quia impelleret ad peccatum , nempe accedere ad mulierem animo fornicario ; ergo metus cogens ad copulam non facit irritum matrimoniũ , si copula fiat affectu maritali , & sic eam tenendo , ille , qui contraxit metu graui , si eodẽ metu consummaret illud matrimonium , non peccaret , modo sit affectu maritali . nam si consummet affectu fornicario , hoc est non habens animum cognoscendi illam , vt coniugem , sed vt mulierem non suam , non est dubium , quin peccaret , nec per talem copulã , etiam si sponte fiat , ratificari potest matrimonium .

QVÆRERE

An ratificetur matrimonium metu contractum , si consummetur per copulam habitam affectu coniugali spontaneã , & absque metu .

Respondeo certum est ratificari , si ille , qui nullum passus est metum ; per seueret in consensu ; quia ad hoc , vt esset verum matrimonium ; tantum desiderabatur consensus spontaneus illius coniugis , qui contactus est , ergo si habetur talis consensus per copulam sponte habitam fit verum matrimonium , non enim requiritur vt consensus amborum coniugum sint simul , sed satis est , si consensus vnus præcessit , & sequatur deinde consensus alterius . ita D. Thom. 4. d. 29. qu. vnica. ar. 3. quasiunc. 2. ad 2. vbi Sotus q. 1. ar. 3. conclus. 2. D. Anto. 3. p. t. 1. c. 7. Vigue. lib. inst. c. 16. §. 7. & ex iuris peritis. Menoc. de præ. lib. 3. p. 4. n. 30. Paris. con. 58. n. 69. vol. 4. Nauar. sum. c. 22. n. 51.

Adde

7 Adde etiam matrimonium metu graui contractum censei ratificatum quoad præsumptionem fori externi per diuturnā cohabitationem spontaneam, vt si ille, qui coactus contraxit habeat opportunitatem recedendi à domo sponsæ, & non recedit, censei ratificare matrimonium. dixi cēleri ratificatum quoad præsumptionē fori externi, quia in foro conscientia, etiam si centum annos cohabitaret, non ratificabit matrimonium, si illud nolit ratificare, sed ad hoc vt hæc diuturna cohabitatio sufficiat ad ratificandū prius matrimonium, tres debet habere conditiones.

Prima, vt ille, qui cohabitatur, cum possit abire, sciat matrimonium à se contractum metu graui esse nullum.

Secunda vt habitatio sit diuturna, quando autem dicatur diuturna arbitrio Iudicis definitur. Intellige tunc requiri diuturnam habitationem, quādo sumus in dubio, an fugere potuerit, nam si certum est, statim potuisse fugere, non requiritur diuturna habitatio ad hoc vt præsumatur ratificasse matrimonium, sed sufficit minima, ita vt moraliter fugere potuerit.

Tertia est vt habitatio illa sit omnino spontanea, & vt non solum cessarit timor, sed etiam causa timoris, quando non habuit opportunitatem fugiendi obtalem timorem; causa autem timoris durat semper, dum ille, qui metum est passus, remanet subiectus illi, qui metum intulit, & sic v.g. si Iudex incutit Petro timorem, causa timoris in Petro durabit donec ille exercet officium Iudicis.

Nec sufficit cessasse causam timoris, sed requiritur etiam, vt cessent impedimenta, quibus tenetur, ne reclamet, vt v. g. si postquam Iudex, qui merum intulit ab officio, cessauit, ille, qui passus est metum, habet aliqua impedimenta morbi v.g. carceris &c. ob quæ non potest statim postquam Iudex officium deseruit, reclamare; poterit postquam ea impedimenta cessant etiam post duos annos reclamare, & allegare nullum esse matri-

monium ex eo, quia illud metu graui contraxit. Ad hoc enim vt actus externus videatur spontaneus, & censeatur purgare vitium, quod metus attulit contractui, requiritur, vt omni ex parte significet libertatem; nam si potest assignari alia causa talis actus externi præter approbationē, & ratificationem contractus metu graui initi, illa præsumitur, & sic v. g. si quis metu compulsus promittit cum iuramento aliquid dare, si postea det, non censeatur per illum actum externum donationis ratificare promissionē metu factam; sed censeatur dare, ne existimetur periurus, & facere contra iuramentum, vide de his Anchar. cap. ad id despon. u. sine vbi Ant. n. 9. Car. n. 1. Abb. n. 4. Host. paulo post princ. Nauar. com. 4. de regul. super c. statumimus nu. 71. Padill. l. interpositas n. 24. C. de transf. Romanu. l. si ob turpem. n. 10. ff. de cond. ob tur. cau. Ant. Cuc. lib. 5. inst. mai. t. 12. n. 171. Gama. 1. p. decis. 346. n. 3. Alex. conf. 99. n. 13. vol. 3. Menoch. lib. 3. presf. 4. n. 22. 23. 25. Neuiſſa. con. 46. nu. 32. Mascari. de prob. concl. 1055. n. 36. Gutier. con. 16. n. 15. & alios apud Sanch. hic a. n. 3. ad co.

8 Tandem matrimonium metu contractum ratificatur per omnes illos actus spontaneos, per quos ante Tridentinum præsumebatur consensus tacitus, vt amplexus, oscula &c. & post Trident. si consensus metu extortus datus fuit coram Parocho, & testibus casu, quo metus fuit ipsis occultus, ratificatur, & efficitur verum matrimonium per illa signa subsequētia, quæ significant consensum in matrimonium, vt sæpius dictum est, præsertim lib. 2. disp. 37.

* Quidquid in contrarium dicat Pōtius cap. 14. n. 12. lib. 4. qui asserit hoc fieri non posse post Constitut. Clem. VIII. statuentis non posse ratificari tale matrimonium, nisi iterum seposito metu contrahatur coram Parocho, & testibus. sed iam ostendi lib. 2. disp. 32. non extare talem constitutionem & eam Pontius asserere ex quadam epistola Patris Tucci scripta Patri Comitolo

mitolo nostræ Societatis, quæ quidē Epistola non sufficit ad faciendam fidem Decreti Pontificij. vt ibi dixi.

DISPVATIO XIX.

An sponsalia inita metu viri constantis sint nulla ipso iure, sicut est mat. imoniū, an vero sint irritanda sicut alij contractus.

PROBABILIS est sponsalia inita metu graui esse ipso iure nulla, & sic qui tali metu contrahit, non habet impedimentum publicæ honestatis cum matre sponse. iuxta Trident. sess. 24. c. 3. de matrim. Probat. ex c. ex literis de sponsal. impub. per quem apertissime constat sponsalia metu graui inita esse nulla. Aduerte tamen metum debere esse antecedentem ad sponsalia, nam si infertur post inita sponsalia, non vitiabit illa, siue contracta sint à puberibus, siue ab impuberibus, sed solum reddet irritum matrimonium, ad quod contrahendum incutitur. Ita tenent ex Theol. Ricc. 4. d. 29. ar. 1. q. 2. §. qui vult tenere Palud. ibi n. 32. Sotus d. 41. q. unic. ar. 2. Manuel. 1. sum. 2. edit. c. 231. n. 4. cum Ant. Abb. Alex. de Neuo & alijs d. c. ex literis. Couar. 4. decr. 1. p. c. 3. §. 5. u. 1. Mart. de Garatis inter cons. mat. Zileti con. 15. n. 12. & alijs.

Contraria sententia satis probabilis asserit sponsalia non esse ipso iure irrita, sed irritanda, quando metu graui contrahuntur, & sic per ea contrahi impedimentum publicæ honestatis cum matre & c. sponsæ. est ex Theologis Enriquez lib. 11. de mat. cap. 9. nu. 6. & Petri de Ledes de matr. q. 47. a. 3. circa arg. dub. 3. Ratio est quia cap. consultationi. & c. cum locum de spons. irritantia, expresse loquuntur de matrimonio, nec eadem est ratio in sponsalibus. nam ideo matrimonium metu contractum irritauit Ecclesia, quia si semel esset validum, rescindi non posset, at sponsalia possunt rescindi.

Et sic qui hanc secundam sententiã teneret, posset à sponsalibus metu graui initis rescilire propria auctoritate, nam cum possit agere ad pe-

tendam rescissionem talium sponsalium à Iudice; poterit etiam propria auctoritate, & in foro conscientie vt ea exceptione; qua dicit nolo stare sponsalibus, quia metu graui ea contraxi. & quamuis sponsalia metu leui inita non sint in foro externo irrita ex eo, quia tantum per C. ex literis d. annullantur metu graui contracta; tamen potest in foro conscientie rescilire, quia metu leui extorta debent restitui, & si non restituantur, potest is, qui dedit accipere veluti tacita compensatione, ergo similiter in nostro casu, qui metu leui sponsalia contraxit, poterit non stare, cum ille, cum quo contraxit, teneatur remittere obligationem contractam per illa sponsalia iuxta dicta. dis. 17. supra.

DISPVATIO XX.

An matrimonium contractum metu cadente in virum constantem confirmetur iuramento, aut saltem ex iuramenti vinculo consurgat obligatio ratificandi illud matrimonium, aut petendi relaxationem iuramenti.

CASUS in titulo propositus est sequens. Titius coactus est metu mortis, vt Franciscam duceret in uxorem, ille tali metu perterritus dixit se illam ducere, & iurauit. Nunc queritur, an sicut matrimonium, quod tali metu est contractum, esset nullum, si Titius non iurasset, sit etiam nullum postquam iurauit, an vero tale iuramentum confirmauerit illud. Secundo dato casu, quod iuramentum non confirmet tale matrimonium, sed nullum relinquat, an Titius teneatur ex vi sui iuramenti illud ratificare, teneatur petere relaxationem iuramenti ab Episcopo, ne sit reus periurij.

2. Dico primo ad primum quesitum. matrimonium metu graui contractum est nullum, etiam si adijciatur iuramentum, & sic iuramentum illud non confirmat. Probat. ex c. 2. de eo, qui duxit in matr. vbi dicitur eum, qui post matrimonium metu contractum, & iura-

iuratum aliam duxit, debere manere cum ista secunda, quia prius matrimonium iuratum fuit nullum. ergo iuramentum non confirmat matrimonium. Ratio est, quia ideo matrimonium metu contractum est irritum, quia deficit plenus consensus, sed iuramentum non supplet plenum consensus, ergo si ante iuramentum est irritum, & post erit etiam irritum. Ita DD. *n. sequ. citandi.*

3 Ad secundum quæsitum Resp. si iuramentum apponatur per verba de presenti. vt duco te, & iuro me ducere, nõ tenet ratificare, nec indiget petere relaxationem iuramenti ab Episcopo, quia Ecclesia non tantum irritat matrimonium metu contractum, sed etiam iuramentum in eo additum *ex C. 2. de eo, qui duxit in matr.* Secundo quia per tale matrimonium metu contractum, & iuratum nulla confurgit obligatio non solum matrimonij, sed nec sponsalium, & sic non potest dici, quod si tale matrimonium iuratum non valet vt matrimonium, valebit vt sponsalia. Ratio est quia ius resistit tali matrimonio, & iuramentum irritauit vt dictum est, ita ex Theol. Abulen. Sotus, Enriq. Bartol. à Ledes. Vega. Aragon. & alij multi. quos refert. Sanch. *n. 15. hic cū Gram. decis. neap. 103. n. 71. Alex. Carr. lib. 4. de spons. c. 9. ad finem in t. 9. tractatuū Anast. germon. lib. 3. de Sacri. imm. c. 2. n. 83. Padilla l. interpositas n. 6. C. de trans. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 110. nu. 11. Turrec. 31. q. 2. sum. n. 12. Fortun. de vlt. fin. illat. 21. num. 483. l. volu. trac. nouiorum.*

4 Si vero iuramentum sit per verba de futuro, quibus, qui metu contrahit promittat se non contrauenturum illi matrimonio, nullum est matrimonium, nec indiget petere relaxationem. Probatum quia iurare se non contrauenturum matrimonio inito per metum, est iurare se velle vti illo matrimonio sic contracto, quod est contra bonos mores, nam nihil aliud est dicere, nisi iurare se velle fornicari, vult enim vti illo matrimonio,

quod fuit irritum absque eo, quod nouo consensu illud ratificet. Vnde nec confirmatur iuramento, nec iuramentum indiget relaxatione, quia nullum est. at si iurat se ratum habiturum per nouum consensum, vt iuro me confirmaturum matrimonium hoc, quod contraho, impulsus metu, tale iuramentum facit vt constituantur sponsalia: quia per illa verba promittit se contracturum matrimonium, nec tale iuramentum valebit secundum veriore sententiam, & per consequens non indiget relaxatione, vt dicemus *disp. sequ.* His de matrimonio positus videndum restat.

An iuramentum metu extortum, sicut non confirmat contractus, qui in se aliàs sunt inualidi, ita nullam pariat obligationem seruandi iuramentum, & sic ille, qui iurat in contractu inualido, possit resilire ab eo, absque eo quod petat relaxationem iuramenti.

5 Ad hoc dico probabilius esse iuramentum metu graui extortum appositum contractibus, qui ex alio capite sunt inualidi, parere obligationem seruandi illud, quod fuit iuratum, aut petendi relaxationem iuramenti ab Episcopo. probatur, quia ratio, quare iuramentum inique extortum obligat, est, quia per illud iurans se obligat Deo, & ipsi Deo acquiritur obligatio, ne diuinum eius nomen in falsum testem adducatur. *G. debitores de iure iuran:* sed in his contractibus inualidis siue iuramentum sponte, siue metu præstitum sit, obligatio hæc acquiritur Deo: ergo siue sponte, siue metu fiat iuramentum, obligat. Adde etiã quod nullum ius reperitur irritans tale iuramentum. sic Gutier. *detur. c. 57. l. p. n. 19. Moli. lib. 2. de prim. c. 3. n. 13. P. Molina t. 1. de iust. dis. 149. fol. 841. Matth. de Affl. decis. neap. 322. n. 6. Fort. de vltim. sine illat. 22. n. 476. l. tract. nouior. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 31. §. 5. n. 2. Nata l. quamuis pactum de pacis vbi Arch. Domin. & alij.*

Contraria tamen sententia, quæ ait iuramentum in his contractibus inualidis nullam parere obligationem; nec

nec indigere relaxatione, est probabilis, & in praxi recepta apud Iudices sæculares; eam tenent multi Canonistæ. Vincentius, apud Abb. C. cum cõsingat de iur. iur. n. 3. vbi Alciat. n. 8. Petrus Greg. *syntagmate iuris p. 3. lib. 5. c. 12. n. 4* Hipp. de *marfilijs l. penu. n. 76. ff. de qu. Sar. mint. deredit. p. 1. c. 4. nu. 7.* & alij apud Sanch. *hic nu. 4.* probatur ex C. *quamuis pactum de pactis in 6. c. 2. de iure iur.* vbi deducitur, quod si iuramentum extortum sit, nullam vim habet, dicitur enim ibi habere vim iuramentum, si sit præstitum absque vi, & dolo, ergo à contrario non habebit vim iuramenti, si sit præstitum, vi, & dolo.

QVÆRES.

An id iuramentum possit ab Episcopo relaxari si extortum fuit metu leui.

Respondeo quando est turpitudine in recipiente, vt quando quis iurat soluere vsuras, in quo est turpitudine in vsurario recipiente vsuras; tenetur enim vsurarius iure naturali, & diuino restituere vsuras illas, quas recipit; tunc potest Episcopus ante quã soluantur tales vsuræ relaxare iuramentum, & ille, qui iurauit, statim postquã soluit, potest repetere absq; iuramenti relaxatione, vt dictum est *li. 1. dis. 32*

Si vero recipiens non tenetur iure naturali, & diuino acceptum restituere; tunc iuramentum metu leui extortum non potest ab Episcopo relaxari in foro externo. Ratio est, quia non conceditur in foro externo rescissio contractus inini per metum leuem. In foro vero conscientie potest Episcopus concedere relaxationem, & ille, qui iurauit potest statim ac soluit rem repetere absq; iuramenti relaxatione, vt dictum est *lib. 1. dis. 32.* quia in metu leui adest etiam turpitudine in recipiente, vt is iure naturali obligetur in foro conscientie ad restituendum. Vide Corneum *repet. auth. sacramenta puerum n. 12. C. si ad versus vendit.* & Couarr. *reg. peccatum 2. p. 5. 3. n. 7. initio.*

DISPVATIO XXI.

An sponsalia metu graui contracta valida sint, si iuramentum accedat, vel iuramentum saltem obseruandum sit, donec relaxetur.

Certum est sponsalia metu graui contracta non confirmari iuramento, nec ex his consurgere impedimentum publicæ honestatis, si sint ipso iure irrita, vt tenuimus *hoc lib. dis. 19.* & dato casu, quod non essent ipso iure irrita, tamen iuramento non firmanur; sed petita eius relaxatione possunt dissolui; vt dictum est in generali de iuramento metu extorto *libro 1. disput. 32.*

Ad 2. partem in titulo propositã, an scilicet tale iuramentum obliget, ita vt indigeat relaxatione, sicut ea indiget iuramentum soluendi vsuras. Resp. veriorẽ esse sententiam, quæ negat tale iuramentum obligare, & ait nulla relaxatione indigere. Probatur, quia dum contractus aliquis ob publicã utilitatem prohibetur, si iuramentum ipsi addatur, iuramentum nullã parit obligationem nec indiget relaxatione facta ab Episcopo, sed sponsalia metu graui inita prohibentur ob publicã utilitatẽ; quia sunt matrimonij initiũ, & ex his oriuntur magnæ seditiones; ergo iuramentum additum sponsalibus metu graui initis, nullã parit obligationẽ, nec indiget relaxatione. ita *Sot. 4. d. 29. q. 1. ar. 3. Almain. ad finẽ ibi. Arag. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 3. concl. 4. fol. 1078. Vega l. 2. sum. casu 514. Manuel. sum. 1. 1. 2. edit. cap. 231. c. 231. concl. 4. num. 4.*

Idem etiã dici potest, quando quis metu graui cõpulsus, constituit procuratorem ad ineundũ matrimonium, & addit iuramentum; tale enim iuramentum non obligat, nec indiget relaxatione; quia sicuti iuramentum accedens matrimonio coacto non obligat, ita nec obligabit accedens constitutioni Procuratoris ad matrimonium facte per metum grauem, nec etiã obligabit iuramentum accedens professioni, vel voto metu graui emissis; quia hæc prohibentur

prin-

principaliter propter bonū cōmune.

3 At iuramentū additū constitutioni procuratoris ad alia negotia, indiget relaxatione, quia talis cōstitutio ēt metu facta ē valida ipso iuresecūdū cōmuniōrē sētētā, & similiter iuramētū additū cōstitutioni dotis, & arrharū, obligationē parit, & indiget relaxatione; ad hoc vt is, qui dotē constituit, possit talē dotē denegare absq; peccato per iurij; quia licet dotis cōstitutio, & arrharū sit ipso iure nulla, quando metu graui sit, & iuramēto nō firmetur; tñ quia ē prohibita p̄cipaliter ob priuatā vtilitatē, iuramētū additū parit obligationē nō recedēdi à tali promissione, donec petatur iuramēti relaxatio; at si iurās in his cōtractibus iuret per verba de p̄sētī, vt iuro me cōstituere dotē, iuramētū nullā parit obligationē, nec indiget relaxatione, quia ē iuramētū assertoriū, at ex iuramēto assertorio nulla cōsurgit obligatio in futurū, ex D. Th. 2. 2. q. 89. a. q. corp. sed Rui. con. 121. n. 27. vol. 4. cōtrariū tenet in cōstit. procuratoris, & Hoff. c. 2. de his, que vi, & in cōstitutione dotis.

4 Cōtraria sētētia, quæ dicit iuramētū additū spōsalibus metu graui initis obligare, & indigere relaxatione Episcopi, si is, qui iurauit nolit stare spōsalib⁹, est probabilis satis. Est multorum Theolog. D. Bona. 3. d. 39. ar. 3. q. 2. Enriq. l. 11. de ma. c. 9. n. 6. Pal. 4. d. 29. disp. vn. f. 665. Syl. spons. q. 6. Sor⁹ lib. 8. de iust. q. 1. ar. 7. ad 3. in mēb. respons. finē. ratio eorū ē, quia hoc iuramētū absque vllō peccato seruari pōt, ergo obligat, & indiget relaxatione.

An sponsalia contracta sine metu leui, & iuramentū addatur, tale iuramentū illa cōfermet.

5 R. Iuramētū nō cōfirmat ea spōsalia in foro cōsciētia; & sic ille, qui iurauit, pōt rita cōsciētia recedere ab his spōsalibus, obtenta prius relaxatione ab Episcopo. vt dictū ē, *disp. p̄ced.*

DISPVATIO XII.

An Pontifex, vel Iudex secularis possit cogere subditū ad cōtrahendū, aut pater filiū impedire ne cōtrahat matrimonii

1 **N**Vlla potestas pōt cogere aliquē vt matrimoniū feat, licet aliquādo possit quis p̄cepto obligari ad matrimoniū; quādo id expediret bono cōmuni, at si tūc dñino inuitus cōtraheret, nullū eēt matrimoniū, & hoc latē dictū est *lib. 2. disp. 27.*

2 Parentes vero peccāt impediētes matrimonium filiorū absq; iusta causa; quia filius potest ad suū libitū eligere eū statū, quē vult. Vnde multo minus possunt ad matrimoniū inēdū eos cōpellere metu graui, sed tantū paternā monitione, & cōrrectione ex D. Tho. 4. disp. 29. q. vn. ar. 4. quē oēs sequūtur, quādo vero adest iusta causa, quia v. g. matrimoniū, est indignū pōt Pater, vel Princeps medijs suauibus illud impedire.

QVÆRĒS.

An iniuste impediētes incurrant excommunicationem ipso facto latam per Trident. sess. 24. c. 9. de matr.

3 R. Affirmatiuē. modo sit hæc cōditio, .s. vt impediētes habeant iurisdictionē in foro externo. Ratio ē, quia decretū illud excōmunicans impediētes, loquitur de dominis tēporalib⁹, & magistratibus, & alijs iurisdictionē ī foro externo habētib⁹, inter quos est ēt Episcop⁹. Vnde nec parētes iniuste impediētes incurrēt eā excōmunicationē; quia nō habēt iurisdictionē &c. nec Reges, aut Imperatores, quia hi ad hoc vt intelligātur excōmunicati, per aliquod decretū debēt exprimi, vt exprimūtur in Bulla Cœnæ. est cōis sententia. Vide Gutt. lib. 1. q. can. c. 20. Molinā t. 1. de iust. disp. 176. f. 1047.

DISPVATIO XXIII.

An filij peccent nō obediētes parētibus, qui eis precipiūt aliquod matrimonii inire, vel cōtrahentes, ijs in scijs, aut inuitis

1 **D**ICO I. tenetur fili⁹ obedire parētibus, & inire matrimoniū, quod ipū volūt, quādo multū interest parētū, vt filius tale matrimonium ineat; v. g. quando esset medium vnicum ad cōponendas graues inimicitias inter parentes, & eos, cum quibus debet cōtrahere affinitatē medio illo matr. &

hoc est ratione pietatis, qua debemus parentum necessitati subuenire, ita est c. 1. de spon. impub. vbi Alex. de Neuo, Henr. Suar. l. 2. c. de los casamientos n. 17. lib. 3. fori. D. Thom. q. d. 29. q. vni. ar. 4. corpore Bellar. lib. 1. de matr. c. 19. prop. 3. Enriq. lib. 11. hic c. 6. n. 6. Capua libr. 2. decis. c. 55. n. 19. & Petr. Ledes. de ma. q. 47. ar. 6. dub. 2. concl. 2. & sic licet filius non teneatur precepto parentum obedire, quando vellet alium statum eligere v.g. religionem, vel virginitatem; tamen si matrimonium est vnicum medium subueniendi parentum necessitati; quia esset vxor locuples, v.g. tenetur filius ducere vxorem, & propositum religionis deserere, vt notat Petr. Ledesma.

QV A E R E S.

An filius saltem teneatur implere sponsalia, qua Pater absque suo consensu promissit.

Respondeo regulariter non teneri, quia quoad contrahendum matrimonium filius est sui iuris; si vero magna vilitas ex eo matrimonio parentibus eueniret, tenetur filius ob pietatem, quae parentibus debetur, modo filius non habeat iustam causam refutandi tale matrimonium v.g. quia contraxit prius sponsalia cum alia persona. Ita etiam Riccar. 4. d. 29. ar. 1. q. 4. corpo. ad 1. Abulens. 1. reg. c. 18. q. 24.

Dico secundo ad vltimum quaesitum in titulo, filium non peccare si contrahat matrimonium inuitis parentibus, quando non timet probabiliter oriri grauissima scandala, & odia capitali (tunc enim peccaret lethaliter contrahendo inuitis parentibus) Probatur ex D. Tho: 2. 2. q. 104. ar. 5. vbi ait.

Omnes homines in ijs, quae ad corporis sustentationem, & prolis generationem pertinent esse aequales; nec filios subijci parentibus, ergo non tenentur sequi consilium, & voluntatem parentum ad ducendam vxorem. sic Viguer. lib. inst. c. 16. §. 7. Ledes. 2. p. 4. qu. 49. ar. 6 Hipp. Rimin. cons. 133. n. 49.

vol. 2. Victoria sum. de ma. n. 263.

4 Peccaret tamen mortaliter filius si contraheret matrimonium, & parentibus non aperiret suam voluntatem ducendi vxorem, & ab illis consilium non peteret. Ratio est, quia infertur iniuria parentibus in re graui, & ob quam illi merito grauissime offenduntur, nisi tamen filius iustam causam haberet non petendi tale consilium, tunc enim non peccaret, vt omnes fatentur; & licet postquam petiuit a parentibus consilium, non teneatur id sequi, sed possit contra voluntatem eorum inire matrimonium; tamen ex illa petitione consilij possunt multae commoditates prouenire, poterit enim pater aliqua aperire, quibus filius mutet voluntatem, vel priora sponsalia dissoluat sic Men. cons. 69. a nu. 9. vol. 1. Io. Hefels. in expofit. decalogi circa praec. 2. tab. 6. 22. Gutie. lib. 1. q. can. c. 20. n. 3.

5 Probabilissimum tamen est teneri filios obedire parentibus, nempe patri, & matri, & peccare lethaliter si contrahant ijsinuitis, quando non habent aliquam iustam causam in contrarium, quia haec sunt relatiua, pater tenetur habere curam filiorum circa hoc, & filij tenentur in hoc obedire. Sed parentes tenentur sub mortali providere filiis de nuptijs, ergo filij in his tenentur ipsis obedire. sic Bellarm. lib. 1. de matr. cap. 19. prop. 3. Manuel. 1. r. sum. c. 14. n. 2. Carduba sum. q. 171. pun. 1. not. 3. Azeb. lib. 5. recop. 1. l. 1. nu. 49. Salon. 2. 2. post q. 5. de dom. ar. 5. Pet. Ledes. de ma. q. 47. ar. 6. dub. 2. Vega lib. 5. sum. casu 558. Ludo. Lopez. 1. p. instr. c. 54. §. aduerte quid ad haec Corduba, Petrus Soto. Ludou. Lopez. & alij insignes Theologi.

DISPV TATIO XXIV:

An filia inuitis parentibus nubens non clandestine possit ab his exheredari attento iure Caesareo. & ciuili.

1 Filia contrahens matrimonium in faciem

faciem Ecclesiæ non potest exheredari solum per hoc, quod contrahit inuitis parentibus. Ita ex Theol. Palud. 4. d. 28. q. 2. nu. 33. Molina t. 1. de iust. dis. 176. fol. 1039. cum Suarez l. 3. fori t. de los casamientos. l. 2. nu. 28. Acofta l. Gal. l. 8. & quid si tantum 3. p. n. 177. ff. de lib. & portib. Iul. clar. lib. 3. recep. §. testamētum q. 41. ver. sed quid si filia Practica favens. t. de dote §. 2. sed ad hoc vt possit exheredari tres requiruntur conditiones, quæ sunt expressæ in Authen. vt cum de appell. cognoscen. §. aliud quoq;

2 Prima conditio est vt parentes velint eam matrimonio collocare, & dotem secundum suam substantiam constituere (quod semper velle præsumuntur parentes, nisi constet contrarium) nec ad hoc præsumendum requiritur, vt pater filiæ obtulerit matrimonium, quia pater non est negligens reputandus in filia maritanda, quando illa ad huc est minor 25. annis.

3 Secunda conditio ad exheredationem requisita est, vt filia repugnet illi matrimonio, & simul vitam luxuriosam eligat; vnde non sufficit si semel, aut bis fornicata fuerit, neque requiritur, vt sit in lupanari publico. hic aduerte non posse filiam luxuriose viuentē exheredari à matre, quando ipsa mater etiam luxuriose viuit, nisi tēpore, quo illam exheredat, cessarit à vita luxuriosa, & sit correcta, quia tunc parem habet turpitudinem, quod in patre non militat, potest. n. ipse adhuc luxuriose viuens filiam luxuriose viuentē exheredare sic Greg. Lop. l. 5. c. 7. p. 6. v. en putera. Minchaca de success. creat. p. 1. lib. 1. §. 10. nu. 611.

4 Tertia conditio ad exheredationē requisita est, vt filia luxuriosam vitam eligens sit minor 15. annis, & sic si compleuerit 25. annum, & luxuriosā vitam elegerit, non potest exheredari, quia Pater videtur fuisse negligens, & causam dedisse. Contra vero si non dum completo anno 25. vitam luxuriosam elegerit, per hoc potest exheredari. nam censetur habere omnes tres conditiones, pater enim semper præsumitur paratus ad maritandam

illam, & dotem constituendam, & illa respuere matrimonium, ac vitam eligere luxuriosam vide etiam Molin. t. 1. de ius. dis. 176. f. 1039.

In vno tantum casu filia maior 25. annis potest exheredari, quando incipio nubat; quia ita exprimitur. d. Auth. vt cum de appell. cog. filius vero, quamuis renitentibus parentibus, matrimonium ineat, vt viuat luxuriose, exheredari non potest secundum veriorent sententiam, quia in d. Authen. non exprimitur, nisi tantum filia. sic etiam Quintauallis de iur. iur. u. exheredare.

5 Ex dictis resoluitur casus quidam conscientiæ à Nauar. l. 4. conf. in i. edit. tit. de spon. con. 31 in 2. t. de cond. appof. conf. 2. propositus quædam Domina promisit ancillæ dotem centum, si honeste seruiret. hæc seruiuit honeste nouem annis, quibus transactis ancilla commisit stuprum, nunc queritur an debeat dos promissa. Resp. deberi, quia conditio honeste viuendi non intelligitur toto tempore, sed arbitrio prudentis, & sufficit spatium nouem annorum. Secundo, quia illa ancilla iam habebat 25. annum completum, & Domina maritum non dederat.

Q V A E R E S

An attento iure regio Castellæ possit filia nubens inuitis parentibus exheredari.

6 R. Negatiuè secundum veriorent sententiam, quia nulla lex talis habetur in noua recop. legum Castellæ. Vide Guttier. 2. pract. q. 1. n. 28. Greg. Lopez. l. 10. v. puede la seguir. directorio iud. 2. p. c. 15. num. 36.

DISPUTATIO XXV.

An leges ciuiles exheredantes filiam contrahentem inuitis parentibus seruat tamen forma Tridentini, sint correctæ per ius Canonicum.

1 Respondeo secundū probabiliore

sententiam correctas esse, nec posse parentes filiam exhæredare, etiam si indigno nubat, attento iure canonico, quod est seruandum. quia ius canonicum summam exigit libertatem in matrimonio, nisi esset aliqua lex, qua daretur facultas patri filiam exhæredandi, si absque eo, quod petat cõsiliũ a patre, nubat; quia hæc lex est valida, non enim libertatem matrimonij minuit, cum per eam filius teneatur petere consiliũ a patre non illud sequi. sic ex *Iurisperitis Iason. auth. sed si pat. num. 5. C. de in off. test. 10. Lup. C. per ueltras de donat inter vir. & uxor. not. 3. §. 9. Couar. 4. decr. 2. p. 6. 3. §. 8. num. 5. Villalobos in comm. lit. M. num. 60. Olanus in concor. iuris ubi de correct. legum part. nu. 71. Clarus pract. qu. 82. stat. 3. v. sed nunquid. Campegius tract. de dote 1. p. q. 13. Matienso Asebedo Ant. Cucus. & alij multi cum Victoria, Veracruz, Enriquez. Corduba. Lud. Lop. & alijs Theologis apud Sanch. hic nu. 2. & 3.*

² Cõtraria sententia, quæ dicit nõ eẽ correctas leges ciuiles, eẽ probabilissima; & sic nõ peccat Pater filiã exhæredã se inuito nubentem. eam defendunt multi, & grauissimi Canonistę. Calderi Io. de S. Gregorio Bal. Fein. Montal. Carolus Molin. Paulus Barbosa quos refert Sanch. nu. 1. ex ex Theologis Sotus. Molin. Barthol. à Ledes. Vega Viguierius. Ratio eorum est, quia per has leges non tollitur libertas, sed moderatur.

DISPVTATIO XXVI.

An parentes teneantur dotare filiam nubentem ipsis inuitis.

¹ Sciendum est 1. Patrem dotare teneri filias, quas ipse collocat matrimonio, vel ex ipsius consensu nubunt, siue facta sit mentio dotis, siue non. & si cum modica dote illas collocauit, possunt filiæ augmentum petere ex Baldo, *auth. res quæ num. 10. C. comm. de legat. Paul. num. 7. Baeza de non melioran. fili. c. 5. num. 6.* quia dõs non tantum datur filiæ, vt

virum inueniat, sed etiam ad sustinenda onera matrimonij. C. salubriter de vsuris, & ne à viro spernatur, ita docent Alex de Neuo. C. 1. num. 6. de desp. imp. ubi Prep. Abbas Menoch. de pres. l. 4. pr. 189. num. 56. Paris. conf. 29. num. 62. vol. 3. Couar. 4. dec. 2. p. 6. 3. §. 8. n. 7. Anton. Gomez. l. 40. Tauri. num. 87. v. sexto intellige.

² Quod adeo est verum, vt etiam si filia diues sit, adhuc pater teneatur illi dotem constituere, vt colligitur ex l. fin. c. de dotis promiss. vers. ubi autẽ. & docent Bald. Ang. Paul. Alex. Hippolit. apud Baezam infra; & Menoch. pres. 189. lib. 4. num. 68. Rimin. conf. 514. num. 24. vol. 5. & alij quamuis Bart. l. mulier. §. cum proponeretur. num. 3. ff. ad sen. consul. treb. hoc neget. sicuti etiam l. obligamur. ff. de action. videtur negare patrem teneri dotare filiam suo consensu nubentem, si nulla mentio dotis facta sit, quæ sequuntur Bal. Salic. Fulg. apud Baezam de non meliorandis filiab. c. 5. n. 5

³ Nec solum filiæ nubenti, sed etiam Monasterium ingredienti tenetur pater dotem constituere; quia fauorabilior est ingressus in monasterium, dote ad matrimonium temporale. Vnde Menoch. de presumpt. pres. 189. num. 90. lib. 4. cum alijs multis docet, posse bona, quæ sunt subiecta restitutioni distrahi pro dote descendenti à testatore, quæ velit ingredi monasterium, sicuti distrahuntur pro dote ad matrimonium temporale vide Anch. con 108. num. 4. Bald. l. fin. d. Auendano idem asserentem si filius velit ordines sacros suscipere.

⁴ Non est tamen taxatio à lege in cõstituenda dote filiæ nubenti secundum veriorẽ sententiam; sed ad eam taxandam consideranda est dignitas filiæ, & mariti, facultas patris, & liberorum numerus. In Regno tamen Castellæ pater in constituenda dote non potest excedere taxam præfinitam l. 1. tit. 2. l. 5. nouæ Recopil. sic etiam Baeza de non melior. c. 1. an. 1. ubi plures pro vtraq; sent. refert. ex quibus autem bonis censeatur puella dotata si pater dotet

ter, vel extraneus. Consule Greg. Lopez l. 8. v. *el padre. t. 11. p. 4.* Molin. *to. 2. de ius. dis. 424.* vbi plura circa hanc materiam reperies & Baezam *de non mel. c. 5. num. 6.*

5 Sciendum est secundo quoties possunt parentes exhæredare filios ob causas iure permissas, toties non tenentur eas dotare; quia alimenta, & dos in iure æquiparantur, sed pater, qui potest filios exhæredare, non tenetur illis præstare alimenta, ergo si potest filios exhæredare, non tenetur illis dotem constituere ut docet etiam Euerar. *loco ab alimentis ad dotem* Menoch. *de pres. l. 4. pr. 189. nu. 30.* Couarr. *4. dec. 2. p. c. 8. §. 6. n. 17.*

Hoc tamen ut pater non teneatur in prædicto casu dotare, intelligendum est de dote completa, nam sicuti verius est teneri patrem præstare alimenta necessaria filijs, etiam quando potest illos exhæredare, ut docet cum alijs Couarr. *l. c.* ita verius est teneri illos dotare in quantitate necessaria ad talia alimenta; quamuis Molina *lib. 2. de primo cap. 16. num. 3.* defendat probabiliter oppositum, scilicet non teneri patrem neque alimenta necessaria præstare filijs, quando potest eos exhæredare. His positis.
Quod queritur est. an pater in eo casu, in quo non potest filiam nubentem ipso invito exhæredare, teneatur illam dotare? ad quod.

6 Dico 1. si filia, quæ nubit invito patre sit maior 25. annis, tenetur pater eam dotare, etiam si ipsa non promiserit dotem viro, & indigno nupsit. Probatur quia pater teneatur dotare filiam nubentem absq; dotis promissione, quando ex eius consensu nupsit, ut dictum est *n. 1.* ergo etiam tenetur dotare, si nubat sine suo consensu: nam filia maiori 25. annis non imputatur culpa si nubat absq; Patris consensu: quia ipse fuit negligens. *Auth. sed si post. c. de off. test. sic Ripa. l. 1. n. 57. ff. sol. mat. Menoch. d. præ n. 58. Baeza. c. 18. n. 2. de non mel. fl. Contra Bart. l. obligamur ff. de act. & oblig. Abb. c. 1. despons. imp. Prep. ibi qui volunt patrem non teneri dotare*

filiam maiorem, si dotis mentio facta non est, sibi .n. imputet maritus, quod non tractauerit de promissione dotis.

7 Dico secundo si filia nubens patre invito sit maior 25. annis, & nubat digno, tenetur pater eam plene dotare, siue dotem promiserit, siue non; quia gessit utiliter rem, ad quam pater tenebatur; sed tantum erravit in modo nubendi. Ita etiam Ripa dicens esse communem, *d. l. 1.* & Menoch. latissime probans *d. præ. a. n. 61.* At si filia diues esset, non tenetur pater eam dotare ob id, quod ipso invito nupsit, ut ratio ipsa naturalis dicat sic Couar. *4. decr. 2. p. c. 3. §. 8. num. 8.*

8 Dico tertio si filia hæc minor, vel filius indignum contrahant matrimonium, non tenetur pater eos dotare, si diuites sint, quia non est æquum patrem teneri dotare illos, qui indigne matrimonio totam familiam denigraverint; si vero sint pauperes, tenetur eos dotare in modica quantitate, ut alimenta habeant vitæ necessaria, ne fame pereant. Ita Ripa. *nu. 59.* Couarr. *nu. 6.* Molina *lib. 2. de prim. c. 16. num. 8.* & alij.

9 At si filius ducat uxorem siue dignam siue indignam absque patris consensu; non tenetur pater illum dotare; sed tantum alimenta necessaria tradere, casu quo esset pauper: immo in hoc casu non solum filium, sed etiam eius uxorem tenetur pater alere, nam *ex leg. si quis à liberis ff. de liber. agnosc.* pater non solum tenetur præbere alimenta filio, sed etiam tenetur supplere cætera onera liberorum; sed onus filij est alere uxorem, quæ duxit pauperem, ergo pater tenetur præstare filio hoc onus, & alere eius uxorem; sic multi, quos refert, & sequitur *Riminal. cons. 133. nu. 42. vol. 2.*

10 Petes hic quis nam dicatur coniux indignus. Respondeo is est, cum quo non potest esse matrimonium absq; decore, iuxta Ciuitatis, in qua est, mores. similiter erit indignus si sit malis moribus, vel pauper, & non recompenset paupertatem cum nobilitatis excessu.

Vel

Vel habeat impedimentum cum quo non potest matrimonium absque dispensatione consistere. Ita Bald. l. pen. C. despon Suar. lib. 3. fori t. de los casamientos l. 2. n. 7. & 23. Mēoc. li. 4. pra. 189. n. 86. 85. Capua. l. 2. decis. c. 55. n. 20 Franc. Suar. & alij. vnde si habeatur vir genere, & diuitijs æqualis coniugi, si sit malis moribus, poterit pro causa allegari solita in dispensationibus petendis talis indignitas proponi dicendo petit consanguineum in coniugem cum non sint alij viri digni quia scilicet alij sunt indigni ob malos mores.

DISPVATIO XXVII.

Qualiter metus probandus sit.

HAec quæstio pertinet ad Iudices; ideo Sanchez remittit ad Meno

FINIS LIBRI QVARTI.



chium lib. 3. *presumpt. presump.* 4. Mascar. *de prob. concl.* 1055. solum aduerte textum illum Innoc. *cap. super. hoc de renunc. n. 2.* vbi dicitur magis credendum esse duobus testibus, qui deponunt rem aliquam factam esse per metum, quam centum deponentibus factam voluntarie, tunc esse verum, quando de spontanea voluntate non adessent præsumptiones, & Secundo quãdo isti, qui asseuerant non esse re factam per metum simpliciter negarent; at si negatiua esset coarctata loco, & tempore dicentes v.g. spontaneè fecit hunc contractum, quia fecit coram Iudice, consanguineis &c. tunc habebunt fidem, & Iudicis arbitrio est remittendum, quibus nam fides sit habenda. vide Couarr. 4. *dec.* 2. p. *cap. 3. §. 5. num. 10.* Antoni. Cucum *lib. 5. inst. mai t. 12. num. 167.* Burlatum *conf. 72. nu. 48. vol. 1.*

LIBER QUINTVS

DE CONSENSV CONDITIONATO

Traetatur in hoc libro de varijs conditionibus, quæ in matrimonio apponi possunt, & quando per eas matrimonium suspenditur, quando vero non. est autem tractatus hic valde utilis etiam post Trident. quo requiritur Parochi, & testium presentia, quia habetur perfecta cognitio de natura conditionis, & omnia possunt applicari, quando aliquis coram Parocho &c. apponet has condiciones in sponsalibus, in quibus quoad hoc eodem modo iudicandum est. sicuti in matrimonio, vt infra dicemus.

DISPUTATIO I.

An matrimonium possit contrahi sub conditione generali, & sub speciali intrinseca, illudque suspendat.

Antequam ad quesitum respondeam oportet prius explicare terminos. quare sciendum est, conditionem esse aliquod additum, per quod contractus suspenditur, ita vt vim habere non possit donec illud quod additur verificetur; soletque explicari vt plurimum per particulam, si, vt centum dabo, si Panormum venies; si venies Panormum; dicitur conditio, quæ si non implebitur, numquam tenebor dare centum.

Variæ autem solent esse condiciones, aliæ sunt generales, quæ in omni contractu tacite intelliguntur, vt ducā te si vixerimus; nam etiam si non apposita fuisset hæc conditio, intellecta fuisset, non enim mortuus potest contrahere. Aliæ sunt speciales, quæ diuiduntur in condiciones intrinsecas,

& extrinsecas. intrinsecæ sunt, quæ necessario matrimonio insunt, ita vt sine his consistere nequeat, vt hæc, v.g. contraho tecum, si nō es consanguinea in secundo gradu. nā ista conditio, si non es consanguinea, ita inest in contractu matrimonij, vt si non verificetur coniugem non esse consanguineam, matrimonium nullum erit. extrinsecæ conditiones sunt, quæ non ita necessario insunt matrimonio, vt sine illis nequeat consistere. cuiusmodi est v.g. hæc conditio. si centum dederis. & hæc plures habent diuisiones, quas in sequentibus disputationibus suis locis explicabo. nūc satis sit explicasse illas, quæ ad præsentem disputationem pertinent. Ad quesitum ergo in titulo positum, an scilicet matrimonium possit contrahi sub conditione generali, & sub speciali intrinseca.

2 Respondeo, & dico primo. Potest matrimonium contrahi sub conditionibus, quæ in omni contractu intelliguntur; quales sunt generales, vt si vixerimus, si tu quoque consenseris, quia hæc condiciones sicut non suspendunt contractum, dum non exprimuntur

tur. l. *condit. extrin. ff. de leg.* & est omniū sententia.

3 Quare patet ipsum matrimonium non recipere conditionem suspendentem; cum sit actus legitimus. *regul. act. legit. ff. de regul. iur.* vt docet Couarr. 2. p. c. 3. n. 4. Soto in 4. dis. 29. q. 2. ar. 1. nam vel statim est verum, vel nullum, & conditio addita suspendens nō suspendit matrimonium; sed consensum in matrimonium, vt contraho tecum, duco te in vxorem si dederis mihi centum, hæc conditio facit hunc sensum, si tu dederis mihi centum, ego præsto hunc consensum. Vnde conditio non cadit supra matrimonium, sed super consensum præstitū ad ipsum matrimonium, quod si conditio generalis, quæ tacite inest, non exprimat eodem modo, quo inest; tunc suspendit actum: vt si legetur alicui centum, si velit; hæc conditio facit hunc sensum; si declarauerit suam voluntatem signis externis. Vnde legatum suspenditur, donec legatarius suam exprimat voluntatem, vt docet communis sententia DD. l. si ita legatum 48. §. illi si volet ff. de leg. 1.

Q V A E R E S.

An hæc conditio si Deus voluerit, vel si Deo placuerit sit generalis; ita vt non suspendat, nec reddat actum conditionalem.

4 Respondeo si contrahentes hæc conditione intelligant de voluntate Dei, quæ dicitur beneplaciti, qua Deus omnia, quæ fiunt: aut vult, si non sunt mala, & peccata; aut permittit si sunt peccata, tunc talis conditio non suspendit actum; si vero intelligant de voluntate diuina approbante tūc suspendit actū. sensus enim est, faciam hæc rem, si erit secundum Dei beneplacitum, & tunc suspenditur contractus, donec reperiat res illa esse secundum beneplacitum diuinum; nam multa fiunt contra eius beneplacitum. Similiter hæc conditio; si Ecclesiæ placuerit; faciam, suspendet actum, donec Ecclesia approbauerit, ita Adrianus 4. mat. de ma. q. 3.

dub. 4. Sylu. ma. 3. q. 3. & iuxta hanc distinctionem intelligit Hostien. Abba. Angel. & alios DD. apud Sanch. n. 8. dicentes suspendere scilicet, quando agitur de voluntate Dei, secundo modo sumpta. Cum vero Alex. de Neuo C. ad audientiam de spons. n. 15 Alex. Carrer. lib. 4. de spons. c. 6. Brun. de spons. con. 33. nu. 1. Enriquez de ma. lib. 11. c. 12. n. 2. & alij dicunt non suspendere, intelligunt de voluntate Dei primo modo accepta.

5 Dico secundo conditiones intrinsecæ speciales, quæ necessario insunt matrimonio, & sine quibus matrimonium consistere nequit, nō faciunt illud conditionale, vt contraho tecum, si non fueris mihi consanguinea, & sic si est consanguinea, matrimonium nullum erit; si non est, verum est matrimonium, ac si conditio apposita non esset. Verum si quis scienter contraheret cum consanguinea apposita dicta conditione, non incurreret excommunicationem. *clm. vtr. de consangu.* quia per eā conditionem non ostendit affectum ducendi consanguineam, & sic nō potest excommunicari, nam hæc excommunicatio fertur contra illum præuū affectum.

6 Tandem aduerte, quod hæc, quæ dicuntur de conditionibus, quando scilicet suspendunt contractum; & quando non, intelliguntur in foro externo, & quando is, qui illas posuit; sit dubius an vere habuerit animum suspendendi consensum nec ne; nā si ille est certus de suo animo, quod scilicet voluerit suum consensum suspendere, donec impleatur conditio, nullum erit matrimonium in foro cōscientiæ, quamuis conditio sit impossibilis, vt contraho tecum, si coelum digito tetigeris.

Circa dicta n. 3. quod scilicet matrimonium non recipit conditionem, sed consensus in matrimonium illam recipit ex doctrina Couarr. & Soti. Pōtius lib. 3. c. 13 n. 18. ausus est dicere Sanchium non intellexisse huius sensū, nec quid sibi voluerint Sot. & Couardum dixerunt apponi conditionem consensui, non contractui, his verbis.

(hanc

(Hanc etiam doctrinam docuit post Con. Thom. Sanchez, sed reuera non satis videtur intellexisse huius sensum, nec quid sibi voluerint Soto, & Couarr. dum dixerunt apponi conditionem consensui, non contractui, & ita postea eodem libro disp. 8. nu. 5. docuit matrimonium sub conditione celebratum non egere nouo consensu nec celebratione post euentum conditionis, sed purificari sicut alius contractus, quod si verum esset, non posset vere affirmari conditionem non apponi matrimonio, sed consensui)

Sed immerito tam iniuriosè hic Auctor doctissimum virum carpit, cum nec horum Doctorum sensus sit obscurus, vt ipse putauit n. 17. nec clarior à nostro Sancio explicari potuerit, referam eorum verba. Couarr. lo. ci. in 4. 2. p. c. 3. nu. 2. ait (immo si verba contractus sunt de futuro ante conditionem, nec ibi est matrimonium, nec sponsalia, eueniente conditione sponsalia sunt, quae de futuro appellamus. quod si verba sunt de praesenti, conditione tamen adiecta, eueniente illa conditione coniugium erit, ante illam, nec matrimonium, nec sponsalia) & n. 4. (ex hoc illud manifestum est matrimonium non recipere conditionem, repugnat enim matrimonio conditio, cum ea pendente ad matrimonium consensus praestitus non sit, at ea eueniente, matrimonium perfectum est) Sotus in 4. dist. 29. q. 2. ar. 1. ait (matrimonium ipsum conditionem non admittit, sed eius consensus, quod est dicere, quod consensus potest quidem ex conditione pendere, sed quamdiu ille pendet, matrimonium nullum est) quibus verbis colligo primo Sancium non adeo obtusum habere ingenium (quod putat Pontius) vt hos Doctores non intellexerit, eandem quippe Soti, & Couarr. sententiam paulo mutatis verbis apertissimè expressit in hac disp. num. 5. (His praemissis sit prima conclusio, matrimonium ipsum conditionem non recipit, bene tamen eius consensus: hoc est consensus praestitus ad matrimonium potest ex conditione pendere, at matrimonium ipsum minime, quia quamdiu conditio pendet, matrimonium non est) haec Sanch. Colligo secundo Pontium eo numero 18.

circa finem noluisse percipere aliud esse conditionem apponi consensui sponsalium, aliud vero apponi consensui matrimonij; nam si apponitur consensui de praesenti, vt duco te, si pater tuus voluerit, est conditio appositae consensui in matrimonium, & ea posita purificatur consensus de praesenti requisitus ad matrimonium, quod debebat sanè videre ex ver. cit. Couarr. qui distinguit conditionem adiectam verbis de praesenti à conditione adiecta verbis de futuro; & purificata prima conditione ait perfici matrimonium, purificata secunda perfici sponsalia, vtraque non purificata, nec matrimonium esse, nec sponsalia.

Colligo denique, posita hac sententia satis consequenter loqui nostrum Sancium, dum ait disputat. 8. numero quinto adueniente conditione statim absque nouo consensu effici matrimonium, quia sicuti adueniente conditione posita consensui de futuro fiunt statim sponsalia absque nouo consensu; ita adueniente conditione appositae consensui de praesenti, statim fit matrimonium absque alio consensu, vt infra videbimus, & sic verum est etiam posita dicta sententia, quod conditio non adicitur matrimonio; sed consensui, matrimonium enim statim confurgit purificata conditione non ex eo, quod ante conditionem impletam erat suspensum ipsum matrimonium; sed ex eo, quod ante conditionem consensus de praesenti ad ipsum requisitus erat suspensus. Nec

Pontius contrarium adhuc probat, nec argumenta, quibus

respondere, sed iniuriosa verba de

more affert

eo n. 18.

vt ex

verbis, quae ab ipso

retuli cui

libet pa-

tere

pot.

DISPVATIO II.

An conditio extrinseca (sine qua scilicet matrimonium constare potest) necessario ventura, si adijciatur matrimonio reddat illud conditionale, suspendatq; consensum, ut contraho tecum, si cras sol oriatur.

I Matrimonium initum cum conditione necessaria est, ac si eēt absolutum, & sine illa cōditiōne. quare per eam nō suspenditur, sed statim est validum, siue conditio habet diem certum, vt contraho tecum, si cras sol oriatur, siue non, vt si sol oriatur, quia cum illa conditio sit determinata, & præsens in sua causa naturali, censetur iam impleta, dummodo contrahentes reputauerint illam conditionem esse necessariam; nam si existimauisset cōtingentem, suspenditur consensus, ac si vere conditio contingens fuisset, sicut etiam suspenditur, quando conditio necessaria est in se, at respectu hominum incerta, vt desponsabo te, si luna tali die eclipsetur, quando luna eclipsabitur, tunc erunt sponsalia, quia apud homines incertum est an tali die eclipsabitur luna. ita D. Thom. 4. d. 29. q. 3. n. 3. Enriq. lib. 11. de ma. c. 12. n. 4. Dur. d. 28. q. 2. n. 5. Petr. de Soto lec. 3. de ma. §. 4. denique & alij Theologum Nau. sum. c. 22. n. 67. Cou. 4. decr. 2. p. 5. §. 2. n. 10. Brunell. despons. conf. 32. n. 3. Alex. de Neuo. C. per tuas de cōd. app. vbi Card. Abb. Prep. contra Anto. Io. And. ibi putantes has conditiones suspendere consensum.

2 Dicendum similiter est non suspendi matrimonium, quando conditio ē contingens secundum ordinem naturæ, at per accidens est necessaria, vt contraho tecum, si Antichristus nascetur, statim valet matrimonium, quia quamuis secundum ordinem naturæ contingens sit, quod Antichristus nascatur; tamen contrahentes tam necessariam esse putant Antichristi natiuitatem posita scripturā sacra, quam solis ortum. Immo magis. sic Lud. Lopez 2. p. inst. noui ma. de ma. c. 43. & alij quos

ipse citat. licet Couar. Enriq. putent contrarium, & velint in hoc casu suspendi matrimonium.

3 Si vero conditio apponatur ad tempus præfiniendum, tunc suspenditur cōsensus in matrimonium ad tale tēpus; vt contraham tecum, si pater me moriatur; nam potest facere hunc sensum, quando pater meus morietur, & tunc quando pater morietur, statim erit matrimonium. Vide Sotum 4. d. 29. q. 2. ar. 1. post. 2. concl.

***** Putat Pontius lib. 3. c. 1. n. 10. Sancium non recte loqui; dum vt vidimus, docet matrimonium sub conditione necessaria siue habeat diem certum, siue non minime suspēdi: & quod molestius mihi est, ait non satis aduertisse Th. Sanc. quod vt videas an recte fuerit à Pōtio dictum, ponā eius verba (*At quando venturum esse diem certum est, incertum autem, quando eueniet: vt si morieris distingui debet, aut enim assignatur tempus mortis alicuius extranei: ut contraho tecum si Titius moriatur; quod quidem incertum est: an sit euenturum viuo eo, cum quo contraho, vel mortuo; vim conditionis habet, suspenditurque contractus obligatio ea conditione, id quod constat exemplo desumpto ex legato relicto, si enim reliquatur alicui legatum, si alter moriatur: si legatarius decedat ante alterius mortem, non debetur legatum; quia potest viuo legatario non venire ea conditio. probat tex. l. 1. §. 2. ff. de conditione, & demo. dies autem incertus est, cum ita: scribitur heres meus cum morietur decem dato. Nam diem incertum mors habet eius, & ideo si legatarius ante decesserit, ad heredem eius legatum non transit; quia non cessit dies viuo eo, quamuis certum fuerit moriturum heredem, probat etiam tex. l. 79. §. 1. ff. eodem. quare in hoc non recte loquitur Thom. Sanchez. vnde si matrimonium contrahatur sub hac conditione, si pater moriatur suspenditur, & conditionale matrimonium est, & expectandus dies mortis patris: potest enim contingere, vt is, cum quo contrahatur decedat viuo patre: hoc autem non tantum est tempus esse præfixum*

fixum contrahendo matrimonio, ut putat Thom. Sanchez. sed conditionem positam; ut constat ex his, quæ dicam modo; & ex his diuersis effectibus, quos habet obligatio in die, & obligatio sub conditione, quod non satis aduertit Thom. Sanchez.) hæc Pontius eo nu. 10. ut vero lector integrum eius sensum præ oculis habeat: non pigebit referre alterum membrum suæ distinctionis, quod nu. 11. subiungit, præsertim cum ipse ad modo dicenda se referat; ut vidimus. ait igitur (quod si designetur mors ipsius, cum quo contrahitur, aut cui relinquatur legatum, ut lego tibi centum si morieris: contraho tecum si morieris purum quidem legatum est, atque contractus nec conditione suspenditur; sed mora ut ait Papinianus l. heres meus 78. de cond. & dem. quamuis enim incertum sit, quo die moriturus sit, quia tamen non potest dies mortis non venire, & quidem viuo legatario, aut eo cum quo contrahitur cum certum est viuenti debitum iri, non potest esse sub conditione, quæ ponit in incerto utrum res debeatur, an non unde, & debetur legatum, & debetur etiam contractus matrimonij, vel alius, tempore tamen mortis non antea; is enim sensus est illius conditionis si morietur non si mortuus fuerit, esset enim impossibilis conditio, atque adeo haberetur pro non adiecta; sed cum agit animam, & antea contractus non est neque perfectum matrimonium, sed refertur in diem mortis, tanquam in tempus destinatum, in quo contrahendum est.) breuiter igitur dicit Pontius si quis dicat contraho tecum si Titius morietur est conditio; contra vero si dicat contraho tecum si tu morieris; sed expectandus est dies mortis, & ideo dicit Sancium non recte dixisse esse contractum purum; vel in diem. Vnde tamen id probet non videtur vim multam habere: nam in hac re standum est coniecturis, cū supponam nō cōstare neq; ex verbis, neq; ex alio signo intentionē contrahentium: porro concurrentibus duabus coniecturis certū est vincere illam; quæ potior est ut multis allegatis docet Menoch. l. 1. qu. 30.

num. 1. Mantica de coniect. ultim. lib. 12. tit. 17. num. 7. & probat tex. l. Decius ff. de in integ. restit. iuncta gloss. v. existimari. quæ nam sit coniectura Pontij iam vidimus, quia nimirum incertum est; an ea conditio. si Titius morietur implenda sit viuento eo, cum quo contrahitur. verum huius Doctoris coniectura videtur deficere; nam in primis ille non dicit contraho si Titius prius moriatur: sed si Titius moriatur, & sic non video cur verba simpliciter prolata, coarctanda sint pro libito ad secundum quid. est enim improprie usurpare verbis; quod fieri non potest, nisi quando in propria significatione verificari non possunt, ut late probat Mantica de con. ult. l. 3. tit. 5. num. 6. quæ autem necessitas est, accipere ly si moriatur, ac si dicat si prius moriatur id enim Pontius contendit, ut ex eius verbis liquet; adde etiam si hoc sensu intelligatur; non sumus in casu; quis enim negabit, hanc esse propositionem conditionalem contingentem: contraho tecum (si Titius moriatur prius, & te viuum relinquat;) sed Doctores cum Sancio loquuntur de conditione necessario euentura, licet dies sit incertus, & ponunt exemplum si quis dicat si Titius moriatur; nam tunc certa est mors, incerta tamen dies: Pontius vero mutat casum, & intelligit illam propositionem cum respectu ad illum, cum quo contrahitur, ut si Titius moriatur te viuento, quæ non est conditio necessaria, habens diem incertum de qua loquimur; sed contingens, præterea neque exemplum legati relictii; aut iura, quæ affert Pontio fauent; nam si legatum relinquatur, sub hac conditione; si Titius moriatur lego centum statim legatum est purum: ut probabo, vel saltem est id quod est in quæstione, & sic non bene affertur pro cōfirmatione, ut de se patet; nā qui negat hanc propositionē si moriatur Titius esse suspensiuam; semper eā negabit in quouis contractu: & minus recte ad illud exēplū confirmādū afferūtur tex.

l.2. &c. quia valde diuersū est dicere si morietur, in quo casu loquitur Pōti⁹, & nos loquuti sumus: ac dicere cum morietur: nam priori casu est vere cōditio, & si est necessaria censetur impleta, redditque legatum purum: posteriori vero casu quando per cum, explicatur, vt est in iuribus à Pōtio allatis supra, non est conditio, sed temporis præfinitio, & sic suspendit legatum ad mortem hæredis: quod si Pontius legisset apud Sanchez n.8. in solut. 1. arg. ex l. heres meus, hoc exemplum prætermisisset aliaque via suam sententiam confirmasset; quam etiam differentiam agnouit Molina dis. 284 tract. 2. de iust. aitque non videtur attendisse ad hoc apertum discrimen Greg. Lopez. nec Glossa. Iam vero videamus quomodo probet Sancius conditionem necessariā, quæ habet diem incertum non suspendere matrimonium, ipse hac vtitur ratione n. 5. ideo conditio necessaria reddit purum contractum & statim obligat ac si apposita non fuisset; quia cum illa conditio futura sit præsens, & determinata in sua causa naturali, censetur impleta: sed etiam conditio necessaria habens diem incertum est determinata in sua causa; ita vt impossibile sit non esse euenturam: ergo si illa statim obligat ac si pure fuisset cōtractum; statim etiam hæc obligabit: maior huius argumenti aperte ponitur à Couarr. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 2. n. 10. circa finem, & præter DD. quos refert Sanch. n. 2. qui eam vel expresse tradunt, vel supponunt. docet Lessius lib. 2. c. 11. dub. 15. n. 117. Bonac. de ma. q. 2. pun. 10. n. 5. Hurtad. de ma. dis. 7. diff. 6. n. 20. Rebell. l. 2. de ma. q. 10. sec. 2. n. 11. Filiucc. tract. 10. c. 6. n. 139. Coninch. dis. 29. d. 1. n. 8. Iesuuald. Bonon. p. 1. t. 32. c. 8. n. 21. DelVgo. t. 1. de ius. dis. 22. sec. 13. n. 336. Tuman. d. 55. dub. 9. & alij. minor vero quod scilicet eadem ratio militet in conditione necessaria; quæ euentura est die incerto, supponitur à Sancio vt de se patens; & certe ita est: nam v. g. quod Titius moriatur est certum iam in sua causa, ita vt non possit oppositū

euenire; neque ex eo, quod ignoretur dies, tollit necessariam euentus futurationem: & si c. merito prædicti Doct. loquuntur absolute, etiam in hoc casu citantque Sancium pro eorum sententia; iura etiam fauent nam l. si pupillus q. 8. qui sub conditione ff. de nouar. absolute dicitur qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est pure videtur stipulari. Idem etiam probat l. quod si sub ea ff. de condi. & demons. l. cum ad præses & duab. seq. q. ff. si certum petatur. sed hæc conditio necessaria habens diem incertum omnino futura est; ergo qui sub ea stipulatur pure censendus est stipulari. apparet ni fallor satis aperte Sancio non modo loqui recte quod Pontius negauerat, sed etiam fortiores partes eius coniecturam habere; vnde merito Hurtadus lo. cit. dum Sancio sententiam amplectitur ait (quidquid dicat Bassilius Pontius) neque vllus ex Doctoribus citatis hanc illius expositionem tradidit, Porro ad aliam partem distinctionis, seu explicationis à Pōtio allatæ veniamus, ea est talis, vt pro monstro putem si alteri placeat præter ipsum; nam hæc verba à contrahentibus prolata, debent intelligi iuxta communem sensum & intentionem contrahentium, vt docent Couarr. Hurt. & alij DD. supra relati; at quis vnquam intendit contrahere pro eo tempore, pro quo est moriturus; ita vt tunc velit contrahere, vt vult Pontius, si dicatur (si morieris) quando homines ab omni negotio liberi esse volunt; cessareque solent omnes obligationes in persona morientis: vnde ob eā rationem (l. Titio cum morietur ff. de usu fructu dicitur Titio cum morietur inutiliter ususfructus legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à persona discedere incipit) secundo verba debent intelligi iuxta subiectam materiam, & naturā contractus l. damni infecti in princip. off. de damno infecto l. si vno ff. de locati; vbi Bart. & cæteri scribentes Gutier. con. 12 n. 26. at quis ne sciat matrimonium ex se postulare, quandam perpetuitatē immo omnimodam voluit Pontius ex natura sua requirere lib. 1. c. 13. aitque esse lumine naturali hoc insitum, ad quod

quod adducit illud Aeneid. I.

*Omnes, ut tecum meritis pro talibus
annos*

*Exigat, & pulcra faciat te prole
parentem.*

Tantumque abest, ut homines intel-
ligant contrahere pro mortis articulo
vt Bald. l. sed est qualis ff. de lib. & post-
humis putarit non esse validum, eo tē-
pore contractum de quo l. 7. dij. 105.
videbimus. Confirmatur quia (si mo-
rieris) efficit in Pontij sententia purū
contractum, & tantum mora suspen-
ditur: hoc est expectandus est dies mor-
tis; nam æquiualeat huic (cum morieris)
peto num expectandus dies quo veri-
ficetur hæc propositio: vel ante: hoc
secundum certe dici nequit; est enim
contra naturam contractus in diem
celebrati ex l. sempronius initio ff. de usu
fruct. leg. estque communis Doctorū
sententia, vt ait Ant. Gomez. 1. vari.
c. 12. n. 57. neque etiam primum dici
potest; quia quando verificatur hæc
propositio (cum moriatur) vel cum mo-
rieris; non potest fieri contractus ma-
trimonij, neque dicat Pontius deberi,
cum agit animam; nam de hoc non di-
citur mori; sed quod incipit mori iux-
ta illud incipiebat enim mori; in Euā.
& si ante mortem petatur potest eli-
di petita exceptione: quod nō dū dies
aduenerit, vt ex Molina tract. 2. de iust.
dis. 284. v. illud obserua colligi potest. & si
in hoc sensu intelligeretur hæc præpo-
sitis; sequeretur, quod si quis promit-
teret dare Titio centum dicens cum
moriens dabo: si is fulmine ictus v. g.
moreretur non deberentur centum
hæredibus, quia non egit animam; vel
posset dici hanc propositionem esse
conditionalem, contra id. quod Pont.
docet, quia contingense est, vt hic agat
animam, potest enim vt dixi casu repē-
tino mori, recte igitur loquutus ē Sā-
chez. cum non militent hæc rōnes
contra ipsum: sed iura, & se-
quentium DD. plausus
fauent.

DISPVATIO III.

*An conditio impossibilis adiecta matrimo-
nio, vt contraho tecum si digito cœlum
tetigeris, vitiet matrimonium; vel pa-
tius reijciatur tamquam si non adiecta
fuisse, ita vt matrimonium sit legiti-
mum, & absolutum.*

Dico primo conditio impossibilis
reputata possibilis, si adijciatur
matrimonio, non reijcitur; sed habe-
bit suum effectum reddens statim nul-
lum matrimonium; tum in foro exter-
no, tum in foro conscientie; vt si quis
putans esse possibile, quod quis faciat
montem aureum, dicat, contraho te-
cum, si facies montem aureum, nullū
erit tale matrimoniū. probatur, quia
in testamentis (vbi similis conditio re-
ijcitur) actus testandi est nullus, quādo
testator apponit conditionem impos-
sibilem, quam putabat esse probabilē
l. seruo manumisso ff. de condit. indebit. er-
go etiam matrimonium celebratum
sub conditione impossibili, reputata
possibili a contrahentibus erit nullū;
quia ius Canon. in C. fin. de cond. app.
voluit fauere matrimonio, sicuti ius ci-
uile vltimæ voluntati a qua excludit
conditiones impossibiles ex Acofta.
lib. 1. select. c. 8. n. 11. & alij: immo
quamuis in foro externo nō vitiet ma-
trimonium; si imprudenter, & absque
vlla specie probabilitatis conditio im-
possibilis reputatur possibilis; tamen
in foro conscientie vitiabit, ac nullū
reddet matrimonium.

2 Dico secundo conditio impossibilis
cognita vt impossibilis vitiat matrimo-
nium, quia per eam potius manifesta-
tur disensus, quam assensus.

3 Non vitiabit tamen matrimonium
conditio impossibilis cognita, vt im-
possibilis, quando ambo cōtrahentes,
qui talem conditionem apponūt, sciūt
eam conditionem ab Ecclesia reputa-
ri ac si non fuisset adiecta; nam si vnus
tantum scit hanc conditionem reijci,
& alius hoc ignoret; conditio non ha-
bebit suum effectum, & reddet nullū
contractum matrimonij. nam matri-
monium

moniū requirit consensum ex parte vtriusque contrahentis. Probatur conclusio, quia hoc quod conditio impossibilis habeatur pro non adiecta fuit à Pontifice, *C. fin. de cond. appof.* constitutum infauorem matrimonij ergo ad hoc vt nō habeatur pro adiecta, & contractus remaneat in suo vigore, requiritur, vt contrahentes sciant talem constitutionem; nam constitutio non obligat ignorantes *c. 2. de const.* & quamuis ignorantia facti excuset; non illa iuris in foro externo; tamen in foro conscientiae excusat etiam ignorantia Iuris, quamuis sit crassissima, & in casu nostro excusabit ignorantia Iuris; quia Ius hoc est obscurum, & habet varias explicationes.

4 Ex hoc patet quisnam sit sensus *c. fin. de cond. appof.* vbi dicitur, quod conditiones impossibiles, aut turpes debent propter fauorem matrimonij pro non adiectis haberi. ibi (*alia conditiones appositae in matrimonio, si turpes, aut impossibiles sint, debent propter fauorem eius pro non adiectis haberi*) ita enim debet intelligi secundum veram expositionem, qui norunt conditionem esse impossibilem, & eam rejici ab Ecclesia; tamquam si non fuisset adiecta, videntur dum illam apponunt velle contrahere pure secundum intentionem Ecclesiae, nisi aliter expriment. Vnde patet hanc dispositionem sc. quod rejicitur conditio impossibilis habere locum tum in foro conscientiae, tum in foro externo, quando est dubium de contrahentis voluntate; tunc enim supponitur voluisse contrahere iuxta Ecclesiae dispositionem; nam si certum est eum noluisse pure contrahere, quia v. g. dixerit expresse nolo vere contrahere, vel quia sit valde dispar in conditione, numquam rejicietur conditio apposita; sed matrimonium vitiabitur: vel si ex aliquibus coniecturis dignoscatur ioco appositam fuisse talem conditionem. Ita Intelligunt *d. c. fin. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 2. n. 1. Palacios lib. 6. de contr. c. 6. cō.*

1. & 2. Greg. Lopez. *l. 6. s. 4. p. 4. v. mōtedoro ad finē. Met. C. de rest. q. 23. ante finem §. ad cognoscendum autem.* Palud. *4. d. 29. qu. 2. sine* quos etiam vide circa supradicta Alias huius *C. fin* explicationes. vide apud Sāchez *hic a. nu. 2. ad 8.* sex enim affert & rejicit. vide etiam citatos DD.

5 Hinc infertur primo matrimonij contractum cum conditione impossibili easdem pœnas incurrere, quas incurreret si sine illa contraheretur, quando affectus contrahentis puniatur, quod si aliqui essent inter se consanguinei, & apposita hac conditione impossibili contraherent, haberētque animum contrahendi secundum iuris dispositionem incurrerent excommunicationem. *Clem. vn. de consang.* quia cum hæc conditio habeatur pro non adiecta ex dispositione iuris, proinde est ac si pure & sine conditione contraherent, sed si sine conditione cōtraherent excommunicantur per *Clem.* propter illum affectum ducendi consanguineam; ergo etiam excommunicantur posita conditione, quando vellent contrahere secundum Iuris dispositionem; nam si vellent illam conditionem valere, non incurrerent excommunicationem; quia tunc non haberent talem affectum, sciunt enim conditionem illam numquam esse euenturam, & nullum esse matrimonium. Ita *Adrian. 4. de mat. q. 3. dub. 10. ad finem Couarr. l. cit. n. 8. Petrus Ledes. de mat. q. 47. ar. 5. ante finem §. in huius rei exposi.*

6 Similiter ob eandem rationem, Sacerdos viduam ducens est irregularis per *c. fin. de bigamis* ob malum affectum contrahendi opere subsequuto. erit etiam irregularis quando cōtraheret apposita conditione impossibili propter rationem dictam numero præcedenti, modo sciat talem conditionem rejici à matrimonio, & ipse velit secundum Iuris dispositionem contrahere. vt docet etiam

Adrianus.

h. c.

DISPUTATIO IV.

An omnes conditiones impossibiles reijciantur de matrimonio iuxta d. c. fin. de condit. appos. vel tantum impossibiles per naturam, & hoc siue apponantur per tempus presens, ut si hoc facis, vel prateritum, vel futurum.

Respondeo non omnes conditiones impossibiles habentur ac si non essent adiecte, sed aliquae habentur, ac si non essent adiecte iuxta decisionem cap. fin. de cond. appos. aliquae vero retinentur, & habent suam vim, & per consequens cum sint impossibiles reddunt nullum matrimonium.

2 Conditiones impossibiles, quae habentur, ac si non fuissent adiectae sunt sequentes. Prima est conditio impossibilis iure, casu quo manifestum est eam conditionem esse contra ius, quae est quando ius iubet oppositum; ut contraho tecum, si licet cum consanguinea contrahere. Ratio est quia cum id possumus quod Iure possumus *l. nepos. proculo ff. de verb. signif.* sequitur quod non possumus quod Iure prohibente non possumus; ergo id, quod de Iure fieri non potest, est impossibile; & sicuti haec conditio reijcitur in testamentis *l. i. ff. de condit. inst.* ita in matrimonio ut docent Couarr. *4. decr. 2. p. c. 3. §. 2. n. 7.* Greg. Lopez *l. 6. t. 4 p. 4. v. monte Io. Imola. d. l. 1. nu. 11.* Molin. *lib. 2. de primog. c. 12. n. 36.* contra Sylu. *matr. a. 3. q. 9.* putantem non esse reijciendam. Si vero Ius vetans esset Ius humanum, & apponens conditionem loqueretur infuturum, non reijcitur talis conditio. Ius enim poterit mutari ut si dicat. Contraho tecum si aliquando licebit inter consanguineos in secundo gradu inire matrimonium. haec conditio non reijcitur, sed matrimonium suspenditur, nam poterit euenire, ut statuatur nouo Iure matrimonium cum consanguineis esse licitum, & tunc impleta hac conditione erit matrimonium.

3 Secunda conditio, quae reijcitur, & matrimonium cum ea contractum est, ac si esset absolutum tam in foro

externo, quam in foro conscientiae; quando sumus dubij, an ponens conditionem habuerit animum verè contrahendi; est conditio impossibilis solo facto. (dicitur autem talis illa conditio, quae in se non est impossibilis, sed respectu hominum, & attento eo, quod homines ut plurimum facere possunt, est impossibilis, ut contraho tecum, si montem aureum artificialem feceris, aut si dederis regnum) at si conditio, quae est defacto impossibilis, sit tantum impossibilis alicui personae, & non alijs, suspendet matrimonium, & si impletur, valebit; si vero non impletur, reddet nullum matrimonium, ut si quis pauperi dicat contraho tecum si dederis centum millia aureorum. Ita Greg. Lop. *l. 6. v. monte t. 4 p. 4.* quamuis alij absolute dicant reijciendas esse; quia putant etiam reijci in vltimis voluntatibus. Ita Viguierius. *lib. instr. c. 16. §. 7.* Victoria *sum. mat. de matr. nu. 259.* Palac. *lib. 5. de contr. c. fin. dub. 7.* alij vero absolute tenent vitare matrimonium. putant enim vitare vltimam voluntatem. Cou. *4. dec. 2. par. c. 3. §. 2. n. 9.*

4 Et haec conditiones, quas reijci diximus, & haberi pro non adiectis, reijciuntur etiam, quamuis sint de praeterito, vel futuro, ut contraho tecum, si facies, vel fecisti montem aureum. Ratio est, quia haec conditiones de praeterito, & futuro impossibiles reijciuntur in vltimis voluntatibus, testamentis scilicet legatis &c. ergo etiam in matrimonio, cum eadem sit paritas, ut dictum est. *dis. praec. n. 1.* excipit tamen casum positum *n. 2.* Ita Durand. *4. d. 28. q. 2. n. 5.* Couar. *n. 2.* Greg. Lopez, *v. monte de or. Alex. Carr. de spons. l. 4. c. 5. in tomo 9. tractatum contra Petrum de Ledes. & aliquos de matr. q. 47. a. 5. dub. 1.* recentiores putantes solum reijci, quando sunt de futuro.

5 Explicantur conditiones, quae non reijciuntur à matrimonio, sed illud reddunt conditionale.

Duae sunt haec conditiones. prima est illa, quae est ex natura sua possibilis, sed impossibilis ex aliquo euentu per accidens, aut ex lapsu temporis, quia

quia sc. quod præteritum est redire, non potest. v. g. contraho tecum si virgo es; nam si deflorata est, non potest amplius esse virgo, & dicitur impossibilis conditio ex euentu, & hæc conditio non reijcitur à matrimonio; sed si mulier est virgo, statim est matrimonium; si vero deflorata statim nullum est.

6 Quod si obijcias *l. si Mauiā 45. de hered. Insti.* vbi dicitur hanc conditionem, si filia mea viuet, hæres esto. habetur ac si adiecta non fuisset, & illam fieri hæredem, ex eo quod illa conditio erat impossibilis ex euentu; quia testator non habuit filiam, vt in illo casu supponitur, & per consequens impossibile erat, quod viueret.

Respondeo verum est conditionem in isto casu haberi pro non adiecta, & legatum, seu hæreditatem deberi, ac si absolute relictam fuisset; Ratio est quia hæc conditio non potuit verificari immediate sine aliquo discursu, requiritur enim ad hoc vt verificetur filiam viuere, vt possit prius verificari eam fuisse natam: sed in nostro casu immediate, & sine discursu potest verificari nostra cōditio, nempe quod illa sit virgo, & sic quando conditio impossibilis ex euentu potest immediate verificari, tunc reddit actum conditionalem, quando vero non potest verificari immediate, non reddit conditionalem, sed habetur pro non adiecta. ita Aretinus *conf. 82. col. pen. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 2. v. 3. Greg. Lop. l. 6. ad fin. 1. 4. p. 4. Veracrux. 1. p. specu. ar. 19. §. quid de isto contractu Sotus 4. d. 29. q. 2. ar. 3. pass. 3. concl. vbi Palud. nu. 33. ar. 5.*

7 Altera est cōditio impossibilis, quæ est contra substantiam matrimonij, vt v. g. si Angelus fuerit, contraho tecum, hæc enim quamuis sit impossibilis, nõ reijcitur: sed reddit matrimoniũ nullum; quia est contra substantiam, seu essentiam matrimonij contrahere cū Angelo, & per hanc conditionem excluditur consensus necessarius ad matrimonium. ita Adrian. 4. de ma. q. 3. di. 4. Ang. matr. 3. imp. 3. n. vlt. Sotus ar. 2. ad finem d. c.

8 Petes quid dicendum sit, si cōditio quæ apponitur est partim possibilis, partim impossibilis. Resp. tunc reijci secundum illam partem, secundum quam est impossibilis, & debere impleri secundum eam partem, secundum quam est possibilis. Vnde suspēdet matrimoniũ donec impleatur. *l. qui dotem ff. de dote præleg. ita Bart. l. 1. ff. de cond. inst.*

* Quæ diximus n. 3. & 4. in hac dispu. impugnat Pont. lib. 3. c. 3. n. 11. & 15. & n. 11. ait non esse firmum fundamētum: quo vtitur Sanchez ad probandum conditiones siue de futuro siue de præseti siue de præterito reijci à matrimonio, ex eo scilicet, quia reijciuntur ab vlt. voluntate: quo autem argumento id probet, ipsum audi (totum hoc pendet ex solius iuris humani dispositione spectato. n. iure nature, eadem ratio est, siue conditio apponatur de præseti, præterito, aut futuro: potuit ergo aliter disponi in matrimonio aliter in vltimis voluntatibus. quare cum circa matrimonium nõ sit alia dispositio, quam in d. c. fin. de cond. appof. ex eo tantum inuestigandum est, an eius capituli dispositio oēs eas impossibiles cōditiones comprehendat) vnde patet non aduertisse Pontium vim argumenti Sancij: putasseq; illum ex hoc tantum argumentari reijci illas cōditiones in matrimonio, quia reijciuntur in vltimis voluntatibus, secundum ius ciuile: sed nõ est hoc argumentum Sancij, & poterat Pōtius facile aduertere; si dum affert illud ex Sancio hoc n. 3. aduertisset maiorem eius propositionem, & nõ mutasset formam argumenti: est igitur argumentum Sancij hoc (eodem modo reijciuntur à matrimonio quo ab vltima voluntate, sed ab vltima voluntate reijciuntur impossibiles de præseti, vt patet ex *l. si mauiā 45. ff. de hered. inst.*) maiorem autem illam ait esse probatam *disp. præc. n. 7.* vbi docet, quod ius Canonicum d. c. fin. voluit fauere matrimonio, sicuti ius ciuile vltimæ voluntati ex gloss. d. c. fin. v. impossibiles Alex. de Neuo n. 6. Io. And. n. 7. Card. n. 2. Acofta lib. 1. seleg. c. 8. n. 11. adde Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 2. n. 9. non ergo Sancius probat ex iure ciuili, vt Pontius illi tribuit; sed ex iure
ius

Canonico, quod in hoc disponit; sicuti ius civile disposuit in vltima voluntate; idque poterat luce clarius videre; Pontius, si nou mutasset formam argumenti Sancij vt dixi; nam dū illud refert ait (*probat Thom. Sanch. quia ab vltima voluntate reijciuntur conditiones de presenti impossibiles ergo &c.*) & si legisset secundum argumentum immediate positum quod totum desumitur ex intentione Pontificis in d. cap. fin. ibi (*secundo quia dum Pontifex decernit d. c. fin. conditiones impossibiles esse reijciendas nō ideo id decernit quia obligant ad aliquid impossibile; sed quia omnino impossibiles sunt, at tam impossibiles sunt siue apponantur de presenti &c.*) non igitur ab alio dispositionem hanc indagauit Sanch. quam à iure Canonico, neque eius argumentum fuit simpliciter ab vltimis voluntatibus ad matrimonium; sed facta, & probata suppositione; quod ius Canonicum eodem modo in hoc se habuit, ac ius civile in vltima voluntate.

Addit præterea n. 15. sine, quod minus ferendum est dum de conditionibus de facto impossibilibus disputat; hæc (*in quibus si attendas; Thom. Sanch. non loquitur consequenter*) verū quoniam hæc mera sunt verba, nec vllam huius notæ affert probationem; diluet ipse lector legendo quæ ex Sancio n. 3. apposuimus, iudicetq; num aliqua sit contradictio: solum id aduerto etiam in hoc non attendisse vim distinctionis; quam ex Greg. Lop. l. 6. v. monte t. 4 p. 4. affert Sanch. nimirum, si cōditio impossibilis defacto sit solum respectu illius, cui proponitur implēda; suspendit actum; nā potest alieno auxilio facere; si vero est impossibilis respectu aliorū, vt si dederis montē aureū artificiale, aut imperiū reijcitur: nō in quā videtur attendisse Pontius eius vim in hoc esse firā, quod in priori casu si dederis cētū mille poterit alieno auxilio impleri; in posteriori vero de mōte aureo artificiali, aut imperio id facile euenire non pōt; nec esset possibile defacto alicui personę supple. haberetot adiutores, vt illorū opibus mōtē aureū, aut imperiū habeat; et ideo hæc cōdi-

tio tãquā impossibilis defacto reijcitur: quā distinctionē si Pōti⁹ aduertisset. nō diceret (*neq; placet ea distinctio, qua vltur Greg. Lop. & Th. Sanch. quia alias nulla erit cōditio impossibilis defacto; cū quiduis multis hominibus cōuenientibus fieri posset licet difficulter*) at hoc ē; quod Sāchez appellat impossibile defacto; cū adeo difficulter fieri pōt; vt alicui personæ sit impossibile moraliter habere tale auxiliū. quod ēt post Sāc. notauit Del Vgo dis. 22. sec. 13. n. 365. vbi quāuis sibi videatur tradere nouā sētētīā: reuera tū idē ait quod Sāch. intendit; nā ait (*aliquādo it⁹ opus, seu cōditio ē huius subiecto impossibilis, vt tamē in ipso sit potētia moralis remota, seu capacitas vt illa impotentia à se, vel ab alio auferatur, & tunc credo non esse existimandā regulariter conditionem impossibilē: quia mens testatoris seu contrahentis est, si impotentia illa auferatur; prout auferri moraliter potest. Aliquando vero impotentia ipsa auferri non potest moraliter loquendo, & tū reputabitur cōditio ipsa impossibilis*) quod ipsum docuerat Sanch. n. 14. his verbis (*aut cōditio est impossibilis defacto solū respectu illius personæ, cui proponitur implēda, & non simpliciter etiam respectu aliorum. potest enim alieno auxilio adimpleri*) hoc explicauit Del Vgo potētīæ moralis nomine, remotæ tamen addit Sanch. (*aut est impossibilis etiam respectu aliorum, vt si dederis montem aureum artificialem; quamuis enim multis aureis congregatis posset contrui, at quia id non facile fieret nec esset possibile alicui personæ defacto, reijcitur*) ecce impotentiam, quæ moraliter non potest auferri, vt dixit Del Vgo.

DISPVATIO V.

Aut hæc cōditio, si Pontifex dispensauerit, reputanda sit impossibilis, & proinde si adijciatur in sponsalibus inter duos consanguineos, debeat reijci, ita vt sponsalia obligent, ac si essent contracta absolute.

P Robabilius est hanc conditionē, si Pontifex dispensauerit non reputari impossibilem, si adijciatur inter consanguineos in gradu iure

ecclesiastico impediēte, & habentes causam, ob quam Pontifex solitus est dispensare, & sic qui promittit matrimonium, nō potest ab hac promissione recedere altero, cui facta est promissio, inuito, donec videatur exitus; an Pontifex dispēset, si vero adijciatur inter consanguineos in eo gradu, in quo nūquam solitus sit Pontifex dispēfare, vel ij non habeant causam, ob quam Papa solitus est dispēfare, est impossibilis conditio, & nullā reddit promissionem; quia habetur pro non adiecta; vnde remanet promissio matrimonij inter personas inhabiles, quæ nulla est cum sit contra bonos mores. Probatur nunc prior pars scilicet conditionem; si Pontifex dispensauerit, nō esse impossibilem; quia id, quod pendet à voluntate Principis, tunc reputatur impossibile, quādo Princeps nō solet concedere, non vero quando solet. *l. apud Iulianum §. constat ff. de leg. 1. sed Papa solet dispensare, quando ē iusta causa in gradibus impediētibus matrimonium, ergo hæc cōditio si Pōtifex dispensauerit, quando impediēmentum est in gradibus iure ecclesiastico prohibitis, & habetur iusta causa dispensationis, nō erit impossibilis reputanda. ita etiam Angel. ma. 3. imp. 3. n. 4. Dec. l. ea, quæ raro n. 14. ff. de reg. iur. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. n. 9. Iul. Clar. lib. 5. recep. v. incertus vers. sed quid. Ant. G. super eo n. 8. de cond. app. vbi Calderin. Nauarr. l. 4. conf. 1. edi. t. de spons. con. 2. §. n. 2. in 2. tit. de consang. conf. 5. & ē Th. Adrian. Philiar. Veracrux. Petr. & Bar. à Ledes. apud Sanch. hic n. 12. sine*

2 Vnde etiam si hæc conditio apponatur, quando contra heretur per verba de præsentī, vt contraho tecum, si Papa dispensauerit, vel in secundo cōsanguinitatis gradu, modo sit iusta causa, non erit impossibilis, & reddit validū contractū. Ratio est, quia cōtractus hic resoluitur in promissione de futuro. *C. super eo in sen. de cond. appof. nec sic contrahentes peccarēt, nec incurrerēt excommunicationē la tam cōtra eos, qui in gradibus consanguinitatis contrahunt matrimonij, quia ea cōditio*

nō reputatur impossibilis, vt dictū ē, & suspēdit cōtractū in tēpus habile, scil. quādo per dispēfationē cessabit impedimētū. ita *Adr. 4. de ma. q. 3. dub. 10. Couarr. n. 7. Greg. Lop. l. 6. v. imposs. t. 4. p. 4. Nauarr. d. c. 5. Gutt. q. can. lib. 1. c. 22. n. 5*

3 Hinc inferitur ēt quod si quis relinquat legatū, vel maioratū Titio cū hac cōditione, si ducat Bertā suā cōsanguineā in 2. gradu, valet legatū, si addat illam cōditionē, si Pōtifex dispēfauerit. nā quāuis Pōtifex cū difficultate dispēset in 2. gradu. solet tamen dispēfare, & sic hæc cōditio nō habetur impossibilis. ita *Acosta. lib. 1. selec. c. 8. n. 14. Mol. in annot. de prim. g. n. 12. spectat vero ad eū, cui relictū est legatū, vel maioratus petere dispensationē, si illud velit, vt docet Meres. de mai. 1. p. q. 50. n. 3.*

4 Cōtraria tñ sētētia satis probabilis dicit illā cōditionē eē impossibilē, ūde nec promissionem cū ea factā tenere, sed posse promittētē resilire altero inuito. quāuis ea promissio fuerit iuramento firmata, & magnæ expēfæ factæ sint, ac spe talis promissionis virgo fuerit deflorata; immo volunt sic cōtrahentes peccare, eam tenēt multi DD. Theol. apud Sāch. n. 5. Vict. Verac. Enriq. Viuald. cū multis Canonistis Hoff. Anch. Io. And. Inno. Card. Abb. & alij *cap. super eo de cond. app. & c. fin. eod. An. Cu. lib. 5. in §. mai. t. 11. n. 56. Tello, l. 22. Tau. n. 18* immo hæc opinio nō solū ē probabilis, quādo impedimētū ē dirimens, sed ēt quādo ē impediēns, & sic si habentes impedimētū solū impediēns matrimonij promitterēt cū hac cōditione, si Pōtifex dispēfauerit, nulla erit promissio secūdū hāc probabilē sētentiā, etsi impedimētū sit per Episcopū dispēfabile. nā militat in oīb⁹ eadē ratio probabilis, nēpe quod conditio, quæ pēdet à volūtate principis reputatur impossibilis ex *l. contin. 137. §. cum qui ff. de verb. oblig. & l. inter stipulantem 83. §. sac. ff. de verb. oblig. & alibi.*

Q V A E R E S I.

An promissio matrimonij facta inter impeditos cū posita cōditione, si Pōtifex dispēfauerit obliget spōsalia, an vero solū, vt simplex promissio.

Resp.

5 R. nō solū in dicto casu, sed ēt generaliter, quoties inhabiles promittūt matrimonium sub cōditione, qua posita sūt habiles, vt si fidelis promittat infid. volo te ī vxō. si cōuerteris ad fidē, talis promissio impleta cōditione faciet vera sponsalia; quia quādo cōtrahūt sub cōditione, non cōtrahunt pro eo tempore, pro quo sunt inhabiles ad cōtrahendum, sed pro eo, pro quo sunt habiles, quando scilicet erunt ambo fideles, vcl habebunt dispensationem. quare ea promissio ante impletam cōditionem habebit vim simplicis promissionis, & postquam impletur cōditio, habebit vim sponsalium. Vide ex Theol. D. Anto. 3 p. 2. 1. Angl. v. ma. 3. Manuel. 1. 1. sum. 2. ed. c. 244. n. 9. Syl. ma. 8 q. 10. dic. 3. dicentem esse omnium.

Q V A E R E S II.

An promissio matrimonij facta inter consanguineos valida sit, & obliget, si non exprimat eam cōditio si Pontifex dispensauerit, vt si Titius dicat Berthe sue consanguinea in tertio gradu volo te in vxorem, nil aliud dicens.

33 Respondeo talem promissionem nullam esse, & per consequens non obligare promittentem. Ratio est, quia aduersatur bonis moribus, nec sufficit si promittentes sibi matrimonium intendunt premittere prius dispensationem; quia quando inicitur contractus inter homines, qui ignorant interiora cordis, oportet externe aperire necessaria ad valorem illius contractus, ergo cum ad valorem promissionis matrimonij inter cōsanguineos requiratur hæc cōditio. si Pontifex dispensauerit, debet externe exprimi, at si facta promissione absoluta, deinde tractent de petenda dispensatione, iam obligabit promissio prius facta, cum adhuc non sit retractata, & habeatur cōditio requisita, nempe petitio dispensationis. sic tenent Adrian. 4. q. 3. de ma. dub. 10. ad 2. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. n. 7. Gutt. q. ca. lib. 1. c. 22. n. 17. Lud. Lop. 2 p. inst. c. 42. de ma. fol. 1068. col. 2. & alij.

Contraria sententia, quæ dicit obligare promissionem non expresse cōditione, si Pontifex dispensauerit, est fa-

tis probabilis, quia promittens matrimonium consanguineæ necessario supponit dispensationem esse præmittendam, cum ea cōditio insit ipso iure sic in alio simili, quando testator apponit cōditionem, vt legatarius ducat consanguineam. Molin. lib. 2. de primo. c. 13. n. 7. Sotus 4. d. 29. q. 2. ar. 1.

Q V A E R E S III.

An promittens matrimonium sub cōditione si Pontifex dispensauerit in impedimento, si recedat à tali promissione, sequendo opinionem probabilem, qua dicit hoc licitum esse, teneatur soluere expensas factas occasione illius promissionis in impetranda dispensatione &c.

34 Respondeo licet fati probabile sit teneri soluere ratione contractus, cuius natura est, vt ab eo possit resiliri, seruando alterum indēnem, vt docet Gute. c. 22. q. can. l. 1. n. 19. & supponit Enriquez. lib. 12. de ma. c. 10. tamē probabilius est non teneri reficere expensas in impetranda dispensatione, sed tantum teneri soluere suam partem, imo si ad instātiā vnus petita est dispensatio, vnus tantum debet soluere; quia iure suo vtitur, & idem dico quādocumque ob iustam causam dissoluuntur sponsalia, non teneri eum, qui iuste resilit reficere expensas factas ab altero coniuge.

At si dolosè contraxit animo resiliendi, vel fecit aliquod, per quod alter cogitur recedere à sponsalibus, tenetur soluere expensas factas ratione talium sponsalium, vt si foemina post sponsalia fornicata est, tenetur soluere expensas viro; quia hic si resilit à sponsalibus, est coactus ne habeat illam iniuriam, at si vir fornicatur, & foemina per hoc resilit à sponsalibus, nō tenetur foeminae expensas soluere; quia hæc liberè resilit, nullum enim

damnum patitur nubens viro,

qui fornicatus est. ita etiam

Petr. de Ledesma de
matr. q. 47. ar. 5.
dub. 2.

QV AER ES IV.

An promittens femina sibi consanguinea matrimonium sub conditione si Papa dispensarit teneatur ipse petere dispensationem, & soluere solus expensas.

Respondeo teneri procurare dispensationem, quia videtur per eam promissionem tacite promittere se dispensationem petiturum. sic Tabiena, Armilla, v. sponsalia q. 8. & Petrus de Ledesma. verum non tenetur solus expensas soluere, sed cum altera coniuge, quia negotium est commune, quamuis quidam Doctor apud Nau. l. 4. 2. edi. sit. de cōs. Ang. cōs. 5. dicat hunc teneri solum expensas facere, sed nostra sententia est verior.

9 Vbi nota his, qui sub conditione, si Pontifex dispensarit, promittunt matrimonium, non licere amplexus, & oscula, quæ licent sponsis de futuro; antequam obtenta sit dispensatio; quia hæc promissio non habet vim sponsalium ante impetratam dispensationem vt dictum est n. 5.

DISPVATIO VI.

An conditio honesta, & possibilis adiecta de presenti, præterito, vel futuro suspendat matrimonium.

1 **D**ico primo conditio honesta, & possibilis de præterito, vel præsentia non suspendit; sed si conditio est vera, statim est verum matrimoniū, si non est vera, statim est nullum. vt contraho tecum, si Pater tuus vult, tunc si Pater vult matrimonium statim est positis requisitis Parocho &c. (de quo. dis. 8. infra) si vero Pater non vult. matrimonium nullum est, est communis sententia, quia hoc idem seruatur in cæteris contractibus; sed cum hac differentia, quod in illis, & in sponsalibus, postquam sunt contracta potest apponi conditio ex vtriusque consensu, ita vt si conditio non verificetur, dissoluantur, at in matrimonio, postquam absolutè est contractum, non potest amplius conditio apponi, quia non licet ab eo recedere etiam volentibus vtrisque

contrahentibus. In cæteris vero contractibus possunt, qui contraxerunt de communi consensu recedere, ergo possunt conditionem apponere. Ant. c. de illis de cond. app. Alex. de Neuo. nu. 17. Præp. nu. 4.

2 **D**ico secundo conditio honesta, & possibilis de futuro suspēdit matrimonium, vel spōsalia, donec impleat, siue conditio referat ad arbitrium alterius, siue patris, siue extranei, vt contraho tecum, si pater tuus voluerit, vel si Titius voluerit, siue ad aliam rem honestam, vt contraho tecum, si tantam dotem dederis, vel tantum donaueris ad cōpensandam inæqualitatem, quæ est inter nos propter meam nobilitatem, quia conditio siue relata ad voluntatem alterius, siue ad aliam rem honestam, semper suspendit consensum necessariū, ergo suspendit matrimonium, vel sponsalia vsque ad conditionis euentum. Vide Hostien. Io. Andr. Anchar. Abb. & alios plures Canonistas. d. c. de illis Brunell. de spons. con. 33. n. 3. Alex. Car. lib. 4. de spons. c. 6. in l. 9. tr. Ant. cucum. lib. 5. inst. mat. n. 53. & ex Theol. Sotum. Lud. Lop. Petrus Soto, & alios apud Sanch. n. 5.

3 At quamuis conditio de futuro suspendat matrimonium, tamen nō potest alter eorum, qui promiserunt recedere à promissione ante euentum conditionis, sed tenetur expectare donec conditio impleatur; nam ea est conditio contractus conditionalis, vt alter non possit inuito alio resilire ante implectam conditionē. Hort. Abb. Præp. anc. super eo de con. app. Couar. 4. dec. 2. p. c. 3. n. 6.

DISPVATIO VII.

Quando conditio hæc adiecta sponsalibus, vel matrimonio, contraham tecum. vel contraho si Patri placuerit, censeatur impleta ita ut ex tunc obligent sponsalia, vel matrimonium.

Resp. cū hac distinctione, si conditio est de præterito, vt si patri placuit, vel de presenti, si placet, si pater cōsensū præstitit, vel ruc præstat, quæ-

quāuis ipsi cōtrahētes id ignorent, & quāuis crederēt patri displicere, at haberēt verū animū cōtrahēdi casu, quo pater vellet, statim obligat matrimonium ea conditione contractum; quia nil deest ad consensum præstandum; nam iam per patris voluntatem posita est conditio, nec requiritur, vt expresse tunc pater velit, sed sufficit si habeat virtuales voluntatē, vt si prius cogitans de filij matrimonio, ipsi placeat, & postea tempore, quo illi dicit, si patri placet, contrahat, ille dormiat, iam habetur consensus patris virtualis existimatur enim in dormiente manere ille consensus, quem habebat, antequam dormiret, & non retractauerat. Immo sufficit ad hoc, vt verificetur conditio, quod pater scilicet voluerit, si interrogatus an velit filij matrimonium, illud approbaret; quia approbatio illa ostendit patrem habuisse consensum præteritum in filij matrimonio, nam quando dicitur, si patri placuerit, sensus est, si non habuit dissentium, & cum sciret, gratum haberet. Idem etiam dicit, si conditio est de præsentī, si patri placet, facit enim eundem sensum, scilicet si non displicet, & sciens gratum haberet.

At si pater prius dissentit in matrimonium, & deinde consentit, non est impleta conditio de præsentī, vel præterito, quia ea debet verificari pro eo tempore, pro quo apposita est, si vero conditio sit de præterito, & tempore præterito patri aliquando placuit, & aliquando displicuit matrimonium, statim posteriori voluntati, quia per eam retractatur prima voluntas, ita Sot. 4. d. 29. q. 2. ar. 1. *vers. sit ergo prima concl.* quamuis loquens de rati habitatione dicit forte ita esse. Ludou. Lopez. 2. p. *inst. noui ma. de mat. c. 42. fol. 1081.* & Et Barth. à Led. *dub. 25. post. 2. cōcl. 8. & annotato. de ma. in ca. ult. loco a nobis proposito.*

3 Si vero conditio est de futuro, si patri placebit, tunc statim verificatur, quando patri, postquam scit matrimonium filij, placet, nec requiritur, vt consensum exprimat, sed sufficit si nec consentiat, nec dissentiat, nisi contrahens

apposuisse conditionem. contrahat si pater manifestabit consensum. ita Syl. *matr. 3. q. 4. d. 4.* Alex. de Neuo *C. super eo de cond. app. n. 26.* Veracruz. 1. p. *spec. ar. 19. §. quidquid dicat contra Ang. ma. 3. imped. 3. n. 3.* Nauarr. *sum. lat. c. 22. n. 63.* putantes requiri, vt pater consensus exprimat.

Quod si pater conscius de matrimonio filij statim dissentiat, nullum est matrimonium sub ea conditione contractum; quamuis postquam dissentit, postea consentiat, sed requiritur, vt cōtrahentes iterum se obligent, quia statim ac pater dissentit, deficit conditio apposita, ergo illa obligatio inita sub illa conditione cessauit; ergo etiam si post pater centies consentiret non obligabit (nisi contrahentes denuo contraxerint) quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. *l. cum ex causa c. de remiss. & sermo simpliciter prolatus de prima vice est intelligendus l. boues §. hoc sermone ff. de ver. signif.* sic Sotus 4. d. 29. q. 2. ar. 3. *v. rogas autem.* Rosell. *matr. 5. n. 4.* Ang. *ma. 3. imp. 3. n. 2.*

Contraria sententia, quæ dicit hunc patris consensum post primum dissentium sufficere ad hoc vt dicatur impleta conditio, est probabilis, eam tenent multi Canonistæ. Alex. de Neuo. *C. super eo de cond. appof.* Tabien. *matr. 2. q. 11. n. 12.* Nauarr. *sum. v. 22. n. 63.* Ant. Cucus *lib. 5. inst. mat. 11. n. 54.* & ex Theologis Petr. Eedes. *de ma. q. 47. a. 5. dub. 7. fol. 250.* Ludou. Lopez. *nu. 2. cit. fol. 1082. §. præterea ex dictis.* quia ea conditio verificari debet, dum cōtrahentes persistunt in eadem voluntate, ergo sufficit, vt verificetur, dum non reuocatus est prior consensus à contrahentibus.

4 At si pater, dum filius contraxit sub ea conditione, si patri placebit, vel placuit, mortuus est, & filius mortem ignorabat, valebit matrimonium, & conditio censetur impleta; nam contrahentes in tantum apponunt eam conditionem ne patri displiceat, & ægrè ferat matrimonium, quod verificatur, si iam obierit. ita Ant. Præpos. Anch. Card. *dis. c. super eo* Lud. Lopez *loc. cit.*

l. cit. c. 43. f. 1092. Petrus. Led. §. circa ea, quæ dicta sunt. Nauar. n. 64. Rob. n. 3. l. cit. si vero dum contraxit, apposita conditione, si Patri placuerit, sciebat patrem iam esse mortuum, valebit etiam matrimonium, quia ea conditio est tamquam non adiecta, cum sit impossibilis, & ab eo, qui eam ponit, cognita ut impossibilis, ut diximus hoc lib. disp. 3. & seq. ita etiam Henricus lib. 11. de mat. cap. 12. n. 5. cum com. li. D. Quamuis Vincen. Alex. & speculator absolute putent non valere matrimonium, & Calderinus putet absolute valere d. c. sup. eo.

Petes an quando apponitur conditio sub his terminis si Patri placuerit, voluerit &c. sit conditio de præterito, an de futuro, cum ly placuerit possit esse præteritum, & futurum subiunctiuum. Respondo deo haberi pro conditione de futuro, quia communiter parentum consensus de futuro solet exigi.

DISPUTATIO VIII.

An matrimonium per verba de presenti sub conditione honesta contractum, ut contraho tecum si pater tuus voluerit, efficiatur validum statim impleta ea conditione absque nouo consensu.

Respondeo matrimonium contractum per verba de presenti statim effici validum posita conditione absque nouo consensu, nec adhuc ut validum fiat, requiritur ut contrahentes sciant eam conditionem esse impletam, sed tamen debent id scire, adhuc ut tuta conscientia possint uti matrimonio, & copulam habere; siue qui contrahunt sint habiles ad contrahendum, quia sc. non habent impedimentum, siue sint inhabiles, nempe habentes aliquod impedimentum, nam si tunc contrahunt de presenti, ut duco te in uxorem, si Pontifex dispensauerit; statim ac habetur dispensatio absque alio consensu fit matrimonium.

Probatur prior pars quando sc. contrahentes non habent impedimentum ex C. super eo de cond. appo. vbi Pontifex

dicit, quod is, qui matrimonium iniit sub conditione si Pater voluerit, non est cogendus consummare ante voluntatem patris; ergo intelligit cogendum esse posita voluntate patris, ergo posita voluntate est rerum matrimonium, alias non posset cogi ad consummandum, & hoc est verum etiam post Trident. ut videbimus nu. 6. Ita communiter Canonistæ. Cardinalis. Io. Andr. Alex. de Neuo. d. c. super eo & c. 1. eo tit. vbi Præp. Inn. Hort. Ant. de Butrio Montal. l. 2. fin. t. 4. p. 4. Villalobos in com. mun. opin. lit. M. nu. 66. Ant. Cuc. lib. 5. inst. mai. t. 11. n. 55. cum Palu. Soto. Manuele. Theol. quos refert. Sanchez nu. 5. fine.

Secunda pars, quando scilicet contrahentes habent impedimentum, probatur, quia sicut matrimonium requirit purum consensum de presenti inter personas legitimas, ita est sponsalia purum consensum de futuro inter personas legitimas, sed sponsalia inter inhabiles contracta sub conditione, quæ reddat eos habiles, ut si Pontifex dispensauerit, sunt valida impleta conditione; ut dictum est hoc lib. disp. 5. n. 5. ergo similiter matrimonium contractum inter personas inhabiles sub conditione, quæ reddat eos habiles, statim valebit impleta conditione. Ita Angel mat. 3. imp. 3. n. 4. Couar. 4. dec. 2. p. c. 3. n. 9. Greg. Lop. l. 3. v. Casar. met. 4. p. 4. At illi Doctores qui, (ut disp. 5. vidimus) tenent hanc conditionem, si Pontifex dispensauerit, esse impossibilem, negant statim post conditionem impletam, v. g. dispensationem Pontificis effici verum matrimonium absque nouo consensu, & est probabilis eorum sententia, posita illa, quam ibi diximus nu. 4. sic Victoria sum. de mat. nu. 258. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. post. 3. cõcl. Enriq. l. 11. hic c. 12. n. 3. Palud. lib. 5. de cont. c. vlt. dub. 6. f. 497. ver. ceterum horum placitum Candel sac. 1. p. mai. de mat. n. 55. & ij quosd. disp. 5. retulit.

Contraria sententia, quæ requirit nouum consensum post impletam conditionem, adhuc ut matrimonium

contractum sub cōditione inter personas, quæ nullum habent impedimētum, sit verè tale, est communis apud Theologos, & est probabilissima, mouetur præcipuè ex eo, quia consensus à principio præstitus, cum sit cōditionalis, non est sufficiens nec ad sponsalia, nec ad matrimonium constitutum ex *c. unic. de spons. in 6* ergo si adueniente conditione non sit alius nouus consensus, ille prior non erit sufficiens. sic D. Thom. 4. d. 29. q. unica a. 3. *questiu. 3.* D. Bonau. *ibi d. 28. q. 3. n. 13.* Dur. q. 1. n. 5. Ric. a. 2. Maior. d. 27. qu. 4. Enriq. l. c. Sotus 3. *concl. Candel. sacr. n. 54.* Victoria Couarr. l. *supra cit.*

3 Quod si quis contrahit matrimoniū cum duobus sub conditione honesta, vt cum Titia, & Berta sub conditione si tantam dotem dederis, illud erit matrimonium, cuius conditio prius impleta fuit. vt si Berta dotem prius dederit, & non Titia. Sylu. *mat. 3. q. 6.* Ang. *ibi imp. 3. n. 6.* at si conditio simul impleta fuit, si ambæ v. g. dotem dederunt, neutrum horum matrimonium valebit, quia incertitudo vitiat matrimonium *c. ex literis 2. de sponsal.* sed in nostro casu est incertum an velit Bertam, an Titiam. nam quando simul impletæ sunt conditiones, tantumdem est, ac si simul præstaret consensum Bertæ, & Titæ, ergo neutrum horum matrimonium est validū. sic Præ. citan. Iacobum de Locchis, & Calder. C. 1. *de cond. appof. Greg. Lopez l. 3. v. si medieres t. 4. p. 4.* Sylu. Ang. l. c.

4 Non desunt aliqui, qui velint in hoc casu prius matrimonium tenere impletæ conditione. sic Tabiena *mat. 2. q. 11. n. 12.* alij vero volunt posse hūc eligere, quam velit ex illis duabus. vt refert Præpos. c. l.

5 At si quis contraheret sponsalia cū duabus sub conditione, quando prius impleretur conditio secundi contractus sponsalium, tenetur expectare euentum conditionis primi, & illum ea impleta perficere. si vero simul impleatur conditio, teneretur ad priorem contractum non ratione sponsalium, quia nulla fuerunt, nam quan-

do fuit impleta conditio, & erant perficienda sponsalia, fuit mutata voluntas, sed ratione promissionis, cui non potuit derogari per secundā promissionem. vnde nō oritur impedimētū publicæ honestatis. cōtra Petr. Ledes. *de mat. qu. 47. a. 5. dub. 1. f. 2 5 1.* putantem primum contractum obligare vi sponsalium.

Q V A E R E S.

An prædicta sententia, nimirum matrimonium contractum per verba de præsentis sub conditione statim valere post conditionem impletam, nec requiri aliū consensum, habeat locū post Tridentinū.

6 R Espondeo affirmatiue. vnde si contrahant per verba de præsentis coram Parocho, & duobus testibus sub conditione honesta; siue ea sit de præterito. vt accipio te in vxorem, si pater tuus voluit; siue de præsentis, si pater tuus vult. siue de futuro, verificata conditione, statim sit verum matrimonium, nec requiritur vt Parochus, & testes præsentis sint verificationi conditionis assistendo nimirū tunc, quando impletur conditio; quia adueniente conditione matrimoniū retrahitur ad tempus impletæ conditionis, & manet ac si ab initio factū fuisset absolutè; sed impleta iam conditione coram Parocho, & testibus, esset verum matrimonium, & nil desideraret; ergo neque nunc postquam impletur conditio, aliquid desiderat, posito quod fuerit contractum corā Parocho, & testibus. Prob. 2. quia quando aliqui contrahunt per procuratorem, non est opus, vt Parochus, & testes videant literas, in quibus cōtinetur potestas procuratoris, vt patet ex vsu Ecclesiæ; ergo neque opus est vt sciant conditionem esse impletam, adhuc vt matrimonium sit perfectum, & sic si pendente conditione matrimonij initi coram Parocho, & testibus, contrahentes habeant copulam ante aduentum conditionis, Ecclesia præsumet illud matrimonium iam

iam esse perfectum; quia per copulā illam ante conditionem impletam videntur voluisse non expectare conditionem, & idem est in foro interno, si affectu maritali habeatur copula. Ita etiam videntur sentire Nauar. *lib. 4. cons. tit. de con. app. cons. 1. & Manuel. 1. s. sum. in 2. edit. c. 219. concl. 18. nu. 19.*

7 Quod si duo consanguineae contrahāt per verba de præsenti corā Parocho, & testibus, erit dicendum etiam post Trident. valere, vt matrimonium absque alio consensu posita dispensatione. At si contraxissent sponsalia sub hac conditione, si Pōtifex dispensauerit, transibunt etiam in matrimonium post Trident. si sponsalia illa, & copula fiunt coram Parocho, & testibus. Solum nota, quod debent habere, notitiam obtentæ dispensationis, vel ipsi contrahentes, vel eorum procurator, qui nomine ipsorum impetrauit dispensationem; quia aliter idem esset, ac si sine dispensatione commiscerentur, nam dispensatio, vel priuilegiū à tēpore quo impetrantes, vel eorū procurator sciuit concessionem, eis prodest.

DISPVATIO IX.

An conditio contraria substantię matrimonij aut bonis eius, ipsum annullat, siue sit de præsenti, præterito, aut futuro, an vero tamquam turpis reijciatur, & matrimonium sit validum.

1 **C**onditio contraria substantię matrimonij, nempe consensui, aut bonis eius, quæ sunt perpetuum vinculum coniugum, debitum sibi mutuo reddere, prolem educare vt dixi *lib. 2. disp. 29.* vitiat matrimonium, redditque nullum. habetur expresse *c. fin. de cond. appof. ibi (si conditiones contra substantiam coniugij inserantur, puta si alter dicat alteri, contraho tecum, si generationem prolis euites, vel donec inueniam digniorem, aut si pro questu adulterandam te tradas, contractus matrimonialis quantumuis fauorabilis caret effectu.)* Ratio est quia sine sua essentia, vel substantia nihil potest subsistere;

sed substantia matrimonij est consensus ad societate coniugalem sub quo tacite includuntur perpetua societas, prolis educatio, & fides mutuo seruanda, nempe non adulterari &c. ergo si destruat hęc substantia per conditionem si adulterari promittas, prolem suffocare, non simul perpetuo viuere. &c. non erit matrimonium, Dixi si adulterari promittas &c. quia sicuti de essentia matrimonij non est non adulterari, prolem educare, & perpetuo viuere simul; sed obligatio ad hęc omnia seruanda vt dictum est *disp. 29. lib. 2.* ita tunc conditio erit contra substantiam matrimonij, quando coniuges se obligabunt ad aliquid horum non seruandum; intellige conclusionem quando conditio est contra matrimonium præsens, non autem contra alterius matrimonium vt si dicas, contraho tecum, si feceris, vt coniux Petri adulteretur &c. quiastantibus his conditionibus saluatur substantia præsētis matrim. vt docet Palud. *4. d. 29. q. 2. ar. 1. n. 27.* Lud. Lop. *2. p. inst. noui ma. de ma. c. 42. fol. 1097.*

2 Vnde etiam patet, quod tunc solū nullum est matrimonium, quando conditio hęc contraria bonis matrimonij est de futuro; nō autem quando est de præsenti; aut præterito; quia quando est conditio de præsenti, aut præterito tantum explicatur executio contra bona matrimonij, vt dictum est. potest enim aliquis semel, aut pluries adulterari absque eo, quod dissoluatur matrimonium; sed promissio, & obligatio contra bona matrimonij est ad adulterandum v.g. vt dictum est *n. 1.* quæ explicatur per conditionem de futuro ita Palud. *l. c. Adria. 3. q. 3. de ma. dub. 9. §. resp. ad 1.* Couarr. *4. decr. 2. p. c. 3. §. 1. n. 9.* Enriq. *lib. 11. c. 12. n. 7.* quamuis D. Tho. *4. dist. 24. qu. vn.* Sylu. Victo. & alij graues DD. Theol. apud Sanch. hic *nu. 6.* circa medium sentiant nullum esse matrimonium contractum sub conditione cōtraria bonis ipsius, etiam si sit de præsenti, aut præterito. mouentur ex eo, quod *cap. fin. de cond. appof.* indistincte loquitur, dum ait conditionē

contrariam substantiæ matrimonij illud reddere irritum.

- 3 Vitiatur autem matrimonium per talem conditionem de futuro, etiam si sit conditio resoluens, & non suspendens, vt contraho tecum donec aliam ditiozem inueniam; vel etiam si conditio sit impossibilis, quia in hoc casu conditio impossibilis contraria substantiæ, vel bonis matrimonij non rejicitur; sed annullat matrimonium, & hæc vera sunt etiam de iure naturæ, & dum *cap. fin. de cond. appof.* dicitur conditiones has annullare, est declaratio iuris naturæ, non nouum statutum, ex Petr. Ledes. *de ma. q. 47. ar. 5. dub. 4. concl. 2. & 3.* hanc tenent etiam Abba. *d. 3. fin.* Card. Præpos. *c. 1. de cond. appof.* Couarr. *n. 10.* Lud. Lop. *d. c. 42. f. 1088.* contra Alex. de Neuo. Ioa. Andr. Anchar. *c. fin.* qui putant hanc conditionem, vt si dotem non dederis; possim dissoluere matrimonium; non annullare matrimoniū, sed rejcis, tãquam turpem. Ex his patet has conditiones, si te adulterandam tradideris; etiam si non addatur, & mihi debitum non solueris; vt putat Ang. *ma. 3. imp. 3. n. 11.* vitiare matrimonium; quia fides matrimonij vtrumque complectitur; si prolem neces, aut oculos eruas, manū &c. quia est conditio contraria bono prolis. hæc vero non vitiat secundum probabiliorem sententiam si filios exponemus alendos ab Hospitali &c. vel si filios proprio lacte non nutrieris; quia non est omnino contra bonum prolis, alia enim via potest educari. ita Ludo. Lopez. & Petr. Ledes. vbi perperam ait Pontius *l. 3. cap. 9. n. 6. Sanctio non intellexisse sensum Adriani quem n. 9. refert. nam Sanchez ponit per extensum illius verba ibi (quod est dicere, at ipse se explicat in solutione ad 3. non vitiare, quando sunt de presenti, vel præterito)* at Pontius solum dicit (Thomas Sanchez eius sensum non intellexit) & nil addit.

DISPUTATIO X.

An conditio contraria bonis matrimonij si honesta sit. (vt si contrahant hac lege, vt in perpetua castitate viuāt) illud vitiat.

1 **R** Esponsio est affirmatiua, nimirum conditionem honestam contrariam bonis matrimonij reddere illud nullum. Ratio est, quia talis conditio repugnat intrinsecis, & necessarijs ad matrimonium, ergo illud destruit. probatur anteced. quia vt suppono ex *libro 2. disp. 1.* ad essentiã matrimonij requiritur, vt non addatur dissentus potentiæ, seu possibilitati ad copulam, seu adhibendam prolem. Secundo, quia quando in contractu matrimoniali apponitur conditio, vt vterque coniux maneat in perpetua castitate, amittunt ius ad petendum, aut reddendum debitum, in quo diximus *libr. 2. disp. 1.* consistere essentiã matrimonij. sic D. Thom. *4. d. 28. qu. unic. ar. 4. ad 3.* D. Bonauen. *qu. vltima numero 33.* Riccard. *qu. 4. ar. 2: ad 3.* Ludou. Lopez. *2. par. inst. de ma. c. 42. fol. 1080. col. 2.* Viuald. *Cand. 1. par. de matr. numero 56.* Bart. à Ledesma *dub. 25. de ma. conc. 4.* Enriquez. *l. 11. c. 4. numero 1. de matrim.* Couarr. *4. decr. 2. p. c. 3. §. 1. numero 3.* Nauarr. *libr. 4. con. 1. edi. 2. 1. de sponsa. conf. 18. numero 2. in 2. edi. libr. 3. t. de voto. con. 11. & alij.* & sic hæc conditiones, contraho tecum si voueas, nunquam petere à me, nec reddere debitū, aut contraho tecum, si pactum facias nõ exigendi debitum, aut si pacisci volueris, vt certis diebus v. g. sextis ferijs abstinemus à copula, reddunt nullum matrimonium, quia hæc omnia, siue in totum, siue in partem sunt contra bona ipsius. Vide Adria. *4. matr. de ma. qu. 3. dub. 9. in 2. fol. ad 3.* Vigue. *libr. institut. c. 16. § 7.* Bart. à Ledes. *post quartam conclus. not. 2.* Ludouic. Lopez. *loc. cit.*

- 2 Contraria sententia docet, conditionem honestam contrariam bonis matrimonij illud non irritare. Ratio est, quia copula carnalis non est de essentiã matrimonij, ergo conditio ab illa abstinendi non erit contra essentiã matrimonij, & est verè probabilis. sic Palud. *4. d. 30. q. 2. ar. 1. conc. 2. n. 6.* Abul. *c. 30. Numer. q. 32.* Barbat. *C. fin. col. 1. de precarijs.*

3 Non vitiabitur vero matrimonium, sed erit validum si pactum apponatur non cohabitandi simul per aliquod tēpus, quia non est bonum matrimonij vt omni tempore simul cohabitēt cōiuges, vel si adiiciatur hoc aliud, vt liceat ingredi religionem ante consummationem, vel post consummatum matrimonium de communi consensu liceat religionem profiteri. Ratio est, quia hæ conditiones iure communi sunt appositæ; sed conditiones iure cōmuni appositæ non reddunt irritum matrimonium, ita docent Ioa. Andr, Anchar, Præpos. Alex. de Neuo. Iacob^o de Tochis apud Alex. de Neuo C. *fin. de cond. app.*

Hic Pontius *lib. 3. c. 11. n. 4.* asserit D. Tho. D. Bonauen. & Riccardū, quos pro sua sententia citat Sanch, vt vidimus *n. 1.* esse in longe diuersa sententia ab ea, pro qua citantur, putat enim Pontius hos DD. sentire hanc conditionem: si non reddamus debitum, si nō cognoscamus inuicem, tūc vitare matrimonium, quando ita intelligitur, vt si re ipsa copulentur, sit fornicatio, itaut non excusentur ab his peccatis ratione contractus, ducitur ad hanc expositionem Pontius solum auctoritate Vasquez. & Rebell. *lib. 2. q. 10.* Verba Pontij sunt. (*adducit Tho. Sanch. libr. 5. disp. 9. n. 2. pro hac sententia*) nimirum conditionem honestam non reddendi debitum &c. esse contra substantiam matrimonij vt diximus) D. Th. D. Bon. Riccard sed illi sunt in longe diuersa sententia. vt statim ostendam.

Deinde *n. 1.* ponit suam sententiam (*ceterum vt veram sententiam explicem. Dico primo si ista conditio, vt non cognoscamus inuicem, neq; reddamus debitum, ita intelligatur, vt si re ipsa inuicem accesserint, & copulentur, sit fornicatio, quasi ab his peccatis ratione contractus non excusentur, planè vitiat matrimonium. ratio est &c.*) & post suā rationē addit. (*atq; in hoc sensu exillimo locutos fuisse D. Th. D. Bonau. & Riccard. vt diligenter explicat Gabr. Vasquez. 2. tom. in 2. p. disp. 125. c. 6. à nu. 69. Rebell. lib. 2. q. 10.*) Hæc Pontius. verum ego valde miror, cur in hanc suam sē-

tentiā trahat D. Th. D. Bonau. & Ricc. & asserat Sanciu illos male pro sua sententia citasse, cū reuera prædicti DD. clarissimis verbis sententiā, quā Sācius sequutus est, amplectantur. Riccar. loco à Sanch. *cit. disp. 28. q. 4. ar. 2. ad 3.* hæc habet (*ad 3. dicendū, quod si aliqui contrahunt sub hac conditione, quod nūquā sibi inuicem reddent debitū, ipsi non tantū excludunt carnalē copulā, sed etiam mutuā translationem corporū suorum in alterius potestatem quantū ad concubitum cōjugalem, & ego bene concedo, quod consensus in talē translationem requiritur ad matrimoniū contrahendum*) Eadē habet D. Bonau. quē breuitatis causa prætermitto, at non omittam D. Th. is enim in *4. disp. 28. q. vn. ar. 4. ad 3.* vbi citat Sanch. ait (*ad 3. dicendum, quod illa conditio explicata*) nempe consentio in te, vt non cognoscas me (*non solum actui, sed potestati contrariatur carnalis copulæ*) & ideo est contraria matrimonio: adeo clara sunt horum DD. verba, quibus explicant matrimonium contractum sub conditione non habendi copulam esse irritum, vt passim à DD. pro hac sententia citentur.

Referam ego vnum, aut alterum virum insignem, cuius auctoritati facile erit Pontio cedere. Sotus in *4. dist. 29. q. 2. ar. 3. ver.* in prima autem conclusione circa mediū ait, (*nihilominus contraria sententia est communis, eadēque verisimilior censens conditionem illam, vt neuter alteri debitum reddat*) esse cōtrariam fini, & fidei matrimonij. ita ait Adrianus. Immo D. Tho. in *4. dist. 28. ar. 4 ad 2. dicit, quod si mulier dicat viro, cōsensus in te, vt non cognoscas me, non est cōsensus matrimonialis, quia illa conditio nō solū actui, verum & potestati cōtrariatur carnalis copula*) hæc Sotus, ita etiam D. Th. intelligit Nauarr. *lib. 3. cons. in 2. ed. con. 11. n. 3. tr. de voto.* (*nec obstat, quod Paludanus tenet valere matrimonium contractum cum conditione ne petatur debitum, vel vt seruetur continencia, eo, quod non est turpis, sed honesta, tum quia contrarium tenet S. Thom. in 4. dist. 28. ar. 4. ad tertium.*) fatis quidem mihi videtur horum Doctorum t esti-

testimonium ad ostendendum minus recte Pontium asseruisse Sancium citasse pro sua sententia D. Tho. Ricc. & D. Bonau. cum sint in longe diuersa ab ea: immo ipsemet Rebellius, quem pro se citat Pontius *lib. 2. q. 10. ab eo cit.* adeo clarum putat D. Thom. esse in Sancij sententia, vt non alia via euadere sibi posse putet, nisi dicat S. Tho. in 3. *p. q. 29. ar. 4.* acutius penetrantē (vtor ipsius Rebellij verbis) essentialē perfectionem matrimonij paucis implicite reuocasse ea, quæ in quarto pro contraria sententia dixerat; ego tamē puto D. Th. nullo pacto sententiā mutasse; sed dum ait in 3. *p. (forma autem consistit in indiuisibili concursu animorū)* voluit nullum requiri consensum in copulam, neque implicite, neque explicite ex parte contrahentium; sed solum ex parte cōtractus, vt bene explicat Sancius *lib. 2. dist. 28. nu. 4.* flet igitur tum ex verbis D. Th. & aliorum; tū ex testimonio doctissimorum hominum, immo aduersariorum Sancium recte pro sua sententia citasse D. Tho. D. Bonau. & Riccard. cuius oppositum immerito dixit Pontius. Porro eius argumenta, quibus conatur nostri Sancij euertere fundamentum, vt sæpius accidit, responsione non indigent, sunt enim eadem, quæ Sancius contra se opposuit, ac optime soluit, vt legenti patebit.

DISPVATIO XI.

An hæc conditio annullet matrimonium, vt alter cōiux non teneatur debitum reddere quoties alteri non est licitum illud exigere.

Verius est hanc conditionem annullare matrimonium; probatur, quia hæc conditio iure non inest, nam sæpè accidit, vt vir peccet mortaliter exigendo; at vxor non potest debitum negare; vt si vir votum castitatis emiseric, vel petat affectu fornicario, tunc enim

ipse peccabit exigens, at mulier debet reddere; ergo si ob positam conditionem sit licitum debitum negare, non erit plena translatio corporum, quod est contra substantiam matrimonij. Ita Adria. *4. q. 3. de matr. dub. 4.* Ludo. Lopez. *2. p. inst. noui matrim. de matrim. c. 42. fol. 1080. col. 2.* Petrus Ledesma *de matrim. qu. 47. ar. 5. dub. 4. circa sol. ad 3. dub. 2. fol. 236.* si vero pactum sit, vt possit coniux debitum negare, quoties sibi licet, tunc non annullatur matrimonium, quia hæc conditio iure inest, aliqui tamen putant dictam conditionem non annullare matrimonium, tum quia remouet ansam peccandi, tum etiam quia ea conditio iure inest. sic Ant. Cuc. *lib. 5. inst. maio. t. 11. n. 112.*

DISPVATIO XII.

An si Pagani aut Iudæi contrahant matrimonium ea lege, vt possint dare libellum repudij iuxta ritum eorum, validum sit matrimonium.

1 **M**atrimonium contractum à Iudæis, vel Paganis cum pacto, vt possint dare libellum repudij, est nullum. Probatur, quia ea conditio est contra matrimonij substantiam, vult enim posse dissolui vinculum perpetuum, quia nunc ea lex non excusat Iudæos à culpa; nec dat ius aliud matrimonium ineundi, cæteris vero gentilibus. nūquam hoc permissum fuit, vt docet Sot. *4. d. 33. q. 2. ar. 2. concl. 2.*

2 Vnde si infidelis contrahat secundū ritum suum apponēdo pactum, vt tot vxores habeat, quot potest alere, est nullum matrimonium, quia est contra fidē matrimonij; secus tamē esset si id nō reducat in pactū. sic Card. Alex. de Neuo. & Præp. *cap. de infideli consangu.* Idē dicas, si dū cōtrahit habeat animū repudiandi vxorem secundum ritum suum; quamuis id non deducat in pactum, quia intentio non seruandi perpetuitatem in matrimonio, illud anulat, vt *lib. 2. disp. 29. dictum est.*

DISPVATIO XIII.

An quando conditio contraria matrimonio apponitur ab vno tantum ex contrahētibz vitiet matrimonium.

Probabilius est conditionem contrariam matrimonio etiam si ab vno tantum apponatur vitare matrimonium; ita vt nec valeat, vt matrimonium, nec vt sponsalia. probatur; quia diuersitas in contractibus vitiat illas ex l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verb. oblig. ergo etiam in matrimonio; nam per hanc diuersitatem non vniuntur consensus, ex qua vnione oritur contractus. Ita Ioan. Imola. l. vbi ita donatur n. 3. ff. de dona. c. m. Couarr. 4. dec. 2. p. c. 3. §. 1. n. 11. Ant. Cucus l. 5. inst. mai. §. 11. n. 113. Iurisperiti, & ex Theolo. Adrian. 4 q. 3 de ma. dub. 9. Petr. Led. de ma. q. 45. dub. 5. princ. circa solu. ad 8. dub. 4 sol. 239 qui idem asserit, etiam si copula sequatur.

2 Sunt tamen multi Canonistæ Inno. Hostien. Io. Andr. Card. c. fin. de cōd. ap. pos. Brunel. de spons. concl. 33. nu. 5. & alij, qui volunt esse matrimoniū, quando vnus apponit conditionem, sed alter dissentit, vel tacet, quia tunc taciturnitas accipitur in fauorem matrimonij, eam sequitur ex Theol. D. Ant. 3. p. s. 1. c. 19.

3 Alij vero volunt, quando conditio contraria matrimonio apponitur ab vno ex coniugibus, tum esse matrimonium si copula fuerit sequuta. Ita Abba. Rosella ma. 5. n. 1. Sylu. v. matr. 4. Greg. Lop. lib. 5. tit. 4. p. 4. vers. niel casamiento & sunt ambæ probabiles.

DISPVATIO XIII.

An sponsalia reddantur etiam nulla per conditionem contrariam substantia matrimonij, & bonis eius.

Si conditio contraria matrimonio ponitur, vt post initum matrimonium impleatur, erunt nulla talia sponsalia; vt si dicas, contraham tecum, si promittis debitum negare, quādo cō-

iuges erimus; vel etiam si implenda est ante matrimonium; tamen illi officiet; postquam erit initum; vt contraham tecum, si sumas venena; quibus reddaris sterilis: nam sterilitas officit matrimonio ineundo, & sic nulla erunt sponsalia per talem conditionem. sic intelliguntur D. Tho. D. Bonau. Duran. & Riccar. & alij, quos refert Sanch. hic n. 1. dum aiunt vitari sponsalia per conditionem contrariam substantiæ matrimonij. si vero debet impleri ante matrimonium, & per eam non fiat iniuria matrimonio futuro, valent sponsalia; vt si dicas contraham tecum, nisi ante initum matrimonium ditioem aliam inueniam; nam ea conditio non opponitur matrimonio; quia nō tollit inseparabilitatē illius, & hoc est verum, etiam si talis conditio sit turpis, vt contraham, si forniceris ante matrimonium, nam reijcitur vt turpis, & sponsalia sunt valida.

DISPVATIO XV.

An conditio turpis, que non est contraria substantia matrimonij, nec bonis matrimonij suspendat, aut habeatur pro nō adiecta, vt contraho tecum, si furtum admiseris.

Quod in titulo quærimus est, a quādo quis apponit conditionē turpē, sciens esse talē, & sit dubius, an vere habuerit intentionē non contrahēdi, nisi ea conditio turpis impleatur, existimandum sit in foro conscientiæ, & externo matrimonium esse suspensum, donec impleatur conditio illa, an vero dicendum sit, statim valere reiecta cōditione turpi, vt diximus de impossibili disp. 3. nam certū est; quod si is, qui apposuit conditionem turpē, sciens esse turpem, habuit animum nō contrahendi; nisi ea impleta, nullum est matrimonium etiam in foro externo, vel si nesciuit eam conditionem esse turpem, aut si ignorabant ambo contrahentes eam conditionem haberi pro non adiecta ab Ecclesia, vt dixi hoc lib. disp. 3. n. 3.

Dico

2 Dico igitur in tali casu, quando dubitatur an apponens conditionē turpem matrimonio, habuerit intentionem contrahendi; matrimonium valere statim, & conditionem haberi pro non adiecta, si sit de futuro; sic Greg. Lopez. Enriq. Lud. Lopez infra cit. at si sit de præsentī, aut præterito non rejicitur; vt contraho tecum si furtum admisisti, tunc enim valet matrimonium, si illa furtum commisit. Ratio est, quia quando est in tempus futurum habetur pro impossibili, nā incitat ad peccatum, vnde moraliter est impossibilis. Id enim possumus, quod iure possumus. *l. nepos. Proculo. 125. ff. de verb. sign.* & sic habetur pro non adiecta, vt dictum est de conditione impossibili. Et hoc factum est in fauorem matrimonij, vnde in cæteris contractibus conditio incitans ad peccatum non habetur pro non adiecta, quia nō sunt tātā sanctitatis, quā tātā est matrimonium, at quando est de præterito, vel præsentī valet, quia non inducit ad aliquod malum faciendum, sed supponit iam esse factū. ita D. Tho. *4. d. 29. qu. vn. ar. 3. quasiunc. 3.* vbi Palud. *qu. 2. ar. 5. n. 28.* Andr. *4. q. 3. de ma. dub. 9.* Enriq. *lib. 11. de ma. c. 12. n. 7.* Ludo. Lop. *2. p. instr. noui ma. de mat. c. 42. sine Palac. lib. 5. de contr. c. ult. fol. 498.* cum Greg. Lop. *l. 6. v. si furiares t. 4. p. 4.* Alex. Carreri *lib. 4. de spons. c. 3. in tom. 9. tractatum.* Couarr. *cap. 3. §. 2. n. 2. 4. decr. 2. p.*

DISPVATIO XVI.

An hæ conditiones tamquam turpes rejiciantur si tecum concuberis, si virginem te inuenero, vel in primo concubitu mihi placueris, contraham tecum.

I **R**espondeo si prima conditio intelligatur de concubitu turpi rejicitur, & manent sponsalia absoluta. si vero intelligatur de concubitu honesto, suspenduntur, donec impleatur conditio, sensus enim est; contraham tecum, si statim post contractum matrimonium tecum coibis, nec expe-

ctabis bimestre, quod conceditur sponsis à iure, intra quod possunt non cōsummare. Ratio est, quia hæ conditio non est turpis, & apponitur diuerso modo, ac iure inest, sic Adr. *4. q. 3. de ma. dub. 8.* Sot. *4. d. 29. q. 2. ar. 3. post 3. conclusionem.*

2 Ad secundam conditionem, si te Virginem inuenero. Respondeo si ille intendat inuenire modo licito per aspectum matronarum, tunc erunt sponsalia; quia conditio hæc non est turpis, si vero intelligat per concubitum, est turpis, & rejicitur ac si non esset adiecta. (intellige semper in dubio, vt dictum est *disp. præced. nu. 1.*) & remanent sponsalia.

3 Tertia vero: si mihi in primo coitu placueris, semper rejicitur, quia incitat ad peccatum; nam talis concubitus factus animo experiendi, an foemina sit virgo, non potest esse animo maritali.

At si quis dicat, si tecum concuberis contraham tecum, vel dabo centum, secuta copula non erunt sponsalia, nec matrimonium; sed potest promittens vel dare centum vel perficere matrimonium. Vide Nauarr. *sum. c. 22. nu. 66.* Sylu. *matr. 3. q. 8.* Couarr. *4. dec. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 12.* Ant. Cucum *lib. 5. inst. mat. t. 11. n. 51.* Cardin. C. *pertuas de cond. app. n. 4.* vbi Alex. de Neuo *n. 11. Præp. n. 6.* Art. *conf. 82. col. pen.* Petr. Soto. *lec. de matr.* Enriq. *lib. 11. c. 12. n. 6.* Philiar. *de off. sac. t. 1. p. 2. lib. 2. c. 1.* Manuel. *t. 1. sum. 2. edit. c. 244. concl. 8.* loquentes de secunda conditione. & Euer. *in topic. loro anat. alternatiuo. nu. 1.* vbi alios refert. circa ultimam condic.

* Quis dissimulet Pōtium *lib. 3. cap. 9. n. 6.* dicentem non constare sibi Thomam Sanchez in hac disp. dum dicit si te virginem inuenero per aspectum matronarum validam esse cōditionē; si vero per concubitum, rejiciendam esse; cum verè non sit solida ratio talis inconstantiae ab ipso allata, verba Pontij sunt (*sed non constat sibi Thomas Sanchez quod sic ostendo.* Hæc conditio si te Virginem inuenero per concubitū equiuales

ualet huic, si tecum concubueris; ergo eodem modo Thomas Sanch. iudicare deberet de ista ac de illa, de qua paulo supra, si tecum concubueris, sicut ergo dixit illam aliquando suspendere, si sermo sit de copula licita, idem etiam de ista dicere debuisse.) Certè hic auctor nimia, ut videtur (cupiditate Sancium impugnandi non accuratè eius dicta) quæ clarissima tamen sunt, examinat. intelligat tandem à Sancio duos casus poni, primus est quando conditio apponitur hoc pacto; ducam te si mecum concubueris, & tunc si intelligatur de concubitu turpi, hoc est, si ante matrimonium initum per verba de præsentem mecum concubueris, quo casu semper est illicitus concubitus, est turpis, & reiicienda; si vero intelligatur de concubitu licito, qui est post contractum matrimonium nondum elapso bimestri, ita ut sensus sit, volo tecum contrahere, si tu nolueris expectare bimestre post matrimonium, ad habendam copulam conjugalem; sed statim ac contraxerimus, mecum concubueris tunc ait Sanchez hanc conditionem non reiici; sed valere, suspendereque consensum. at secundus casus est quando conditio ponitur: ducam te si per concubitum Virginem inuenero, & tunc ait conditionem esse turpem, & reiiciendam, quia incitat ad peccatum, nam vult ante matrimonium contractum copulam habere; quod nunquam potest esse licitum, & sic non potuit distinguere, ut fecit in primo casu de concubitu licite habito, & illicito: quare non bene existimauit Pontius primam conditionem si tecum concubueris: æquiuale huic si te virginem per concubitum inuenero; nam prima intelligitur si tecum concubueris, quando erimus coniuges non dum elapso bimestri: hæc autem intelligitur si tecum concubueris antequam contrahatur matrimonium, & virginem inuenero, quod idem est ac dicere si fornicationem mecum commiseris. Quis igitur non videt satis constanter primam admittendam esse, secundam,

vero ut turpem reiiciendam Sancium nostrum asseruisse. Omitto Sancij verba per extensum ponere; tum quia codex obuius est; tum quia fideliter in hac disputatione eius doctrinam retuli.

DISPUTATIO XVII.

An sicut conditiones turpes, & impossibiles reiiciuntur à matrimonio; ita etiam reiiciantur à sponsalibus.

R Esp. affirmatiue reiiciendas esse tales conditiones à sponsalibus. ratio est quia sponsalia sunt initium matrimonij, & dispositum in matrimonio censetur dispositum in sponsalibus *l. oratio ff. de spons.* hæc est concors omnium DD. sententia, quos supra dis. præ. retulimus, & Turrecrem. *C. ubi non est 30. q. 2. n. 3. D. Ant. 3. p. 1. l. c. 19. §. 5. paulo post principium Palud. 4. d. 29. q. 2. ar. 3. con. 7. n. 22. Philiar. de off. sac. 1. p. 2. lib. 2. c. 1. §. 1. es conditionis lex fin. 1. 4. p. 4* licet Petrus Lelema de *mat. q. 47. art. 5. ad finem* affirmet contrarium teneri a doctissimis theol. salmaticensibus, & ipse putet probabile.

* Nō est veritus Pontius *lib. 12. c. 7. n. 3.* tot insignes DD. contemnere, dummodo Sancium videatur contemnere; quod si iure fieret, non dolerem. quid tandem noui afferat videamus ait *n. 3. cit.* (sed difficultas est quid dicendum si conditio turpis, vel impossibilis adhibeatur contractui sponsalium, iure naturali constat dependentem esse consensum à conditione, & ita ex impossibili conditione esse nulla sponsalia cum impleri conditio non possit; ex turpi vero suspendi usque ad euentum conditionis; sed an iure repellatur à sponsalibus sicut à matrimonio differensio est. Thom. Sanch. cum alijs *lib. 5. dis. 17. n. 2.* censet repelli: fundamenta eius adeo debilia sunt, ut ipse eorum debilitatem agnoscens recurreret ad communem Doctorum sensum, sed quid tu mihi communem Doctorum sensum opponis, in re quæ ex iuris tantum potius dispositione pendet.) at quam indecorum est ita despiciere virum insignem, cuiusque modestia vri

ad ipsum carpendum, an non recte, & prudenter factum putandum est, in assequenda mente Iuris quando dubium est; an ad aliquem casum eius dispositio se extendat; communem Doctorum sensum sequi; nec proprio fidere ingenio, hoc fecit Sanchez sequutus communem. Iuris peritorum sensum in eo *cap. fin. de cond. app. intelligendo teste Bonacina q. 2. de matrim. punt. 10. n. 27. Petro Lede. de matr. q. 47 art. 5. dub. 6. ad finem* nec ipse Pontius negat, secutus est D. Th. D. Bonauen. Ricca, D. Ant. Turre. Palud. Sylu. Rossell. Adrian. Lud. Lopez. Sotum. Philiar cum Viguerium Barth. a Ledes. *loc. cit. in dis. hac, n. 2. ab ipso Sanch. Card. C. pertuas n. 4. de cond. app. Alex. de Neuo n. 9. & 11. Præp. n. 6. Aret. conf. 82. Nauar. sum. c. 22. n. 66. Couarr. 4. decr. 2. p. c. 3. s. 2. n. 12. Tabien. mat. 2. q. 11. n. 12. Anto. Cucu. lib. 5. inst. maior. ti. 11. nu. 51. & alijs, quos dis. 16. n. 7. & 5. refert non ergo debuit a Pontio reprehendi quod communem Doctorum intelligentiam secutus sit; præsertim cum ipsemet Pötius, vt *lib. 4. dis. 15. ostendi illum carpat eo quod voluerit vocare in quæstionem sententiam communi Doctorum sensu firmatam: quod an ita fuerit, ibi vide. at quæ tandem tam evidens, tamq. in dissolubilis ratio mouet Pontium, vt contra tam concordem Doctorum insignium sententiam, putet esse sentiendum, vnica ea est ibi (quia quod habeatur pro non adiectis in matrimonio tantum est, ex dispositione iuris positiui favore illius ob præsumtionem; quæ non habet locum in sponsalibus, & quæuis l. Oratio ff. de spös. dicatur dispositum in matrimonio censori etiam dispositum in sponsalibus loquitur de inhabilibus ad matrimoniam, qui etiã inhabiles erunt ad sponsalia) hoc idem argumentum, & alia duro proposuit contra se Sanchez n. 1. & tamen contrariam sententiam est amplexus ob Doctorum auctoritatem, & quamuis ingenue fassus sit rationes esse urgentes, tamen posita probabili solutione, quam n. 3. attulit putauit, & merito præponderare vnanimem Do-**

ctorum sensum, nec solutio adeo inefficax est, vt reddat argumenta omnino euidencia; & vt de alijs sileam, tantum afferam solutionem; quam ad argumentum Pötij tradidit ibi (*dis. eo quando decretum correctorium non est in penam; nec in alicuius odium; sed declaratorium voluntatis ob bonum commune, & fauorem contractus extendi debere ad casum similem, & in quo similis ratio militat: at c. fin. non statuit reijci conditiones impossibiles, & turpes in odiu, & penam adijcientium, nam similiter reijceret acqteris contractibus; sed id desinit fauore matrimonij, vt potius conseruetur, quam pereat vt ibi dicitur; cum ergo sponsalia disposita ad matrimonium, & via sint, idem fauor ad ea extendi debet*) neque expositio l. oratio, quam Pötius dedit, excludit penitus omnes intellectus, eaque solum est tenenda: cum ex ea leges Doctores passim inferant dispositum in matrimonio ceteri dispositum in sponsalibus; non solum quando lex prohibet matrim., sed etiam quando permittit; vt habet Bald. in hac lege. ibi (*& quando aliquid permittitur videtur esse omnia permessa per quæ peruenitur ad illud*) non fuerat ergo Pontio necessariam Sancium increpare in hac sententia: simul enim D. Th. D. Bonacina, & alius Theologiæ ac iuris prudentiæ lumina, quos Sanc. est secutus increpat. quod non recte factum prudens quique putabit.

DISPVATIO XVIII.

An conditiones impertinentes habeantur pro non adiectis, vel potius suspendant matrimonium.

CONDITIONES impertinentes quales sunt, si non es cæca, vel si es pulchra, vel si es diues, quæ non pertinent ad substantiã, aut ad bona matrimonij, non reijciuntur: sed suspendunt consensum, donec impleantur; quia conditiones iure non reprobatae, possunt apponi, matrimonio *ex cap. sup. eo de condit. app. pos.*

pos. sed hæ conditiones non sunt iure reprobata; nam nõ sunt turpes, ergo possunt apponi. Vnde non placet, quod ait Sotus 4.d.29. qu. 2. a.3. Paulo post princ. conc. 2. & Bart. a Ledef. dub. 23. de mat. conc. 9. tales conditiones rejici à matrimonio, nempe si non es cæca, vel clauda, sed nullum ius, vel rationem afferunt.

DISPVATIO XIX.

An idem, quod de conditionibus est dictũ, censendum quoque sit de modo, & demonstratione, & causa, ita vt si hæ contrarientur matrimonio, illud vitiet, si sint honesta illud suspendant, si turpia aut impossibilia rejiciantur, ac si adiecta non essent.

I AD hoc vt intelligatur quæsitum, in titulo, sciendum est primo ex Sanch. hoc lib. disp. 1. matrimonio, vel alicui contractui præter conditiones, de quibus diximus vsque adhuc, posse etiam aliquid addi per modum demonstrationis; & est quãdo significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relatiuum qui, quæ quod, vt contraho tecum, quæ es virgo, quæ es pulchra &c. vel per modum causæ, quando sc. significatur causa, ob quam mouetur ad contrahendum, & explicatur per dictionem, quia, vt contraho tecum, quia diues es.

2 Sciendum est secundo aliquid posse addi matrimonio vel cõtractui, per modum modi ex Sanch. hoc lib. disp. 1. qui est quoddam onus, quod imponitur illi, cum quo fit contractus, & explicatur per particulam vt; v.g. cõtraho tecum, vt des mihi centum, vt honores consequar. Differt autem, modus à conditione in hoc, quod cõditio suspendit cõtractum donec impleatur: modus vero non suspendit, sed statim perficitur; remanet tamen obligatus ille, cum quo contrahitur ad implendum modum. v.g. vendo tibi equum vt Panormum venias, statim efficitur contractus venditionis; sed tu es obligatus ad veniendum Panormum l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub modo. Hispositis,

3 Dico 1. Demonstrationem, & causam de qua n. 1. dixi, certum esse non suspendere matrimonium, nec illud annullare, siue sit turpis, siue impossibilis &c. sed statim valere matrimonium, etiam si illa qualitas non sit vera, & sic si quis dicat contraho tecum, quia es diues, etiam si illa sit pauper, valebit matrimonium; vel si dicat cõtraho tecum, quia paras venena, quibus fias sterilis. Ratio est, quia illa solum variant, vel vitiant matrimonium, quæ pertinent ad substantiam consensus in illud; sed causa, & demonstratio nõ pertinet ad substantiã consensus in matrimonium; sed tantũ vel explicant causam, qua motus fuit ad contrahendum, vel opinionem, quam habet de illa, cum qua contrahit; ergo causa, & demonstratio non suspendunt, nec vitiant matrimoniũ; nisi tamen per hæc verba v.g. contraho tecum, quæ es sterilis, contrahens intelligeret conditionem, tunc enim iudicandum est, ac si fuisset apposita conditio, vt dictum est disp. præced. vel nisi demonstratio, vel causa reducatur ad errorem personæ, vel conditionis, vt contraho tecum, quæ es libera, vel quæ es filia primogenita Petri, tunc enim vitabitur matrimoniũ vt dicemus lib. 7. sic Palud. 4.d.29. q. 2. a. 1. cõcl. 1. n. 5. ibi So. D. An. 3. p. t. 1. c. 19 §. 5. Ludo. Lop. 2. p. inst. noui. de ma. c. 42 Sylu. mat. 3. q. 12. & Ang. mat. 3. imp. 3. sine. Tabi. mat. 2. quæ. ult. docentes id generaliter.

4 Dico 2. modus in hoc tantum differt à conditione, quod si sit honestus, vel possibilis, siue non pendeat à voluntate tertij. v.g. contraho tecum, vt des centum, siue pendeat. contraham tecum vt pater velit, non suspendit matrimonium, quemadmodum facit conditio; sed statim est validum. Ratio est, quia natura modi est vt non suspendat l. cum ab eo 41. ff. de contrab. empt. quare si modus cedit infauorem apponentis, tenetur is, cum quo contrahit adimplere, v.g. contraho tecum, vt des mihi centum, contractus statim est validus, & tu obligatus remanet

nes ad soluendum centum; si vero modus appositus est in fauorem illius, cū quo contrahitur, vt contraho tecum cum decem millibus aureorum, vt emas tibi villam, ad nihil teneor. habetur expresse. l. Titia. centum. 70. ff. de condit. & demonstr. sic D. Ant. Sylu. Angel. loc. cit.

5 In cæteris vero eodem modo se habet ac conditio, nam si est necessarius, vt contraho tecum, vt moriaris, statim habetur pro impleto, vt de conditione dictum est. si est turpis, vel impossibilis reijcitur, & matrimonium remanet validum. Probat, quia conditio similis reijcitur, vt impossibilis, & incitans ad peccatum c. fin. de condit. appof. ergo multo magis debet reijci modus; qui additur contractui iam perfecto, si vero modus est contrarius substantiæ, aut bonis matrimonij, ipsum annullat, vt diximus annullare similem conditionem. Probat, quia obligari ad aliquid contra substantiam, & bona matrimonij, tollit essentiam illius, vt dictum est lib. 2. disput. 29. sed contrahens cum modo contrario substantiæ, aut bonis matrimonij obligatur ad illud seruandum, ergo obligatur ad aliquid repugnans

essentiæ matrimonij, ergo annullabitur matrimonium. habes pro hac sententia ex iurisperitis Franc. Aret. l. 1. §. sed si mihi n. 4. ff. de ver. oblig. Decius aub. ingressi n. 23. C. de sacr. eccl. Nauar. sum. c. 22. nu. 62. Greg. Lopez. l. 5. v. a quellas t. 4. p. 4. D. Ant. Ang. Sylu. l. c. loquentes de modo turpi, & impossibili Molin. l. 2. de prim. c. 12 n. 42. dicens esse omnium, & multos citat.

Contraria tamen sententia asserens modum contrarium substantiæ, vel bonis matrimonij, ipsum non annullare. videtur esse Verbecij apud Rosell. ver. in matr. 5. Tabienæ ma. 2. qu. vlt. Petr. Ledes. de matr. q. 47. ar. 5. dub. 3. nam hi absque vlla distinctione dicunt matrimonium sub modo contractum statim valere.

Tandem aduerte, quod si quis contrahat sponsalia in diem, vt contraham tecum abhinc vno anno; quamuis non obligent ad contrahendum, antequam labatur annus; tamen statim sunt pura sponsalia, & obligant. Ratio est, quia id, quod in diem stipulamur v.g. hinc ad decem dies hoc promitto, statim debetur, quamuis ante illius diei aduentum non possit exigi, est etiam Palud. 4. d. 29 q. 2. ar. 4. n. 24.

FINIS LIBRI QVINTI.



LIBER SEXTVS

DE DONATIONE INTER CONIUGES,

Sponsalitia largitate, & arrhis.

Tractatus hic de sponsalitia largitate, & arrhis, necessarius est, quia dissolutis sponsalibus, quandoque alteri sponso acquiritur largitas, & arrhæ consummatione matrimonij comparantur, at vt melius hæc omnia intelligantur primum præmittendæ sunt aliquot disputationes de Donationibus inter coniuges, & Primo fit,

DISPVATIO I.

An donatio simplex inter virum, & uxorem valida sit.



Donatio simplex, quæ scilicet fit ex mera donantis liberalitate dicitur nulla, & inualida, non quod omnino nulla sit; nam

verè morte donantis sequuta confirmatur, & retrahitur, ac si donatio valida fuisset, quando fuit facta, vt dicitur *disp. 14.* sed dicitur nulla, & inualida, quia potest donans ad suum libitum illam reuocare, siue facta fuerit matrimonio consummato, siue non consummato, sed inter sponso de præsentibus habetur expresse *C. fin. de dona. inter virum, & uxorem, & l. 1. 2. & 3. ff. eod. & l. Non sine ver. quamuis C. de bonis maternis ibi (Idem ius tã de uxore, quam de sponsa arbitratus est) Alex. ibid. & alij.* Ratio est ne mutuo amore se spolient, & sic nulla oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilibus, nec in foro conscientiarum. ita etiam *Bar. t. l. quod meo ff. de acquir. possess.* Idem dicas etiam si talis donatio fiat per interpositas personas, vt si coniux det aliquid

Titio, vt ille det suo marito. est communis omnium, & etiam si diu vir, & vxor seorsum habitauerint, quia iam dicitur donatio facta inter virum, & uxorem, & per consequens nulla erit. Vide *Gloss. l. 3. v. concubina ff. de dona. inter vir. & ux.* Balcinum alios referentem, vbi addit nullibi oppositum posse practicari. *Segurã l. 1. §. si iur. nu. 12. ff. de acq. posse.*

2 Sunt tamen aliqui, qui volût in Regno Hispaniæ donationem inter coniuges valere, quando facta fuit post annum à contractu matrimonij. Hi sunt *Io. Lup. rubr. de don. §. 54. n. 2. Ber. Diaz. reg. 2 13. v. 5. fallit. & Ant. Gom. l. 52. Tauri n. 66.* qui addit id esse in vsu in Hispania, sed non probat talem vsum, cum tamen ille debeat probare vsum qui asserit illum esse ex *Olano concord. iuris lit. D. ver. donatio. Castillo. l. 1. Tauri & ibi Burgos de Paz. à n. 107.* quamuis *Montaluu. reper. v. leges.* & alij dicant illum debere probare non esse vsum alicuius legis, qui negat non esse.

3 Nulla etiam est donatio simplex facta ante contractum matrimonij, si eius executio differatur in tempus contracti matrimonij, est sententia communis omnium, & probatur ex *l. quod sponsa 4. C. de donat. ante nuptias.* Aduer te

uerte tamen quod si donatio fit inter eos, qui non sunt coniuges, etiam si eo die postea illi ineant matrimonium, valida est donatio, quia fuit facta absolute transferendo statim dominium, & non relata fuit ad tempus contracti matrimonij. nulla esset etiam donatio facta inter eos, qui aliquo modo ad coniuges pertingunt per patriam potestatem, ut si socer, qui habet patriam potestatem in filium det nurui, habetur expresse *§. videam⁹ ff. de donat. inter. vir. & vxor.* verum in Hispania valet ista donatio, quia patria potestas tollitur per matrimonium. ut docet Io. Lup. Rubr. *de donat. §. 43. n. 1.*

- 4 Ceteri tamen contractus, ut est venditio facta iusto pretio, permutatio & cæt. sunt validi inter virum, & vxorē, at si coniux remittat partem iusti pretij, nulla est talis remissio; venditio tamen est valida, sed suppleri debet pretium *l. si sponsus §. ff. de dona. inter vir. & vxor.* legatum etiam inter virum, & vxorem validum est *C. si Pater de testa. in 6. & ibi omnes DD.*

DISPUTATIO II.

An inter coniuges, qui veri non sunt, sed putatiui, valeat donatio.

- 1 **Q**uod in titulo quaeritur est, an si Titius, & Berta putentur esse coniuges, sed reuera non sunt, quia habent impedimentum dirimens, vel quia alter eorum habet adhuc coniugem viuum: si Titius donet Bertæ, vel Berta Titio, an donatio sit inuvalida. sicuti diximus *disput. preced.* ob id, quia fit inter eos, qui putantur esse coniuges, an vero sit valida, & reuocari non possit ad placitum donantis, detecta nullitate matrimonij, ex eo, quia fuit facta inter eos, qui verè coniuges non erant.

- 2 Dico primo si ambo coniuges sciabant impedimentum, tunc donatio inter ipsos facta fisco debetur, nec potest donator rem donatam repetere. est communis omnium *l. cum hic status 33 §. fin. ff. de dona. inter vir. & vxor.* at dum fiscus non aufert, potest tuta

conscientia coniux, qui rem donatam accepit, retinere, quia quando aliquis tradit rem aliquam ex falsa causa, sciens falsitatem, videtur donare, & abdicare dominium talis rei à se, ergo ille cui donatur, acquirit dominium, nulla enim lex est, quæ reddat coniugem donatarium incapax dominij in re data.

- 3 Si vero vnus ex cōiugibus sciat nullum esse matrimonium, alter vero nesciat, sed existimet bonafide esse verum matrimonium; tunc si ille, qui scit nullitatem, aliquod legatum relinquat coniugi ignoranti nullitatē, valet legatum. ut omnes DD. asserunt, & etiam donet aliquid per donationem, vel dotando coniugem; potest nihilominus coniux, qui bonafide putabat esse verum matrimonium, ignorans impedimentum retinere, quod accepit; siue datum sit, ut dos, siue ut donatio, tum in foro conscientia, tum etiam in foro externo. Ratio est, quia ex vna parte donans est falsa causa sciens falsitatem matrimonij cōsetur donare *l. cuius per errorē ff. de reg. iur.* & ex altera lex talem donationem applicat coniugi ignoranti, & putanti verum matrimonium; cum valeat argumentum à contractibus ad vltimas voluntates. & contra quoties nulla est ratio differentie ex Euerar. *in top. loco 36.* ergo hic pōt retinere, quod accepit tū in foro cōscientia, tū in foro externo. ita et sentit Mol. *t. 1. de iust. tr. 2. dif. 200. & 209. f. 1223. Suar. lib. 3. fori tit. de las ganancias. Nau. l. 3. de rest. c. 1. noua edi. dub. 8. & alij.*

Sunt tamen aliqui, ut Gloss. *l. cum hic status ff. de don. inter vir. & vxor.* Abb. *cap. fin. de dona. inter vir. & vxor. numero 14.* alij, qui volunt donationem in tali casu factam, fisco deberi, sed reuera nullus est textus id asserens.

- 4 Si vero coniux, qui fecit legatum, vel donationem ignarus erat impedimenti, & nullitatis matrimonij; & alter, qui legatum accepit, id sciebat, nō pōt tuta cōscientia, nec in foro externo retinere; sed debet restituere lega-

tum, & rem donatam ipsi donanti; aut si mortuus sit, ipsius hæredibus; quia tam legatum, quam donatio ex errore procedunt; nam coniux ille, qui donat, putabat esse verum matrimonium, & sic non videtur habuisse voluntatem donandi, aut legandi, quia nil est tam contrarium consensui, quam error. *l. si quis per errorem. ff. de Iurisdict. omnium Iudicium.*

7 Tandem quando utriusque coniuges ignorabant impedimentum, putantes esse verum matrimonium, non valet nec legatum, nec donatio inter eos facta, unde dissoluto matrimonio tenetur ille, qui accepit, restituere donanti, aut ipsius hæredibus. Ratio est, quia hoc legatum, & donatio procedunt ex errore, qui consensum excludit, nec morte confirmatur ex Bald. *l. eam quam n. 22. C. de fidei com.* Ioan. Lup. *rub. de dona. q. 36. nu. 7.* Suar. *l. 3. fori cit. l. 1. n. 4.* Matienzo *lib. 5. recop. t. 9. Gl. 1. n. 6 l. 2.* sic Suar. *l. c. Acosta c. si pater de testa. in 6. & alij.*

6 Sunt tamen, qui tenent valere in hoc casu donationem, & legatum, sed posse donantem coniugem illa reuocare. Ita Sylu. *ver. donatio. 2. qu. 1.* Tabiena *donatio. 3. q. 3.* Angel. *ver. eodē. n. 5.* & de legato dicit, ita P. Molina. *t. 1. de iust. tr. 2. disput. 200. f. 1226.* in dubio, quando deficiunt coniecturæ iudicandum esse, ut valeat.

DISPVATIO III.

An in aliquibus casibus valida sit donatio inter virum, & uxorem.

1 **A**ffirmative respondeo, ut constabit ex casibus sequētib⁹. Prim⁹ cas⁹ est, si fiat donatio inter Principes non agnoscentes superiorem, ut imperatores, Reges &c. *ex l. penul. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vel si donatio referatur ad tempus soluti matrimonij, ut dono tibi hoc ut habeas, quando matrimonium dissoluetur morte, est communis.

2 Secundus casus est, si vxor donet viro ad honores dignitatesq; adipiscen-

das, vel ut in ludis se exerceat, qui auctoritate publica præparantur, vel ad Doctoratum, licentiarum, aut causa studiorum. *ex l. adipiscenda 41. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

3 Tertius casus est, si vir constante matrimonio remittat vxori promissam dotem, aut partem, valet. n. donatio *ex l. si constante 19. c. de donat. ante nuptias.* vel si vsuras dotis non soluat, de quarum solutione conuentum erat, remittit; aut si vir donet vxori annuum pensum ad alimenta, modo donatio non excedat fructus dotis. *l. ex annu. 16. ff. de donat. inter vir. & vx.* immo si quod datur ad alimenta, excedit, ita ut minori pecunia possent alimenta haberi, non reuocatur donatio; sed valet, quando non est adeo magnus excessus, quod si hoc pensum annuum ad alimenta non sit traditum; sed tantum promissum, non statim valet, ita ut reuocari non possit; sed confirmatur morte donantis. vide Barbofam *l. que dotis 34. n. 66. & 67. ff. solut. matr.* plurimos etiam referentem.

4 Quartus casus, in quo valet donatio inter virum, & vxorem est, quando alter utitur animalibus, seruis, & vestib⁹ alterius, seu habitauerit in eius ædibus gratis *l. si vir vxori ff. de dona. inter vir. & vxor.* & si maritus v. g. debeat reddere ceterum vxori post duos annos elapsos. si soluat statim ante elapsum primum annum potest, quia non est donatio eo medio tempore. nam originalis causa, cur ille det, est obligatio debiti. *l. sed si vir ex lana 32. §. si vir. vxori ff. de donat. inter vir. & vxor.* remissio vero debiti nulla est. *l. si sponsus 5. ff. eod. de donat. inter vir. & vxor.*

5 Quintus casus, in quo valet donatio est, quando donatarius coniux non efficitur ditior, licet donans efficiatur pauperior. Dicitur autem in hoc casu coniux ille, non effici ditior ob donationem, quando rem, vel pecuniam donatam statim a se abdicat, vel quia dat in eleemosinam, vel quia inutiliter, & culpa sua expendit, & hoc verum est, quamuis coniux si non habuisset donationem illam factam a coniuge,

I iuge, debuisset expendere propriam pecuniam; quia hæ donationes inter coniuges non sunt amare tractanda, vt dicit *l. si id, quod ver. si quas ff. de donat. inter vir. & vxor.* & sic v. g. si vir donet fundum vxori ad hoc vt in eo sepulcrum sibi faciat, valida est talis donatio, nec reuocari potest, quamuis illa, si maritus non dedisset fundum illum, emptura esset propria pecunia, habetur expresse *l. si sponsus* his verbis (nam sepultura causa locum marito ab vxore, vel contra donari posse constat) & paulo post reddit rationem (Porro hic non videtur fieri locupletior in ea re, quã religioni dicauit (nempe faciendo ibi sepulturam, quod est officium religiosũ, & pium) nec moueat quemquam, quod emerit, nisi à marito accepisset, nam etiã si pauperior ea fieret, nisi à marito accepisset (expendendo sc. pretium ad locum emendum) non tamen idcirco fit locupletior hæc textus. at si coniux donatarius factus est ditior, sed hæredes illius rem donatam inutiliter expendunt; tunc nulla est donatio, & debet restitui donanti, vt etiam docet Abb. Alex. de Neuo, & alij plures Canonistæ *C. fin. de dona. inter vir. & vxor.* ex quo patet tantum esse restituendũ, in quantum coniux donatarius factus est locupletior tempore, quo reuocatur donatio ab altero coniuge, quia ex tunc donatarius caret iure expendendi, & tenetur restituere.

6 Ex his infertur valere donationem, quãdo coniux ea donatione soluit veltigalia pro cognato; quamuis si donationem non habuisset, mutuo acceptura esset eam pecuniam; vel si reficiat ædes incensas, habetur expresse *l. si mulier 6 & l. quod si vir. is ff. de donation. inter vir. & vxor.* & infert Lup. rubr. de donat. q. 48. valere donationem si expendat pro consanguineo studente, vel pro nuptijs. & quamuis rem donatam conferuet, tantum consumens de suo patrimonio, quantum res donata valet: quia non est facta locupletior, & ob eandem rationem dic valere donationem, quando alter coniux donat alteri

ad hoc tertio donetur.

DISPVATIO IV.

An valeat donatio inter coniuges, ex qua donatarius, seu is, qui recipit donationem fit ditior, at donans non efficitur pauperior.

V Alida est donatio inter coniuges, nec reuocari potest, quando ex ea is, qui donat, non efficitur pauperior, hoc est, quando nihil amittit de suo patrimonio; sed relinquit aliquid, quod posset acquirere v. g. marito relinquitur aliqua hæreditas; hic sciens, quod si illam repudiabit, vxor sua est successura, repudiat ad hoc vt vxor habeat. Dico in isto casu validam esse repudiationem, quamuis per eam videatur maritus eam hereditatem coniugi donare, quia in hoc casu, quamuis maritus potuisset augere suam substantiam, & patrimoniũ, si acceptasset illam hæreditatem; tamẽ non dicitur effici pauperior, quia per repudiationem illam non amittit aliquid, quod prius habebat in suis bonis patrimonialibus; sed tantum nũc habet post renunciationem hæreditatis, quantum habebat antea, quia tunc cessat ratio, qua prohibita fuit donatio inter coniuges, nempe ne mutuo amore se spolient, vir enim donans nulla re spoliatur, sed tantum non acquirit. Probatur ex *C. fin. de dona. inter vi. & vxor.* vbi dicitur non valere donationem, quando alter fit ditior; alter vero donans pauperior: ergo à contrario sensu, quando recipiens fit locupletior, at donans non fit pauperior, valet. Ex hac conclusione quæ verissima est, & ponitur expresse cum suis exemplis *l. si sponsus 5. ff. de dona. inter vir. & vxor.* inferuntur resolutiones multarum quæstionum, scitu necessaria, & per se non pulchre; quæ suo ordine breuissime subduntur.

Q V A E R E S I.

An si aliquis velit marito legare v.g. centum, aut heredem illum constituere, & maritus illum roget, ut uxori id legatum, aut hereditatem relinquat, si ille his precibus ductus ea relinquat uxori, valeat legatum, & hereditas.

Respondeo affirmatiuè. habetur in *l. sed si vir 32. ff. de dona. inter vir. & ux.* his verbis (*quod legaturus es mihi, aut hereditatis nomine relictorus es, potes rogatus à me uxori mea relinquere, & non videbitur ea esse donatio, quia nihil ex bonis meis diminuitur*) & hoc etiam verū est, post mortem illius, qui reliquit legatum, aut hereditatem. tunc enim potest legatum non acceptare, vel hereditatem, ut uxori suæ detur; quia ante acceptationem, siue ante mortē testatoris, ieu legantis non acquiritur dominium ita ut repudiari non possit legatū, ut infra habebis. at si tacitè quis acceptauerit legatum, aut hereditatē, non potest deinde repudiare, & rogare sibi donare volentem, ut uxori suæ relinquat, quia fit pauperior, amittit enim ius illud acquisitum per acceptationem, & rem acquisitam *l. hac ratio 3. fin. ff. de dona. inter vir. & uxor.*

Q V A E R E S II.

Quid iuris est si vxor habeat bona fide prædium v.g. vel rem aliquam, quam secundum leges possit vsucapere, si det marito, ut ipse prædium, vel rem illā vsucapiat.

- 3 Respondeo valere talem donationem, quia in isto casu donans non efficitur pauperior; nil enim de suo patrimonio perdit, sed tantum non acquirit illud prædium &c. vsucaptione. similiter valet donatio, si vir prodigus donet uxori ea, quæ prodigè cōsumēda essent, quia per eam donationem non fit pauperior, iam enim alia via inutiliter ea deperditurus esset. valet etiam donatio si coniux cōiugi donet fructus percipiendos ex prædio; quia

donans non fit pauperior, cum potius ex industria, quam ex re ipsa fructus percipiantur *l. fructus percipiendo ff. de usuris.* Gloss. tamen *l. de fructibus 18. ff. de dona. inter vir. & uxor.* oppositum tenet, At si vir donet rem vxoris, vel vxor rem viri, eo permittente, non valet talis donatio, quia vir, cuius erat res illa, fit pauperior, & maritus donans fit ditior; nam acquirit obligationem, qua donatarius seu is, qui accepit donum, tenetur ad antidota, id est gratitudinem, & recompensationem; nisi tamen donetur Ecclesiæ, vel causæ piæ. ex qua non resultat obligatio antidotalis. Vide Bart. *l. 1. sine ff. de rerū amot.* Io. Lup. *rubr. de dona. §. 47. sine.* Pinell. *l. 2. p. 2. c. 4. n. 5. C. de rest. vend.* Garzia *de expensis c. 23. n. 21.*

Q V A E R E S III.

Si quis velit dare cētum v.g. religioso, qui roget donare sibi volentem, ut donet suo consanguineo, quibus precibus ille donat consanguineo religioso, vel alteri, cui religiosus dixit, an peccet talis religiosus contra paupertatem.

- 4 Respondeo non peccare talem religiosum contra paupertatem; nec cōtrauenire motui proprio *Clem. 8.* quo prohibetur largitio munerum, siue directè, siue indirectè facta, modo donū illud non acceptet, nec tacitè, nec expresse: sed dicat, ego non indigeo hac pecunia, re, &c. nec mihi accepto; si vero tibi placet, gratum mihi feceris, donando meo consanguineo; vel tali. Rō est, quia votum paupertatis, & motus proprius obligant ne religiosus acquisita alienet; sed hic non alienat acquisita, cum nil acquirit, ut suppono; nam non acceptat donum illud, nec gratias pro eo dono agit, dicens, gratias ago, est mihi gratum &c. (tunc enim esset tacita acceptatio, & alienatio facta mediante eo, qui rem donat) sed tantū dicit, da meo consanguineo. at si res illa donata cadere debebat in bonum monasterij, peccabit religiosus contra charitatem, si absque iusta causa illam repu-

repudiat, & velit, vt alteri donetur; quia impedit bonum monasterij. sic etiam tenet Sofa *in expos. mot. propr. Clem. VIII. nu. 37.*

Q V A E R E S I V.

An valeat renunciatio hæreditatis in fraudem creditorum, vel fisci, & sic in foro conscientia liceat.

5 Casus hic solet frequenter euenire. & est huiusmodi Titius est grauatus debitis, vel quia fideiussit, vel ob delictum tenetur aliquid soluere, vel confiscationem bonorum pati, vel ratione contractus, nec habet bona, quibus ea debita possit soluere, at si fortè quis moriatur, & hæreditatem pinguem illi relinquat, qua posset creditoribus satisfacere; tunc Titius repudiat talē hæreditatem eo fine, vt filij in eo succedant, qui aliàs erant successuri, nam si ipse acceptat, creditores statim cogent illum soluere, & filij pauperes remanebunt, consumpta iam hæreditate solutione debitorum. queritur ergo an valeat talis repudiatio.

Respōdeo repudiationem talis hæreditatis validam esse in vtroque foro; itaut filij succedentes illam possint retinere tuta conscientia; quia hæc non est alienatio, vt possit reuocari ex eo, quia facta est in fraudem creditorum (id est ne creditoribus soluantur debita) sed est non acquisitio *l. qui autem ff. que in fraud. credit. & reg. non fraudantur. ff. de reg. iuris.* Idem etiam dici solet de repudiatione legati, scilicet valere; quamuis per eam repudiationē ille remaneat impotens ad soluendū creditoribus: habetur *d. l. qui autem*, siue etiam habeat bona hypothecata, siue debitor sit filius familias, & repudiet hæreditatē patris; quia licet mortuo patre, statim ipso iure acquiratur hæreditas ipsi filio, etiam id ignorant; sicut etiam mortuo legante statim acquiratur dominium legati per legatarium: tamen potest tum hæreditas post mortem patris, tum legatum post mortem legantis repudiari; quia

talis acquisitio hæreditatis, seu legati est reuocabilis, & quasi acquiritur sub hac conditione, nisi hæres, vel legatarius repudiare velit, & tunc, repudiatio retrotrahitur ad tempus, quo nō erat acquisitum dominium, & fingitur ac si nūquam fuisset acquisitum. ita ēt docent Molinæus in *consuet. paris. tit. I §. I. Gloss. 3. q. I. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7.* potest etiam valide repudiari, etiam si repudiatio fiat post condemnationem factam à Iudice v. g. soluendi mille ob delictum; quia potior est ius creditorum habentium hypothecas, quam fisci per condemnationem; sed potest repudiari etiam, quando creditoribus sunt bona hypothecata; vt latè probat Tello. *l. 4. Tauri n. 55.* ergo potest repudiari hæreditas, seu legatum post condemnationem factam.

6 Aduerte tamen hæc, quæ dicta sūt, posse scilicet grauatum debitis repudiare hæreditatem &c. ne creditoribus soluat, intelliguntur in foro externo, quatenus scilicet talis repudiatio tenet, nec potest à creditoribus reuocari & quatenus hæres, cui facta est repudiatio possit tuta conscientia rem illā retinere. at peccabit sic repudians contra iustitiam, & tenetur ad lucrum cessans. & damnum emergens, quod habebunt creditores post repudiationē talis hæreditatis: quia iam culpa sua non restituit, & sit impotens. Tenetur etiam ad id Aduocati, & alij consulentes debitoribus, vt repudient. Ratio conclusionis est, quia eadem lege, qua quis tenetur ad finem, eadem tenetur ad adhibenda media necessaria ad consequendum illum finē, quādo nō sunt valde difficilia; sed debitor ex iustitia tenetur soluere; ergo tenetur etiam ex iustitia adhibere media, quæ sunt necessaria, & non valde difficilia ad soluendum; sed acceptatio hæreditatis, vel legati pinguis in homine, qui non potest soluere debita, est necessarium medium ad soluendum, nec valde difficile; ergo tenetur ex iustitia acceptare talem hæreditatem, & ita hanc sententiam tuetur etiam Metin. *C. de resist. q. 3. caus. 8. Gerson. 2. p. q. an liceat*

liceat grauari deb. intr. Relig. Nauarr. C. non dicatis 12. q. 1. & alij cum Molin. to. 2. de iust. tr. 2. disp. 4. 35. qui dicit peccare saltem contra charitatē, sed magis inclinatur esse delictum contra iustitiam. & alij.

QVÆRESV.

An Episcopus, vel Prælati Religionis repudiando hereditatem, vel legatum Ecclesie relictum incurrat excommunicationem contra alienantes, & talis alienatio valeat,

Respondeo non incurrere excommunicationem latam contra alienantes bona Ecclesie, & valere talem repudiationem factam absque sollemnitate requisita C. sine exceptione. q. 12. & c. cum Apostolica ver. in alienatione de his que fiunt à Prælato. licet aliqui in repudiatione legati requirant sollemnitates requisitas C. cum Apostolica. sed nostra sententia est verior, quia hæc repudiatio non est alienatio, vt dictum est n. 5. Vnde Prælati sine capitulo, & sollemnitatibus, potest in acquirendis facere conditionem Ecclesie deterio-rem; vt si Prælati non exequatur conditionem appositam in legato Ecclesie relicto; amittitur legatum. si recipiat pensionem ab eo, quem priuare poterat ob eam non solutam, præiudicat Ecclesie, vt tradunt Abb. c. 1. de dolo, & contum. n. 23. Io. Lup. rubr. de dona. §. 47. n. 8.

Peccabit tamen Prælati sic repudiando hereditatem, vel legatum, & tenetur proprijs bonis reficere illud dānum. Ratio est, quia lege iustitiæ, & ex officio tenetur bene administrare bona Ecclesie, vel monasterij, sed per repudiationem non bene administrat, & potest Ecclesia petere beneficium restitutionis in integrum. nam Ecclesie conceditur tale beneficium, etiā si agatur de lucro acquirendo modo res repudiata non sit alteri Ecclesie tradita, tūc enim melior est conditio possidentis. ita Bart. Bald. Lup. Ant. Feli. Ripa, & alij contra Soncinam, Areti-

num, Roman. apud Minchacam de successio- num progres. l. 3. §. 27. n. 23. Fede. conf. 9. Ceruantes l. 6. Tauri n. 79. Cor. conf. 11. nu. 2. lib. 3. Ias. l. legatum seruo. n. 21. & 19. ff. de leg. Ber. Diaz. reg. 219. Spino. spec. test. gl. 8. princip. n. 63.

QVÆRESVI.

An in prædictis casibus, in quibus dixim⁹ repudiationem legati, vel hereditatis valere, dicendum est etiam valere renūciationem, ita vt si Prælati v. g. renūciat hereditatem Ecclesie relictam absque sollemnitatibus, talis renunciatio valeat; nec excommunicationem incurrat, & si maritus uxori renūciat, aut debitor ne soluat suis creditoribus, valida sit talis renunciatio.

Respondeo non valere tales renunciaciones. Ratio est, quia eo ipso, quod cedit hereditatem, vel legatum tacitè, & prius natura intelligitur adire illud, & acquirere, ex l. si auita co. de lib. ergo si Prælati renūciat, alienat, quod iam erat acquisitum, sic incurrit in excommunicationem latam contra alienantes bona ecclesiastica, & si non faciat debitis requisitis, nulla est talis renunciatio; & maritus fit pauperior, & debitor in fraudem creditorū propria bona distribuit, & sic nulla est talis renunciatio. nam videntur dare, quod habebant in suis bonis, cum ante renunciacionem prius natura, vt dictū est, intelligatur adiri illud legatum, hæreditas &c.

Est pro hac sententia Ripa l. si nunquam q. 11. n. 21. C. de reu. dona. Card. Mol. in consu. Paris. t. 1. §. 9. gl. 4. nu. 4. contra Phanucium de lucro dotis Gloss. 8. n. 18. docentem valere, & idem tenet Soncin. Senior. conf. 53.

9 Ex his infertur primo remissionem vsufructus, quem habet pater in bonis filij aduentitijs, non esse computandam in tertiam, & quintam bonorum partem, vt computanda est quæcumque donatio facta à parentibus filijs per l. 2. Tauri hodie l. 10. c. 6. libro quinto recopil. quia ea remissio est repu-

filijs per l. 2. *Tauri hodie* l. 10. c. 6. *libro 5. recopil.* quia ea remissio est repudiatio lucris legalis, & non acquisitio. Vide Anto. Gomez. l. 48. *Tauri* n. 10. *Mol. t. 1. de iust. tr. 2. dis. 8.*

10 Infertur secundo parentes possedere facultatem filio testandi de legitima ipsis debita ex bonis filij. Vnde filius potest de ea libere disponere in præiudicium aliorum fratrum, & in ea maioratum constituere, & vocare etiam extraneos, vel parentes, quæ tamen licentia, vt valida sit, debet iuramento confirmari l. *fin. c. de bonis libert.* & docet Tello l. 6. *Tauri* numero 64. vbi Ceruantes numero 86. (modo non fiat in ipso actu testandi) tunc enim valida est talis renunciatio absque iuramento, nam non reputatur repudiatio hæreditatis futuræ, sed præsentis institutionis lege Suar. l. *quoniam in prioribus ampl. 10. à numero 32.* vbi multos refert. at mater dum nupta est, non potest absque sui viri licentia, concedere filio licentiam testandi in præiudicium legitimæ sibi obuientis post filij mortem; quia hic est inclusum pactum de non succedendo, at coniugata nullum pactum potest inire absque mariti consensu, ergo talis concessio nulla est facta absque viri licentia l. *Tauri 55. hodie d.* Vide Ioann. Lup. *rubr. de donatio.* §. 68. numero 14.

11 Tandem hæc testandi licentia, si iuramentum accedat, non potest reuocari absque filij consensu, siue res sit integra, nempe quod filius nondum testatus est, siue non, nempe postquam testatus est. ita Guttier. *de pactis in principio 2. edit. numero quadragesimo quinto, & 50.*

DISPVATIO V.

An possit vxor constante matrimonio in fauorem viri renunciare lucrorum medietati sibi competenti; an potius sit hæc donatio prohibita inter coniuges.

1 **L**UCRA, de quibus est controversia, vel sunt acquisita, vel

acquirenda constante matrimonio (nam ante matrimonium certum est posse coniuges conuenire de lucris non diuidendis) si loquamur de lucris acquirendis, potest tum maritus, tum vxor cedere alteri inuicem medietatem illam lucrorum, quæ sibi obtentura est. Probatur, quia cum hæc lucra non sint in eorum dominio, non donant aliquid per quod minuitur eorum patrimonium; sed tantum non acquirunt id, quod possent acquirere, & hoc adeo verum est, vt etiam possint, quando nondum lucra acquisita sunt cedere huic medietati lucrorum acquirendorum, etiam in præiudicium legitimæ, ascendentibus, vel descendentibus debite. vide Meres. *de maior. 4. p. q. 26. nu. 60.* Suar. *libr. 3. fori t. de las ganancias.* Nauarr. l. 3. *de rest. c. 1. dub. 9. num. 111. in noua edition.*

2 Si vero sermo sit de lucris acquisitis, tunc aio de his posse vxorem cedere marito, quia vxor non vere, & proprie acquirit dominium medietatis lucrorum acquisite; at maritus non potest cedere vxori medietatem lucrorum acquisite, quia verè sunt in suo patrimonio incorporata. Sed quoniam est varietas opinionum, & aliqui negant id posse, vt Mol. t. 2. *dis. 2. 82. de iust. tr. 2.* & alij, Tutius est, quando aliquis coniugum vult hanc medietatem lucrorum cedere alteri, addere iuramentum, quia in omnium sententia donatio prohibita inter coniuges sit irreuocabilis addito iuramento.

DISPVATIO VI.

An donatio remuneratoria facta inter coniuges valeat.

1 **D**ONATIO remuneratoria, quæ scilicet coniux ob beneficia, quæ accepit ab altero coniuge; illi donat, est valida, & sic v. g. si mulier antequam haberet spem matrimonij viro donet, potest hic si postea accipiat illam in vxorem, donationem illi

P p face-

facere, qua remuneretur animum mulieris ob priorē donationem. Ratio est, quia illa donatio prohibita est inter coniuges, quæ est simplex donatio, vt dictum est *dispu. 1.* sed donatio remuneratoria non est simplex donatio, sed potius debiti solutio; ergo non est prohibita inter cōiuges. quod autem talis donatio remuneratoria sit debiti solutio; probatur. nam quamuis verum sit donationem remuneratoriam non respicere merita; quæ exigant ex iustitia remunerationem, respicit tamen merita, quæ talia sint, vt deceat virum honestum, & probum ea remunerari; ergo hæc donatio est solutio debiti, quo is, qui beneficia accepit, tenetur lege gratitudinis ad antidota. ita ex leg. *Aquilius Regulus ff. de donat.* est etiam multorum grauissimorum Doctorum Abb. Alex. de Neuo, Præpos. *C. fin. de dona inter vir. & vxor.* Tiraquell. de Nobil. c. 18 n. 19 multos referens, & *l. si unquam v. donatione largitus num. 16. c. de reu. donat.* Couarr. *C. in officijs num. 9. de rest.* Menoch. *de arbitr. l. 2. c. 132. num. 4. & de pres. l. 4. pres. 167. à num. 31.* Ioa. Garz. *tract. de don. remun. à numero primo.*

2 Sed ad hoc, vt donatio sit remuneratoria; requiritur primo, vt prius facta sint beneficia, & obsequia, & hæc debent esse insignia, non quæcumq; sed non est necesse, quod ait Bald. *l. illud c. de sacros. Eccl. nu. 8.* vt scilicet exprimat in donatione eam fieri ob merita. sufficit enim solum constare, quod merita præcesserint, nec in foro conscientia opus est, vt possit probari; modo constet donatario. Secundo vt nō sint debita alio titulo, quia alias non sunt remuneratione digna. Tertio vt donatio non multum excedat merita, in quo secundum veriore sententiam prudentis iudicio standū est, & videndum vtrum excedat nec ne lege Tiraquell. *l. si unquam C. de reuocandis donat.* vbi multos refert *ver. donatione largitus à num. 79. 80. 106.* Meres. *de maio. 1. p. q. 22. n. 22.* Menoch. *l. cit. numero nono.*

3 Sed quæres, quænam sint obsequia ab vxore præstita, quæ possit vir remunerari, cum omnia obsequia sint viro debita? Respondeo, non omnia esse viro debita, nam non tenetur vxor, nisi ad ea obsequia præstanda, quæ sunt iuxta suam dignitatem. Vnde si v. g. lauaret pedes, cibos condiret, & alia vilia faceret, esset digna remuneratione; quando esset nobilis, aut essent non ita pauperes; vt famulam habere non possent. esset etiam digna remuneratione, si præstaret obsequia aliàs debita, sed intenso amore, & ad longum tempus cum magna cura. sic etiam Decius, Parisiu., & Tiraque. *l. si unquam c. de reuoc. donat. ver. donatione largitus.*

DISPVATIO VII.

An valeat donatio, qua alteruter coniux alteri dotem constituit.

1 **V**alida est donatio, qua vxor etiam constante matrimonio constituit dotem viro. Ratio est, quia mulier dotata à principio potest dotem augere post initum matrimonium. *l. si constante, & l. fin. C. de donat. ante nupt.* ergo multo magis poterit dotem constituere constante matrimonio, si indotata prius fuerat. at vir non potest vxorem dotare constante matrimonio, quia constituere dotem est donare. *l. fin. §. si à socero. ff. qua in fraud. credit.* & docent multi Doctores Bart. Soccin. *l. 1. numero 70. ff. sol. matrim.* Ioann. Lup. *rubr. de donat. §. 30. num. primo.* Baeza, *de non melior. filia. cap. 16. nu. 4.* nec ante matrimonium referendo illam constitutionem dotis ad tempus contracti matrimonij; quia donatio inter sponfos relata in tempus matrimonij nulla est, vt hoc *lib. disp. 1. dictū est*

2 Sunt tamē aliqui casus, in quibus potest vir dotem constituere vxori constante matrimonio, & talis constitutio valida sit. Primus est si foemina sit iuuenis, & vir

sene

senex, quia tunc videtur donatio remuneratoria ob beneficiū, quod fecit iuuenula illa, que non designata est senē accipere; aut si mulier excedat in nobilitate, et si pauperula sit, & vir diues; quia post viri obitū manet vxor deterioris conditionis per id matrimoniū, citant à Sanc. n. 3. pro hac sententia circa 25. D.D. Bart. l. si diuortio n. 4. ff. de verb. oblig. vbi Angel. Paul. & Alex. Bald. l. 1. c. de donat. ante nupt. Io: Garcia de don. rem. n. 26. Valascus con. 4. n. 7. l. 1. Greg. Lopez l. 2. v. con la vieza l. 20. par. 2. Villalobos in comm. lit. D. n. 229. Dueñas reg. 12 l. 1. hm. 11. Aiora de partitio. 1. p. c. 7. n. 36. ex Theol. Molin. 10. 2. de iust. tr. 2. disp. 289. & lud. lop. 2. par. instruct. de mat. l. 41. Tantum aduerte hanc dotē factā à viro, non gaudere priuilegijs dotis. sic Cou. 4. dec. 2. p. c. 3. n. 4. §. 3.

3. Secundus casus, in quo valet dotis constitutio facta à viro est, quando vir virginem seductam violauerit, & ob hoc eam ducat, vel quando Pontifex dispensat cum consanguineis eo onere, vt vir dotet vxorem; vel si esset consuetudo in aliqua Regione; quia tunc consuetudo vincit legem c. fin. de consuet. vel denique quando constitueret dotem vxori, vt hac via animi consanguineorum, qui discordes erant, reconcilientur. Ratio est quia in dictis casibus potius videtur dotis constitutio ex necessitate, & obligatione facta, quam ex mera voluntate vide Io. Lup. rubr. de donat. §. 30. & 32.

DISPVATIO VIII.

An dos constituta à viro vxori, minuat legitimam, que debetur Ascendentibus, vel descendensibus viri, ita vt detrahenda sit de toto hereditatis corpore, an vero detrahenda sit de ea parte, quam potest vir libere disponere.

DOs constituta à viro ignobili, vel senex vxori iuueni, aut nobili, detrahenda est de toto corpore hereditatis, si fiat ante contractum matrimonium ad hoc, vt effectum sortiatur, & sic minuet legitimam ascen-

dentium, vel descendentium; si vero fiat constate matrimonio, detrahetur ab ea parte, quam vir potest disponere, ita vt non minuat legitima ascendentium. Ratio est, quia ante contractum matrimonium datur ex causa onerosa, & necessaria; & ita non est donatio; sed contractus onerosus v. g. do dotem, vt facias mecum matrimonium. at post contractum matrimonium, si nulla fuit promissio dotis, non dicitur ex causa onerosa; sed donatio remuneratoria, quæ quando non est debita ex iustitiæ lege non minuit legitimam ex communi sententia putante non esse conseruandam filijs prioris matrimonij ab vxore, vt deberet, si esset remuneratoria; ergo si dotis constitutio fiat constante matrimonio, non minuet legitimam.

In cæteris vero casibus, in quibus n. 3. disp. preceden. diximus valere dotis constitutionem factam à viro faminae, dicendum est eam dotem detrahendam esse ex toto hæreditatis cumulo, & minuere legitimam, quia vt ibi diximus, potius est donatio onerosa, quam voluntaria. Solum aduerte, quod si vir dotet vxorem propter bonum pacis, nullo inito pacto concordia, v. g. ad hoc vt cedant lite & cæc debet detrahi de ea parte, quam vir potest disponere, remanente legitima integra. Ita Auendaño de exequ. mand. 2. p. c. 29. n. 24.

DISPVATIO IX.

An si quis confiteatur dotem recepisse, quam tamen non constat recepisse; vel si confiteatur maiorem summam recepisse v. g. duo millia; cum tantum mille receperit; censeatur donatio illius dotis, quam fassus est recepisse v. g. mille, que non recepit, valida que sit talis donatio.

Respondeo. Nulla est confessio dotis, aut maioris summæ ea, quam vir recepit, nec per eam inducitur donatio, quando constat id simulate factum esse; ne vir videatur paruā

dotem recepisse, quod si talis confessio dotis nondum recepta, aut maioris summæ ea, quæ est recepta, facta est ante matrimonium initum, si certum sit talem confessionem factam esse animo donandi, nulla prorsus est talis donatio; unde nec confirmatur morte donantis. habetur expresse ex *l. i. c. de dona. ante nupt.* Nec dicas debere morte viri confirmari, sicuti confirmatur donatio facta inter virum, & uxorem ante matrimonium, relata tamen ad tempus initi matrimonij: ratio est, quia tunc confirmatur donatio per mortem præuiam donantis, quando fuit traditio; sed in casu nostro nulla fuit traditio, neque ficta, & quasi virtualis, ergo donatio facta per dotis confessionem ante initum matrimonium est omnino inualida, nec morte confirmatur.

At si in eo casu confessionis dubium sit de viri animo, an confessus sit dotem recepisse, vel maiorem summam animo donandi; præsumitur non fuisse talis animus; sed talem confessionem factam esse spe futuræ numerationis; quia quando actus secundum unum casum est permissus, & secundum alium non, in dubio præsumitur factus in eo, in quo est permissus, sed hæc confessio facta spe futuræ numerationis est permissa, & facta animo donandi, est nulla, ergo debet in dubio præsumi factam esse spe futuræ numerationis, non vero animo donandi. sic etiam tenent Molin. *de iust. t. i. tract. 2. dis. 439. §. ut quid tenendum sit. §. & quidem Valascus con. 15. n. 4. §. & 21. tom. 1. & alij multi, quos refert Couarr. 41. var. c. 7. nu. 4. & 5.*

3 Si vero inito iam matrimonio vir confessus fuerit dotem se recepisse, cum non constet talis receptio, vel maiorem summam recepisse ea, quam vere recepit, tunc eodem modo se habet ac donatio facta inter coniuges, unde in ijs casibus non valebit, & confirmabitur morte donantis; in quibus supra dictum est donationes inter coniuges non valere, sed morte donantis confirmari, & in ijs valebit; in quibus diximus donationes inter coniuges statim valere, & irrenocabiles esse. sic etiam

Molina *l. c. §. secundum si eadem Velas. d. conf. 5. n. 16. & 17.*

3 In dubio vero, an confessio receptionis dotis, &c. constante matrimonio facta sit animo donandi, præsumitur animus donandi. Probatur, quia quoties testator fatetur se debere alicui summam, siue sit in extremis, siue sanus, censetur in dubio velle eam quantitatem illi legare *l. qui uxori ff. de aur. & ar. & l. huius §. sempronio ff. de legat. 3. ergo similiter* cum quis confitetur dotem accepisse, quam non acceperit, in dubio præsumitur velle eam quantitatem uxori donare. sic Mol. *loc. cit. & Valasc. n. 15. Menoch. præ. 12. libr. 3. numero 66.*

4 Hinc deducitur, quod si vir ignobilis aut senex ducat iuuenem, aut nobilem, & confiteatur se accepisse dotem, quam non accepit, præsumitur habuisse animum donandi, quia cum æquum sit, ut vir hanc disparitatem recompenset; præsumitur in dubio illam recompensare, & hoc est verum, siue confessio facta fuerit ante, siue post initum matrimonium propter maximam coniecturam, quæ habetur, confessionem illam non fuisse factam spe futuræ numerationis; quæ coniectura non reperitur in alijs casibus, & ideo in ijs non præsumitur animus donandi, si confessio facta sit ante initum matrimonium, ut dixi *n. 1.* docent multi Molina *l. c. Menoch. n. 77. Valasc. conf. 4. n. 7. Villalob. com. li. D. & Sua. dicit eam communem l. 3. fori t. de las arras l. i. nu. 35. alios referens.*

5 At si vir confiteatur se dotem recepisse inito matrimonio; si dos ante contractum fuit promissa, præsumitur vere ipsam dotem recepisse. est communis DD. an vero noceat talis confessio creditoribus. Vide Couarr. *1. var. c. 7. n. 4. Menoch. de præsump. libr. 3. præsu. 12. & 13. vbi habes quid dicendum, si vir dotem fateatur recepisse ab alio, quam ab uxore, an vero iuramento confirmetur habes hoc libr. disp. 12. Tandem aduerte quod vbi hæc confessio habet vim donationis, nil refert si elapsum sit tempus præscriptum exactioni nu-*

meratæ dotis. Vide Couarr. *loc. cit.*

DISPVATIO X.

An donatio causa mortis valeat inter coniuges.

Respondeo valere. habetur expresse *l. si eum seruum. 10. sine ff. de donat. inter vir. & vxor.* nec ad hoc, vt valeat, requiritur traditio rei donatæ secundum veriore sententiam, at non transfertur statim dominium; sicuti in alijs donationib' causa mortis euenit; sed post mortē donātis: immo si ea cōditione talis donatio fieret, vt irrenocabilis esset, non valeret; quia trāsit ī donationē inter viuos. at si cōiuges mutuo sibi donēt ea lege, vt qui superstes, bona habeat mortui, donec viuat; valebit talis donatio, quia est causa mortis, & talis donatio præiudicabit legitimæ ascendentium. sic ex Ioanne Lupo. *rub. de dona. §. 50. à nu. 12. & §. 77. sine. Ant. Gomez. l. 52. Tauri n. 66. v. secundus est.*

Hæc autem donatio quoad dominium confirmatur morte ciuili viri donantis; nempe de portatione, siue facta fuerit traditio, siue non secundū veriore sententiam Angulo de Mēl. *l. 1. gl. 1. n. 9. & aliorum apud Ioa. Lup. loc. cit. cum Mol. t. 1. de iust. dis. 288. §. dubium esse vtrum;* potest tamen vir dū viuat illam reuocare. at si vxor donet, expirat morte ciuili vxoris; est enim priuilegium solius vxoris; vt morte ciuili viri non expiret. & hæc donatio morte sequuta donantis retrotrahitur ad tempus factæ donationis, & traditionis, quoad fructus perceptos. sic etiam Couarr. *rubr. de test. 3. p. num. 5. Mol. l. cit. §. donatio causa mortis* quamuis hoc negent Gloss. *l. si mortis v. don. ff. de dona. c. m.* vbi Paulus.

DISPVATIO XI.

An donatio inualida inter coniuges confirmetur iuramento.

Verior, & communior sententia

affirmat iuramentum confirmare donationem inualidā inter cōiuges. probatur, quia hæc donatio nō interdicitur primo, & principaliter ob publicam vtilitatem, sed ob priuatam, ne scilicet coniuges mutuo amore se spolient, ex quo nullum peccatum cōsurgit, nec aliquid contra bonos mores; sed quando aliquis actus prohibetur ob priuatam vtilitatē primo, & principaliter, nec turpitudine inest in creditore, confirmatur iuramento, vt dictū est *l. 1. disp. 32.* ergo hæc donatio inualida inter coniuges confirmatur iuramento. hanc sententiam defendūt circiter 40. Iurisp. Abb. Minchaca. Vilalob. Bald. Alex. Fortun. Perez. Rolan. Euerard. Guil. Alb. Dec. Paul. Ang. Fulg. quos refert, & sequitur Dueñas *reg. 2 19. amp. 2. à vers. secus tamen. & vocans comm.* Greg. Lopez. *l. 4 v. son defendidas t. 11.* Suarez. *libr. 3. sari t. de las arras. l. 1. n. 32.* cum Molin. Greg. Lopez. & Manuel Theol. quos refert Sanc. *n. 2.* contra Alc. C. *cum contingat n. 198. de iur. iur. & alios apud Dueñam v. contrariam*

Nec requiritur ad hoc vt confirmetur iuramento donatio inualida, vt cōiux donans præmoriatur; nam si hoc requireretur, iuramentum nil operaretur, cum per mortem donantis confirmetur donatio, etiam si non sit iuramentum: nec etiam requiritur traditio vel ficta, vel vera: quia nullo iure probatur. Vide Molin. *t. 2. de iust. d. 2. 89. ad finem.* Couarr. *C. quamuis pactū 1. p. §. 4. n. 1.*

At iuramentum debet esse de futuro, vt confirmetur donatio. nam si est de præsentī, aut præterito, vt si vir iuret se donare, aut donasse, non firmabitur iuramento. Ratio est, quia ideo donatio firmatur iuramento, ne committatur periurium illam non obseruando, & veram faciēdo; sed quādo est iuramentum de præterito, vel præsentī non impeditur periurium, quia iam fit, vel factū est; ex eo, quia si donatio fiet, vel est nulla, falsum est iuramentum, quo quis iurat donasse, vel dare, ergo iuramentum de præsentī, aut

aut præterito non firmat donationē. At cōfirmabitur talis donatio siue donans iuret se non contrauenturum, illi, siue iuret illam esse obseruaturum, quia hæc iuramenta sunt de futuro, & possunt seruari absque eo, quod sit contra bonos mores &c. & eis non seruatis, periurium committeretur ex Couarr. rubr. de test. 3. p. n. 14. quidquid dicat Calderin. negans conf. 2. de iur. iur. confirmari iuramento non cōtraueniendi, & Tello l. 17. Tauri n. 93 putans iuramento de non reuocando nō confirmari.

4 Non confirmatur tamē hæc donatio homagio, quia id non est iuramentum, nam iurare est Deum testem adhibere, at in homagio fides tantum viri nobilis ponitur, colligitur ex varijs iuribus l. 5. t. 15. p. 2. & l. 4. tit. 26. p. 4. & tradunt etiam Greg. Lop. ibi v. omniae Padilla l. si quis maior. C. de transf.

DISPVATIO XII.

An donatio presumpta consurgens ex confessione facta per virum dotis receptæ ab uxore firmetur iuramento; quando confessio facta est animo donandi.

Donatio hæc presumpta, dum vir confitetur se dotem recepisse, quam non recepit, cōfirmatur tantum iuramento de futuro, non vero de præsentī, aut de præterito, quia si vir non seruaret tale iuramentum, esset reus periurij; nam per executionē talis iuramenti nulla committitur culpa; ergo ne sit periurus, confirmabitur donatio, vt peccatum vitetur, quando vero iuramentum est de præsentī; vel præterito, nullum periurium committitur illud non obseruando, nam iuramentum assertorium non inducit obligationem in futurum, sed eius veritas pendet ex præsentī, vel præterito, vt si iures Franciscum fuisse Panormi; si Franciscus Panormi non fuit statim es periurus, nec ad aliquid obligaris. ergo non obseruandū, quia per talem iuramenti obseruationem v.g. confirmationē donationis non equitatur per-

iurium iam commissum. ita etiā Imol. C. cum contingat de iur. iur. n. 89. Bald. Nouel. apud Ioa. Lap. rubr. de dona. §. 51. n. 4. Dueñas reg. 219. amp. 2. Men. de pr. l. 3. pr. 12. num. 45. 48. Couarr. 1. var. c. 7. num. 4. qui fateretur esse communem.

2 Velascus tamen conf. 5. n. 19. & Molina d. 439. §. maior autem. 1. 2. de iur. tenent hanc donationem confirmari iuramento siue sit de præterito, siue de futuro, aut præsentī. Alij vero negant confirmari etiam iuramento de futuro. sic Rom. & Soncin. quos refert l. c. Couarr. dicens hanc esse veriore.

DISPVATIO XIII.

An donatio inter coniuges contra prius iuramentum non donandi facta; confirmetur iuramento ut si coniux prius iurauerit se nolle donare alteri coniugi; sed postea donet, & iuret se non contrauenturam donationi.

Donatio inter coniuges facta cōtra prius iuramentum non donandi, non confirmatur iuramento; sed remanet nulla, & inualida, ac si illud appositum non fuisset. Probatur ex doctrina Gloss. C. licet mulieres fin. de iur. iuran. in 6. vbi dicit iuramentū nob confirmare alienationem dotis factam contra prius iuramentum cum non alienandi, nec est sibi contraria. Gloss. C. fin. de procur. in 6. dum dicit constituentem procuratorem cum iuramento de non reuocando, si deinde reuocet periurum esse, ac validā esse reuocationem nam ita debet conciliari, vt quando actus contra prius iuramentum est vere inualidus (qualis est donatio inter coniuges) & solo iuramenti vinculo confirmandus; tunc inualidus remaneat, ac si iuramentum non fuisset. Ratio est, quia actus contra prius iuramentum gestus est illicitus, & periurium; ergo non potest iuramento confirmari, nam hoc non est vinculum iniquitatis C. inter cetera. 2. 2. q. 4. si vero actus contra prius iuramentum gestus, non indiget iuramenti vinculo

culo ad sui confirmationem, non obstat eius valori prius iuramentum, sed validus esse potest, siue iuramentum accedat, siue non, qualis est procuratoris constitutio, quæ pendet ex voluntate constituentis ad hoc vt sit valida. eam sententiam, & conciliationem textus sustinent *Ang. iur. 5. n. 15. Sylu. iura. 4. q. 12. Abb. C. intellecto de tur. iur. Franc. C. licet de iur. iur. in 6. n. 7. Cou. de pactis §. 2. n. 4.* sūt pro eadē sentent. Minchac. Salzedo. Gutt. Alex. de Neuo, Archid. apud Sanch. hic n. 5.

2 Et hoc verum est, nimirum contractum iure inualidum non confirmari iuramento prestituto contra prius iuramentum; siue prius iuramentum fuerit Deo tantum directum, siue homini, cuius intererat ab eo contractu abstineri, quia eadem militat ratio. sic est Couarr. l. c. v. secundum eandem Seraph. de priuil. iur. priu. 75. n. 51. Salzedo in reg. 477. Ber. Diaz. lim. 3.

3 Inualidus etiam est talis actus iure inualidus si gestus sit contra prius iuramentum, etiam si is, cum quo contrahitur, nesciuerit prius iuramentum de non contrahendo, nisi tamen qui contrahit tempore contractus, dolose tacerit prius iuramentum, quo alterum contrahentem deciperet, sic Couarr. Salzedo lo. ci. Matienzo lib. 5. recap. 1. 10. gl. 13. v. 9. l. 3. quamuis alij dicant in dicto casu iuramentum confirmare actum inualidum, hi sunt Bald. Imola. Alex.

DISPVATIO XIV.

An donatio inualida inter coniuges confirmetur morte naturali donantis.

1 **R**espondeo affirmatiue habetur expresse *C. fin. de dona. inter vir. & vxor.* quia tunc potius videtur legatum, quam donatio, & ex legum mente etiam deducitur donationem factam inter eos, qui non sunt coniuges, si referatur ad tempus matrimonij, confirmari morte donantis *l. cum hic stat. §. oratio ff. eod. tit.* & docent omnes, nomine vero mortis naturalis etiam ve-

nit mors violenta, vt gladio &c. at si donator mortem sibi consciuerit ob sceleris commissi timorem, vel si post mortem memoriam ipsius damnata sit, non confirmatur eius morte donatio,

2 Ex dictis patet hanc donationem non confirmari morte, quatenus est in preiudicium ascendentium, vel descendentium; sed tantum in his, quæ ipse donans libere poterat disponere, & ab ea donatione detrahendam esse falcidiam; Ratio est, quia hæc donatio confirmata morte se habet instar legati, ergo non preiudicat legitime, & potest detrahi falcidia, vt in legato; non tamen ad eam donationem confirmandam desideratur hæreditatis aditio; quia proprie legatum non est, sed quædam tertia species. ita etiam docent. Molin. lib. 1. de primog. multos referens c. 12. n. 10. & seq. Tiraq. l. si vnquam v. libertis n. 121. c. de reu. donat. multos citans. Greg. Lop l. 4. ver. en su vida t. 11. p. 4. & l. 1. v. donation. p. 6. Angu. de melior. l. 1. gl. 1. n. 15.

3 Quatuor tamen condiciones requiruntur, vt talis donatio confirmetur morte. Prima est, vt precesserit in vita donantis traditio rei donatæ *l. Popinianus 24. ff. de don. inter vir. & vxor.* siue ea sit vera traditio, siue ficta, vt si maritus constante matrimonio confiteatur se dotem, quam non recepit; recepisse, quia cum tunc dos, tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem pones virum esse debeat: frustra tradetur vxori; cum statim ad maritum redire debeat *l. qui sic ff. de solut.* sicque eius retentio breui manu pro traditione habetur. ac si mulieri tradita ad virum redisset, & vt vno verbo dicam, iactus sufficiunt ad hoc vt verificetur ista conditio traditionis rei donatæ, qui habentur in iure, & apud DD. pro traditione, vt est clausula constituti; vt si coniux donans constituat se possidere nomine donatarij, vel si donans retineat usum fructum, aut si debitum remittat donatario animo donandi, vel si tradat instrumenta rei donatæ, vel conficiat instrumentum donationis; vel etiam

tandem si faciat, vt scribatur res tra-
cita in libro, vbi debita describuntur,
vide Alex. de Neuo C. *fin. n. 6. de donat.*
inter. vir. & uxor. Tiraquell. multos
referentem de iure constit. 1. p. nu. 49.
Io. Lup. rubr. de dona. §. 76. n. 1, 2, 3. Min
chac. de suu. prog. l. 1. §. 1. n. 136. & 140
de succ. creat. §. 29. n. 11. 12. 18. & lib. 3.
contr. vsufrequ. c. 46. n. 10. multos referēt
Menoc. lib. 3. pr. 12. n. 38. Iason l. si diuor
tio n. 8. ff. de uer. oblig. Iul. Clar. lib. 4. re-
cept. §. donatio. q. 9. ver. scias autem.

4 Secūda cōditio requisita ad hoc vt do-
natio morte cōfirmetur, est vt coniux
donans prius prēmoriatur ipso donat-
tario. c. *fin. de donat. inter. vir. & uxor.*
at si non constat vter prius obierit,
donans sc. an donatarius, tunc si am-
bo eodem mortis genere simul perie-
runt, vt naufragio, incendio &c. &
non constat prius expirasse donatariū,
valet donatio, & morte confirmatur,
quia præsūmitur donantem in eadem
voluntate prēmortuum esse. habetur
expresse l. cum hic status 33. §. si ambo
ff. de donat. int. vir. & uxor. ita Couar.
& Menoch. *inf. cit.* si vero simul perie-
runt coniuges, at diuersis in locis, tūc
si non constat vter prius mortuus sit,
probare debent hæredes donantis, cō-
iugem donatorem non prius expiras-
se. quia hæredibus donatarij fauet pos-
sessio, quamuis id neget Alex. l. ex fa-
cto §. si quis autem ff. ad trebell. sic Bart.
l. si inter ff. de rebus dub. vbi Imola Ra-
phal. & Cuma. quos refert sequēs Co-
narr. 2. var. 6. 7. n. 5. Mascard. de prob.
concl. 1200. n. 5. Baraona in add. ad Io.
Lup. rub. de donat. §. 75. l. B. Menoch. de
pra. l. 6. pres. 50. nu. 16. dicunt n. teneri
probare eum qui non possidet; at in
casu nostro donatarius possidet vt ad-
uertit Barahona l. c. at in Regno Castel-
læ si simul obierint naufragio, incendio,
&c. præsūmitur mulierē prius expi-
rasse; in cæteris vero casibus est secūdū
ius commune: sic Io. Lup. §. 74.

5 Tertia conditio est, vt non excedat
500. aureos absq; insinuatione requi-
sita l. sancimus. c. de donat. nam tunc do-
natio non confirmatur morte donata-
rij in eo excessu 500. aureorum, vt

si donauerit 700. aureos absque insi-
nuatione, confirmabitur tantū quo-
ad 500. aureos, & vitabitur quoad
excessum 200. aureorum. sic verior
sententia docet cum Glos. c. *fin. v. con-*
stante. de donat. inter. vir. & uxo. Alber.
Crotto, Aretin. Bell. Rub. quos refert.
Angulo de Meliorat. l. 1. gl. 1. nu. 4. Iul.
Clar. de cons. comm. l. 4. recept. ver. do-
nat. q. 17. quamuis aliqui velint in to-
tum annullari, quos habes apud Sanc-
hic n. 25. & Angullo. 4. cond. disp. sequ.
explicabitur.

DISPVATIO XV.

An ad hoc vt donatio inter coniuges mor-
te confirmetur requiratur, vt donans
illam non reuocauerit tacite, vel ex-
presse, & quando censeatur tacite, re-
uocare.

1 **V**T donatio inualida inter coniu-
ges confirmetur morte donan-
tis, vt disp. preced. dictū est. requiritur
hæc 4. conditio, vt sc. non reuocata
fuerit expresse, aut tacite ab ipso do-
nante. nam si constat de reuocatio-
ne saltem tacita, non confirma tur ip-
sius morte. habetur expresse c. *fin. de*
donat. inter. vir. & uxor. & l. cum hic sta-
tus 33. ff. eod. vers. Pœnitentiam, ex quo
infertur sufficere reuocationem do-
nationis, licet non fiat reuocatio tra-
ditionis, vel possessionis, quia text.
relati per solam pœnitentiam donan-
tis dicunt illam reuocari.

2 Requiritur tamen ad hoc vt dona-
tio nulla sit, vt constat euidenter, re-
uocationem esse factam, & in ea reuo-
cantem vsque ad mortem perstitisse.
& sic donatio facta per confessionem
dotis receptæ, non reuocatur, quam-
uis donans asserat falsam fuisse confes-
sionem; non enim talis assertio est cla-
ra reuocatio; potest enim alio fine
coniux id facere, si Io. Andr. Alber.
Rom. apud Ioann. Lupum rubr. de
donat. §. 69. nu. 11. Reuocatur tamen
per alienationem, vel traditionem,
& per eos modos, per quos infra di-
cimus donationem reuocari.

QV A E R E S.

Quando donatio censetur tacite reuocari

- 3 *R.* varijs modis, & primo si coniux donans rem donatā alienauerit, vel pignori dederit, vel speciali hypothecae subiecerit, habetur *l. cum hic status ff. de don. int. vir. & vx.* at generalis hypotheca omnium bonorum, aut institutio non sufficit ad hoc ut censetur reuocata donatio, sed requiritur, ut specialiter res donata alteri relinquatur ex *l. d. cum hic status* sufficit tamen ad reuocationem pignoriatio bonorum omnium, quando pignoriatur tanti, quanti valent cum re donata, nisi tamen res donata esset maiorum pignoris, tunc enim ob affectionem ad rem illam ab antiquis suis traditam, videtur velle redimere. vide *Io. Lup. d. §. 69. n. 10.* & *Bart. Bal. Ias. apud ipsū n. 4. Fano de pign. 2. p. mēbr. 1. n. 4. Co. rub. de test. 3. p. n. 19. ve. 4. ex his.*
- 4 At coniux donans leget coniugi ea, quae in vita donauit, & donatio poterat morte confirmari, tunc si utatur verbis non importantibus legatum, aut fideicommissum, ut si dicat, vxor mea habeat, quod illi donauit, &c. non censetur reuocare donationem, sed illam confirmare. si vero dicat, lego vxori meae, quod ipsi donaueram, vel fideicommitto, aut si non poterat donatio facta morte confirmari, tunc censetur reuocare donationem, & legatum facere. Vnde illa donatio seruabit regulas, quae seruantur in legatis acquirendis; fructus tamen percepti in vita donantis intelliguntur donati; nam si mulier, cui donatio fuit facta, non acquireret fructus perceptos, istud legatum esset in damnum illius. sic est *Bar. l. si quando n. 3. ff. deleg. 1. vbi Paulus n. 5. & l. cum pater §. pater filia ff. deleg. 2. Io. Lup. rub. de donat. §. 72. n. 2.*
- 5 Reuocatur etiam tacite donatio, si diuortium sequatur cum displicentia ob inimicitias &c. nam si sit desiderio religionis, non censetur reuocari. recoualescit autem donatio si postea iterum pacifice uniantur. habetur *d. l. cum hic status.* Reuocatur praeterea si coniux donatarius mutet mores in praedictum donat-

tis, ut si mulier viuat luxuriosè, vel osculum patiatur, aut si ingrata donati eo pacto. quo traditur *l. fin. C. de reu. don. & c. de don.* nec requiritur ad hanc reuocationem actus donatoris reuocatis, sed ipso iure reuocata censetur: nam non est perfecta donatio. sic *Io. Lup. l. c. §. 78. num. 2. Menoc. de praes. l. 3. p. 37. nu. 30. Mantica de con. ult. vol. lib. 12. t. 5. nu. 6. Greg. Lop. l. 10. v. sus herederos t. 4. p. 5.*

Tandem censetur reuocari tacite eo modo, quo reuocatur legatum, quia haec donatio obseruat naturam ultimae voluntatis, non contractus. Vnde reuocatur ipso iure per graues inimicitias superuenientes, quando non fuit postea facta reconciliatio, siue inimicitiae ortae fuerint culpa donantis, siue donatarij: quia in utroque casu praesumitur reuocata voluntas donantis. Hic tamen aduerte censeferi tacite reuocata donationem per inimicitias graues superuenientes, quauis donans habuerit tempus expresse reuocandi feceritque testamento codicillum, nec in eo reuocauerit donationem. Probat, quia sic de reuocatione legati aperte deciditur *l. filio. §. seia ff. de adim. legat. & docent Bar. Alex. Ripa. Menoc. Mol. & alij apud San. hic n. 14.* ergo idem dicendum est de don. inter vir. & vx. cum similiter reuocetur ac legatum. ita expresse docet *Io. Lup. d. §. 78 nu. 27.* & loquentes de legatis tradunt ultra cit. *DD. Ber. Diaz. reg. 410. lim. 1. vbi Salzedo Minc. de succ. creat. lib. 1. §. 10. n. 621. Cou. rub. de test. p. 2. n. 2. Meres. de mai. 1. p. 43. n. 17.* & *Petrasanta. apud Men. lib. 4. pra. 170. n. 5. addēs,* & bene, nisi testatur expresse in codicillo reuocasset aliqua ex legatis iam tacite reuocatis.

DISPUTATIO XVI.

An donatio inualida inter coniuges, quando morte confirmatur, retrahatur ad tempus factae donationis, tam quoad dominium quam quoad fructus; & an semel reuocata, aut cassata, intelligatur etiam reuocari, quoad fructus perceptos.

Donatio inualida inter coniuges, dum morte confirmatur, non retrahitur quoad rei donatae dominium, & sic si v. g. anno 1636. facta fuit dona-

tio à viro vxori, & ipse moriatur, nunc 1638. vxor non intelligitur habuisse, dominiū rei donatæ per duos ānos antea, sed ex nunc post mortē fit domina statim absq; eo, quod hæreditas adatur, excipe tamen nisi hæc donatio multum excedat 500. aureos, & nō fuerit insinuata; tunc enim tota summa non potest acquiri ante aditā hæreditatem, quia trahitur ad naturā legati. Contra vero si parum summā 500. aureorū excedat, statim aditur, quia trahit illā summam ad donationē. sic Molina *l. 2. de iust. tr. 2. dis. 289.* probatur, quia tacita voluntas coniugis nō plus potest, quā expressa ex *l. filio quē pater ff. de liber. & posth.* sed expressa volūtas coniugis donantis nō potuit facere, vt vxor donataria acquireret dominium dum ipse viueret, ergo neque tacita, & præsumpta voluntas, ex qua ea donatio morte confirmatur, poterit efficere, vt vxor censeatur fuisse domina, dū ipse donans viueret, ergo donatio nō retrahitur quoad dominiū rei donatæ in tempus donationis. Vnde ea donatio, quæ morte cōfirmatur, non potest nisi post mortem incipere vsucapi ex Greg. Lop. *l. 4. v. ensuuida t. 11. par. quarta.*

2 Retrotrahitur tamen talis donatio quoad fructus, tum industriales, tū naturales. probatur, quia certū est retraheri hanc donationē, quando morte confirmatur *l. donat. quas parentes 25. c. de don. inter vir. & vx.* & non quoad dominium, vt probatum ē, ergo quoad fructus tum industriales, idest, qui hominis industria, & negotiatione acquiruntur; tum naturales, qui scilicet, ex ipsa re natura sua proficiscuntur, quia textus, & DD. allegandi indistinctē docent retraheri quoad fructus, at nō retrahitur quoad fructus perceptos, nisi traditione sequuta, quia ratio acquirendi fructus est possessio § *si quis à non Domino. inst. de rer. diuis.* nec si donatio excedat summam 500. aureorum, & non fuit insinuatio, retrahitur quoad fructus perceptos in illo excessu, quia quoad illum excessū habēt vim legati. has conclusiones tenēt

etiam ex Theolog. Molin. *l. c. 9. vt disput. preced.* Ludo. Lop. *lib. 2. de contr. c. 47.* ex iurisperitis Greg. Lopez. *d. l. 4. Anto. Gomez. 2. var. c. 4. n. 65.* Iul. Cla. *l. 4. recep. §. donatio q. 9. v. penul.* Angulo *de melior. l. 1. gl. 1. nu. 8.* Bart. *l. sequens questio ff. de leg. 2.* Padill. *l. cum virū nu. 18. C. de fideic.* Crotus Bald. Hort. Alex. Paulus, Couar. relati à Sanc. *hic. n. 1.*

3 At si donatio reuocetur, aut morte nō confirmetur in aliquo casu, nō retrahitur talis reuocatio quoad omnes fructus, sed tantū cōiux donatari⁹ tenetur restituere fructus naturales, si extant, aut in ijs est factus locupletior, fructus vero industriales retinet, nec ad hoc, vt percipiat tales fructus, requiritur bona fides, qua putabat donatio nem esse validā. probatur, quia *l. fruct. percipiendo ff. de usuris, & l. de fruct. ff. de donat. inter vir. & vx.* non considerant bonā fidē, vt cōiux donatarius acquirat fructus industriales; sed tantū quod cōiux donās non sit pauperior in his fructibus; nā potius ex donatarij industria percipiuntur. quā ex ipsa re, & cōfirmatur. quia quāuis cōiux sciebat donationē non valere, tamen tuta cōscientia rē possidebat bona fide expectans confirmationē morte sequuta. sic Pinell. *de resc. vend. l. 2. p. 2. c. 4. n. 50. 51.* Connanus *l. 8. comment. iuris c. 11.*

DISPVATIO XVII.

An donatio inter coniuges inualida confirmetur morte ciuili donantis, exilio scilicet, vel seruitute, vel religionis professione.

1 **D**ico 1. Donatio inter cōiuges cōfirmatur morte ciuili, exilio scilicet, quo ciuitas amittitur ex seruitute pœnæ, qua vir donās ad metalla fodienda dānatur prior pars de exilio. habetur expresse *l. sed si mors posterior. l. cū hic stat. 33. §. si donatur seruus ff. de don. inter vir. & vx.* dicitur autē confirmari tali morte ciuili, non quod vir dū viuit in exilio, vel seruitute, illā reuocare non possit; sed ne fiscus capiat, quādo ōnia bona illius publicaret. ita ē Greg. Lo. *l. 4. v. ensuuida t. 11. p. 4.* Io. Lup. *rubr. de don. §. 71. initio.* & alij, quos citat Tiraq. *l. si unquam v. libertis n. 122. C. de reu. donat.*

donat. Vnde reuocata donatione post publicationem bonorum, res donatæ non erunt fisci ex Bald. *l. exequutorum n. 3. c. de exec. rei iudicat.* & Gregor. Lopez. *l. c.*

2 At si vxor sit illa, quæ donet, & moriatur simili morte ciuili, non confirmatur donatio. quia dispositio dicta, solum in fauorem vxorum est introducta ex *l. res vxoris c. de donat. inter vir. & vxor. sic Mol. disp. 289. r. 2. de iul.*

3 Dico secundo donationem hæc inter coniuges confirmari professione religionis facta à donatæ (siue ante matrimonium consummatum ingrediatur religionem, siue post consummatum seruatis seruandis) quādo religio incapax est possidendi bona in cōmuni, vt sunt fratres minores. si vero religio, in qua donans professus est, capax est possidendi bona in communi, tunc non confirmatur talis donatio; sed expectanda est mors naturalis. Ratio ē, quia in primo casu æquiparatur mors ciuilis, & naturalis, nam ambæ habent eundem effectum quoad bona, sicut enim mortuus nō potest amplius possidere, sic nec ille, qui fit religiosus in ea religione, quæ nec in communi potest bona possidere. at in secundo casu potest religiosus possidere bona mediante ipsa religione, quæ ipsum representat, nam poterit bona possidere in communi. At non desunt multi, qui negent donationem confirmari professione facta in religione, non habente possessionem bonorum. hos refert Suar. *alleg. 20. n. 18.* sed quod dictum est, communiter est receptum.

4 Obseruandum tandem est posse religiosum professum, dū viuunt in religione possidente in communi bona, reuocare donationem factam, dum viuunt, quia donatio causa mortis, cui si milis est donatio inter coniuges, potest ad libitum reuocari ex Suar. *n. 27.*

DISPUTATIO XVIII.

An donatio spōsalitia largitatis inter spōsos de futuro valida sit, & quādo acquiratur ei, cui donatur.

1 PRæter donationes simplices, quæ ex mera liberalitate donantis fiūt,

de quibus hæctenus disputationibus præcedentibus dictum est, dantur aliæ, quæ ob aliquam causam fiunt. hæc autē sunt tres numeratæ à Sancio hoc *libr. disp. 1. n. 1.* Prima est donatio propter nuptias, seu ante nuptias, & ē id, quod à viro dabatur vxori pro matrimonij oneribus, & se habebat sicut dos, sed iā abiit in dissuetudinem, & de ea nil amplius dicemus. Secunda dicitur arrha, quæ apud Hispanos non sumitur pro eo, quod traditur in signum matrimonij contrahendi, & Italicè dices, *la caparra*, nā de arrha in hac significatione satis dictum est *lib. 1.* sed sumitur pro

donatione facta à sponso sponsæ in remunerationem pudicitia, vel nobilitatis, vel dotis ipsius, & dicitur dotariū communiter, ac successit loco donationis propter nuptias. de arrha dicemus à *disp. 27. ad fin. lib.* Tertia donatio ex causa dicitur spōsalitia largitas, quæ est donatio facta inter spōsos de futuro spe matrimonij, eiusq; causa, & vocatur latinè mundus muliebris, hispanicè. (*las donas y loyas, que se embian los desposados*) Italicè vero *regali dello sposo ò galantarie*, appellatur etiam donatio ante nuptias, vel dotalitiū, quod tradit sponso spōsæ teste Io. Lup. *rubr. de don. inter vir. & vx. §. 3. n. 2.* De hac igitur donatione spōsalitiæ largitatis, duo quærentur in titulo, & primū, an valida sit. Sec. quando is, cui donatur, eam acquirat.

2 Dico i. ad utrūq; quæsitū esse validā, & talis naturæ, vt pacto inter sponsos inito ne ad donatē vnquā reuertatur; statim acquiratur irreuocabiliter donatario; quia tūc est donatio simplex, & pura, nec vllō iure prohibita; at si nullū pactū ineatur inter spōsos, cēsetur donatio facta sub cōditione, nēpe si matrimoniū sequatur, & quāuis donās id nō exprimat, intelligitur tamē ex legis dispositione per ius nouū *l. cū veterū C. de don. int. vir. & vx.* vnde sequuto matrimonio spōsalitia largitas fit sponsæ, vel sponso donatario statim irreuocabiliter.

3 At si matrimoniū non sequatur culpa donātis, siue is sit spōsus, siue spōsa do-

talitia largitas fit donatarij spōsi, per quē nō stetit, quo min⁹ fieret matrimonium, si vero culpa donatarij debet integram sponsalitiā largitatem, quā accepit, restituere. Tandem si casu aliquo dissoluitur matrimonium, & osculum intercessit, tunc si sponsa est donataria lucratur medietatem iocalium, &c. si vero est sponsus nil lucratur: sed debet integre omnia restituere; quia per osculum vir nullum patitur detrimentū, spōsa vero patitur, siue osculū præcessit, siue sequatur, donationem. Hęc habentur expresse *l. cum veterum & l. si à sponso. c. de dona. ante nupt. & l. 52. Tauri bodie l. 4. & docent Anton. Gomez. l. 52. Tauri n. 2. 3. & 6. Gom. Arias l. 50. Tauri n. 2. 9. & 10. Azebed. lib. 5. recop. t. 2. gl. 3. l. 4. n. 13.*

3 Quod si osculum, vel copula intercessit ante sponsalia, vel ante aduentū conditionis in sponsalibus cōditionalibus, nil sponsa lucrabitur sponsalitiā largitatis. Ratio est, quia illud osculū, & copula, est actus pœna dignus, ut pote peccatum, ergo nō debet affici premio legali medietatis iocalium. sic ē Ioann. Lup. *d. l. 52. n. 8. & 9.* Anton. Gomez. *n. 6.* Couarr. *4. dec. 1. p. c. 4. §. 1. n. 14.* Matienzo *d. l. 4. gl. 3. n. 3.*

4 Ad hoc autem, ut sponsa lucretur hanc iocalium medietatem per osculum, satis est si non constet de animo contrario sponsi donantis per expressum pactum oppositum, debet tamen ipsa sponsa probare osculum interuenisse, sicuti etiam donatario, siue is sit, sponsus, siue sponsa, incumbit probare causam dissolutionis matrimonij datā esse à donāte. illi vero, qui repetit sponsalitiā largitatem. satis est probare tempore donationis contracta fuisse sponsalia. sic etiam Ioann. Lup. *numero 12.* Matienzo *l. d. gl. 4. num. 1.* Castillo *d. l. 52. n. 9.*

5 Si vero tantum intercedat amplexus, & tunc tota sponsalitiā largitas restituenda est matrimonio non sequito; quia non eadem militat ratio de osculo, ac amplexu, maior enim rubor est in osculo, quam in amplexu, & leges dictæ soli osculo

medietatē cōcedūt. & hęc oīa valēt ēt in foro cōscientiæ, quia hęc leges iustæ sunt, & optimæ, tātum aduerte donationem hanc valere, etiamsi non sit insinuata; & excedat 500. aureos, quia lex indistinctè decidit valere hanc donationem, ex Molin. *t. 2. de iust. dij. 290. §. quintum est.* de reliquis casibus, quando copula intercedit, &c. dicemus *disp. sequ.*

DISPVATIO XIX.

An sponsalitiā largitas acquiratur per solum matrimonium de presenti non consummatum; etiamsi sponsa non sit traducta in domum sponsi, aut per copulam præcedentem matrimonium.

1 **D**ico primo certum est, sponsam matrimonij consummatione integram largitatem sponsalitiā comparare, etiamsi nondum traducta sit ad domum sponsi, vel benedictiones Ecclesiæ factæ non sint, & sic nil tenetur sponso donanti restituere. Probatur ex *l. si à sponso. c. de donat. ante nupt.* & Ratio est, quia tunc omnino perficitur conditio, quæ tacitè inest ex legis dispositione matrimonij ineundi. sic etiam docent Ioan. Lup. *l. 52. Tauri n. 16.* Greg. Lop. *l. 3. v. besado t. 11. p. 4.* Villalobos *in concor. iur. cu. l. D. verdonatio n. 24.* Olanus *in concordial. D. n. 69.* at per matrimonium tantum ratum, & non consummatū, siue sponsa sit traducta ad domum sponsi, siue non, nil lucratur sponsalitiā largitatis, quando osculum non intercessit. Probatur, quia *l. 52. Tauri.* ponderat matrimonium vere esse consummatum *ibi (pero si consumido el matrimonio.)* sic Io. Lup. *d. l.* & Castillo *ibi numero 17.*

2 At si sponsalia de futuro copula intercedat, medietas tantum debetur sponsæ; quia quamuis coram Deo sit culpa lethalis, ob quam rationem diximus *disp. præced. n. 3.* non deberi medietatem si osculum sit ante sponsalia tamen in foro externo, & apud homines non tribuitur culpæ, nec foemina infamatur, quia id facit spe pro-

proximi matrimonij. si vero copula sit post sponsalia conditionalia non impleta adhuc conditione, nil lucrabitur sponsa, cum per copulam attempto iure Trident. *sess. 24. c. 1. de matr.* non recedatur à conditione.

- 3 Dico secundo si sponsa donet sponso, & sponsalia sint de futuro tunc de iure communi copula sequuta sponso integra iocalia acquirit. probatur ex *l. si à sponso. c. de donat. ante nupt.* ubi dicitur, quod si sponsa det sponso iocalia &c. & casu ante nuptias mori contigerit, omnia redire ad sponsam donatricem, vel ad hæredes; ergo à contrario sensu si mori contigerit post nuptias consummato saltem matrimonio, nil debet restituere. nam argumentum à contrario sensu est validissimum in iure. at si sponsa sit de præsentibus per consummationem matrimonij sponso acquirit omnia iocalia in Regno Castellæ, non vero de iure communi. probatur ex *l. 52. Taur. d. sic docet. Auendaño de exequ. mand. l. p. c. 15. n. 3. Ant. Gom. d. l. 52. n. 4.*

DISPUTATIO XX.

An quando sponsalia fuerint nulla ob aliquod impedimentum consanguinitatis &c. & sic dissoluantur, lucratur sponsa medietate sponsalium largitatis per osculum, & integram per copulam.

- 1 SI ambo impedimentum ignorabant, aut tantum sponso donans sciebat, lucratur per osculum sponsa medietatem, & per copulam integrâ sponsalium largitatem, quia id lucrum pertinet ad sponsam ob præmiū amissi pudoris. ergo etiam nunc debet dari, quia non culpa sua pudorē amisit. ita *Io. Lup. l. 52. Taur. n. 4.*

- 2 Quando vero ambo sciuerunt impedimentum, probabilius est, tunc sponsam posse retinere acceptum, donec per fisci sententiam auferatur; quia quando turpitudine versatur ex parte dantis, & accipientis, ut est in hoc casu, melior est conditio possidentis, ex toto *l. ff. de cond. ob turpem caus.*

quamuis *Ant. Gomez. & Io. Lup. d. l. 52.* putent fisco deberi.

- 3 Si vero sponso donans ignorabat impedimentum, & sponsa sciebat. debet omnia restituere, quia ipsa est in culpa. Sic & *Io. Lup. Castillo. Ant. Gom. l. c.*

DISPUTATIO XXI.

An quando sponsalia dissoluantur absque utriusque culpa; sed data opera, ut ingressu Religionis, amissione oculorum, mutuo consensu, lucratur sponsa per osculum dimidium sponsalium largitatis; vel si tantum alter culpa sua dedit causam dissolventi sponsalia.

- 1 Q Vando absque culpa utriusque dissoluantur sponsalia, & id non fit casu, ut morte, sed data opera, ut ob amissionem oculorum, v. g. sponsæ. vel ingressu Religionis, & cæteris causis, quibus licite potest sponso resilire. sponsa per osculum lucratur medietatem eorum, quæ accepit à sponso; si osculum non intercedat, nihil. sponso vero siue osculum intercedat, siue non, omnia debet restituere dissolutis sponsalibus absque culpa sponsæ donantis. Ratio est quia cum sponsa per osculum lucratur medietatem, non est cur in hoc casu illa priuatur, posito quod non sua culpa dissoluta sunt sponsalia ita loquentes de ingressu Religionis docent *Anton. Gom. Io. Lup. l. 52. Tauri ubi Cifuentes v. in eadem lege. Castillo n. 83. Ant. Gom. n. 8. Molin. t. 2. de ius. 17. 2. dis. 290. §. habent vero locum. Azebedo lib. 5. rec. t. 2. l. 4. gl. 2. n. 9. & 17. Corneus cons. 228.*

- 2 Si vero mutuo consensu dissoluantur, tunc etiam osculo interueniente nullus lucratur, quia videntur ambo cedere iuri suo. Ita *Cynus, salicet. l. cum veterum C. de donat. ante nupt. Gom. Arias. l. 50. Taur. n. 4. Castillo l. 52 nu. 4. Io. Lup. rub. de donat. §. 3. n. 5. Angel. §. est & aliud iuss. de donat. n. 2.* at si prius vnus resilit à sponsalibus, altero inuito, & tandem hic consentiat, si hic consentiens accepit sponsalium larg-

largitatem, nil tenetur restituere, & si dedit alteri potest repetere: quia eo ipso quod alter resiliat iniuste, acquisiuit hic consentiens ius ad retinenda sibi iocalia, & ad repetenda, quæ dedit. Ita Angel. Io. Lup. & Salicetus *l.c.* contra Gomez. Arias, Cynum, & alios volentes vltimam moram nocere resilienti. Idem etiam dicas quando culpa sua dedit causam alteri resiliendi à sponsalibus, vt quia fornicatus est, vel tempore præfixo non redijt, &c. tunc enim qui culpam non dedit, acquirere constat ex dictis *hoc lib. disp. 18.*

DISPVATIO XXII.

An si arrhe in matrimonio interueniant, lucretur sponsa matrimonio consummato integrè sponsalitiã largitatem, & arrhas, vel detur facultas eligendi quid velit, vel arrhas, vel iocalia &c.

Respondeo certum esse si cõsummato matrimonio decedat sponsa, vel sponsus dari electionem sponsæ, vel eius heredibus eligendi quid velint, vel arrhas, vel iocalia, & hæc electio faciendã est intra 20. dies, quibus tractatis non admittitur purgatio moræ, quia est terminus lege præstitus. at si donatio sponsalitiæ largitatis fuit inualida, & morte confirmetur, sponsa comparabit arrhas, & eam donationem. quia *l. Tauri 52. l. 4. tit. 2.* loquens de electione intelligit, quando donatio est valida, nam si est inualida sequitur naturam aliarum donationum morte confirmatarum. ita Barbos. *ff. sol. matr. rubr. 3. p.* vnde facta semel electione, & effectu sequuto, non potest amplius eligens variare *ex l. serui electio ff. de legat. 1.* potest tamen effectu non sequuto; nam non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum *de reg. iur. in 6.* & si arrhas eligat tenetur restituere iocalia &c. eiusdem valoris, ac erãt tempore receptionis, & si deteriorata sint, deberet pretium suppleri, quia non videtur reddita res, si dete-

rior restituatur; ex Aiora *de partitionibus 1. p. c. 7. n. 35.* deducendo tamen quod vir esset consumpturus cū vxore, durante matrimonio in vestibus, & iocalijs, nisi sponsalitiã largitatem dedisset. Ita etiam Meres, de maio. *1. p. qu. 52. n. 10.* Matienzo *li. 5. rec. 2. l. 4. gl. 7. n. 2.* Asebedo *lib. 5. d. nu. 32.* & loquentes generaliter quando electio non habuit effectum Bar. *l. 2. ff. de optio. lega Felin. multa addens C. ex tenore n. 2. de rescript.* Tiraq. *l. boues S. hoc sermone lim. 1. ff. de verb. signif.*

Q V A E R E S .

An matrimonio non sequuto possit similiter sponsa eligere medietatem iocalium vel arrharum.

Dico probabilius esse dissolutis sponsalibus non dari electionem sponsæ, quæ osculū habuit, vt eligat medietatem arrharum, vel iocalium, sed tantum potest, vt supradictum est medietatem iocalium sibi retinere, & si fuerunt tantum arrhæ, & nulla sponsalitiã largitas intercessit; tunc nil potest retinere de arrhis, quod egregie probatur ponderando *l. 52. Tauri* cū ipso contextu; nam postquam ea lex decreuit sponsam per osculum lucrari medietatem sponsalitiæ largitatis subdit. (*pero se qualquier dellos muriere despues de consumido matrimonio, que gane todo lo que siendo desposados le vuo el esposo dado, no quiendo arras en el tal matrimonio, pero si vuiere arras, que sea en escogencia de la mujer. &c.*) ergo non loquitur in casu solius osculi, dum addit illam particulam, *pero*, quæ est aduersatiua. at Gomez. Arias, qui hac retractat, oppositum tenet *l. 50. Tauri numero 29.*

Petes quando vxor vtens verbo volo, censeatur eligere? Respondeo, si vxor dicat, volo arrhas, vel volo habere, aut accipere arrhas, erit electio, vnde non potest amplius mutari. Ratio est, quia nullus alius actus alienæ, vel propriæ voluntatis expectatur: ergo per illud volo, absque alio infinito induci-

ducitur dispositio. Similiter si tractatis diebus ad deliberandum constitutis, vel ad interrogationem eorum, quorum interest, responderet, volo eligere arrhas censetur eligere. *l. sed & si alia in 2. respons. ff. ad senat. c. trabel. & l. in vend. C. de contra empt.* at si deficientibus his circumstantijs diceret, volo eligere. vel, aio me eligere, vel curo me eligere, non intelligitur electio, sed animus, & determinata voluntas eligendi. Vide Menoch. alios referentem *casu 496. n. 18. l. 2. centur. 5. & sup. l. 1. disp. 18.*

DISPUTATIO XXIII.

Quo tempore donari debet sponsalitia largitas ut censeatur valida, ante ne initum matrimonium; an etiam post initum

Certum est de iure communi inualidam esse sponsalitiā largitatem inter sponfos de præsenti, etiā nondum consummato matrimonio, at de nouo iure Castellę valet hæc donatio inter sponfos de præsenti nondum consummato matrimonio ex *l. 52. Taur. hodie l. 4. tit. 2. lib. 5. recopil. sic* Io. Lup. *l. 52. Taur. n. 2.* vbi Ant. Gom. *n. 4.* Castil. initio Gomez Arias. *l. 50. nu. 5.* Montalu. *l. 5. t. 2. de lasarras lib. 3. fori Barbola l. que dotis 34. n. 83. ff. sol. mat.* cum Molina & Lud. Lopez. apud San. *n. 1.* Similiter valet donatio sponsalitię largitatis, & sponsa per osculum medietatem lucratur, integram vero per copulam, quamuis facta sit tempore nuptialium benedictionum; sed ante copulam, quia *lex 52. Taur. d.* tantum attendit an donentur ante, vel post consummatum matrimoniū.

2 Nil autem lucratur sponsa si post cōsummatum matrimonium fiat donatio sponsalitię largitatis, etiamsi benedictiones ecclesię non sint subsequutę, quia *l. d. Taur. 52.* tantum dicit sponsam posse retinere medietatē eorum, quę sponfus dedit ante consummatum matrimonium; ergo à contrario sensu nihil potest retinere eorum, quę dedit post consumma-

tum matrimonium. sic etiam tenet Io. Lup. Castillo, Gomez Arias, *l. cit.* cum Matienzo *lib. 5. rec. 1. 2. gl. 3. l. 4. n. 2.* vbi Asebedo *nu. 25. & 26.* quamuis contraria sententia, quam sequitur Anton. Gomez, *l. 52. Tauri n. 6.* Auendaño *de exeq. manda. 1. p. c. 15. n. 4.* Aiora *de parii. c. 7. p. 1. n. 37.* sit satis probabilis. ratio est, quia sponsa lucratur eam donationem, in præmium amissī pudoris, quę ratio militat, etiamsi consummatio matrimonij præcedat ecclesię benedictiones.

3 Quodsi nondum consummato matrimonio sponfus dat nuncio iocalia &c. ut sponsę donet, & antequam nuncius ad sponsam perueniat habeatur copula, nulla est donatio si sit Nuncius sponsi; quia donatio debet à sponsa acceptari, quando autem sponsa acceptat, iam est tempus inhabile propter consummationem. Si vero sit Nuncius à sponsa destinatus, vel aliquis potens nomine sponsę stipulari, tunc valida est talis donatio; quia per acceptationem factam ante copulam statim fit sponsę. habetur expresse *l. si sponfus. in princ. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

4 Quęres tandem an anulus, quem sponfus dat in Ecclesia fiat sponsę. Respon. negatiue si ante datus non est; quia videtur datus ad seruandum ritum Ecclesię, non animo donandi, quamuis Bald. dicat fieri sponsę. *auth. ex testamento n. 8. C. de Collatio.*

DISPUTATIO XXIV.

An donatio sponsalitia largitatis possit in quacumque quantitate fieri.

DE iure communi nulla est taxa sponsalitię largitatis; sed potest fieri in quacumque quantitate. at in Regno Castellę nequit excedere octauam partem dotis sponsę, sed hæc dos debet vere esse recepta, non fictē promissa. constat ex *l. 1. sine tis. 2. l. 5. recopil. Castella.*

2 Hęc autem lex non ligat forenses, constat ex illis verbis (*ninguno de nue. Aros*

stros Reynos) at si Regnicula est extra Regnum potest excedere taxam, vt ex dictis *l. 3. disp. 18.* constat si vero externus puellæ Regni Castellæ, in eo Regno matrimonio iungatur, debet leges seruare Castellæ in hac dispositione. quod si sponsa nullam habet dotem, probabilius est sponsalitiæ largitatem non esse nullam; sed moderandam esse arbitrio boni viri. sic etiam Auendaño *de exeq. mand. 1. p. c. 15. n. 2. & 3.* Azebedo *lib. 5. recop. l. 4. t. 1. num. 15.* at Matienzo vult esse inualidam. *d. lib. 5. l. 1. glos. 6.* Alios vero casus, qui hic quæri possunt, habes infra, dum de archis agetur, sunt enim similes.

DISPVATIO XXV.

An vestes, & reliqua, qua mittit sponsus sponsæ, censeatur sponsalitia largitas, & per consequens acquirantur integræ consummato matrimonio, & nondum consummato per osculum dimidia pars.

R Espon. attento iure communi vestes & cæt. si prætiosæ sint, & non constat animo donandi datas esse à spõso spõsæ, nõ censentur donatæ, sed accommodatæ ad vsum; quotidianæ vero, & minus prætiosæ cēsentur donatæ; vnde de illis prætiosis non acquirit sponsa, siue sit de futuro, siue de præsentis, sicuti in sponsalitia largitate, nec earum donatio morte viri confirmatur, quia non fuit vere donatio. probatur ex *l. si vt vero §. interdum ff. commodati ibi (& sua dumtaxat causa commodauit sponsæ suæ vel uxori, quo honestius culta ad se duceretur)* sic etiam Imola *l. pen. §. 1. ff. sol. ma. Angel con. 339. n. 3.* Anch. *cons. 181. n. 3.* Gamma. *decis. 111. 1. p. n. 7. & 4.* Iul. Clar. *lib. 4. rec. §. donatio q. 10 initio.* Cagnolus *l. contractus n. 36. ff. de reg. iur.* Io. Lup. *rub. de donat. §. 6. à nu. 5.* Greg. Lop. *l. 23. v. paños t. 11. p. 4.* Villalobos *in comm. opin. li. v. verbo vestes n. 47.* Quesada *diuer. q. iur. c. 28.*

2 At de iure nouo Castellæ dicendū est valere vt sponsalitiæ largitatem,

donationem vestium &c. siue pretiosarum, siue quotidianarum factā per spõsum sponsæ defuturo, vel præsentis, vel per sponsam sponso, nisi constet de contraria donantis volūtate. Prob. ex *l. 2. Taur. (todo loque el esposo le viuere dado antes de consumido matrimonio agora sea pretioso, agora no)* Ita Io. Lup. *n. 13.* Gom. Arias, *l. 50. Tauri n. 16.* Castillo *d. l. 52. v. agora sea pretioso.* Barb. *l. qua dotis 34. n. 82. ff. sol. matr.* Olanus *Concor. iur. lit. D, contra Molin. t. 2. de iust. trac. 2. dis. 209. §. quartum est dubium.* qui vult attento quocumq; iure non esse sponsalitiæ largitatem ea, quæ mittit sponsus siue de præsentis, siue de futuro sponsæ occasione huius quæstionis.

QVÆRESI.

An vestes, quas donat vir uxori consummato iam matrimonio censeantur donata.

3 **R** Esp. si constat eū tradidisse animo donandi, si vestes sint pretiosæ, donatio est inualida; sed morte cōfirmabitur. ex Bar. *l. pen. §. Jericis uxoris n. 3. v. non obstat. ff. sol. mat.* Matt. de Afflei. *dec. 315. n. 9.* Io. Lup. *l. c. §. 11. nu. 3.* Iul. Clarus. *lib. 4. recep. §. donatio q. 10. fine.* si vero sint quotidianæ, statim valet, nec potest à viro reuocari, quia hæc vestes pertinent ad alimenta, quæ vir tenetur uxori præstare; at si vxor daret viro vestes quotidianas, esset inualida donatio, & morte confirmanda, quia vxor non tenetur virum alere, nisi ob eius inopiam, in quo casu valet statim donatio. sic etiam Barbosa *l. c. n. 72. & 64.*

4 Si vero nõ cōstat de animo sponsi. Dico veriorē, ac frequentissimā sententiā esse in hoc dubio, vestes, & cætera iocalia, si sint pretiosæ, cēseri cōmodata à viro uxori ad vsū. vt ornatior appareat. Vnde soluto matrimonio ad virū, vel ad ipsius hæredes redibūt. Probatur ex *l. hoc legatū 45. de legat. 3.* vbi vestes paratę causā vxoris, eilegantur per virū, ergo supponit à principio nõ fuisse

fuisse donatas, quia alias legatum non subsisteret. *l. propria c. de legat.* Secundo quia in traditis gratia tradentis non præsimitur donatio *l. si ut certo ff. commodati.* sed vir gratia sui tradit has vestes &c. vxori, vt ornatio accedat ad ipsum, ergo traditio harum vestium pretiosarū, &c. nō præsimitur donatio.

At vestes quotidianæ &c. censentur donatæ à viro vxori, etiam si excedat dotis fructus, vnde soluto matrimonio erunt vxoris, aut eius hæredum; quia vir nequit repetere expensas necessarias, quas præstat, vt sue obligationi satisfaciatur. *l. pen. ff. de impensis.* sed vir tenetur facere expensas ad alendam vxorē *l. si cum dotem ff. solut. matr.* & nomine alimentorum includuntur vestes ordinariæ, & necessariæ *l. legat. ff. de alimen. & lib.* ergo vir nō potest repetere has vestes, & dona ad vsum quotidianum feruientia, & necessaria. sunt pro hac sententia circa 40. DD. Bar. Bald. Paulus Io. Imol. *l. pen. d. Barbat. con. 60. libr. 3.* Capella Tolosana q. 336. Vitalis *trac. claus. 2. an iuri alim. possit renunc. Meno. multos referens de arb. lib. 3. cent. 3. cas. 218. n. 2.* Mascard. *de prob. conc. 56. 4. n. 2.* Matth. *de afflict. l. c. Io. Lupus d. 9. 11.* Rojas *epis. success. c. 33. n. 47.* Quesada Villalobos Iul. Clar. *n. 1. cit.* & alij apud Sanch. *hic n. 10.* quamuis Io. Lup. nolit vt fructus dotis excedat vestes quotidianæ, &c.

5 Sunt in hac re quinque sententiæ. Prima dicit non censeri donatas. ita Dynus apud Bart. *d. l. pen. & Alex. l. si is qui 9. dos n. 4. ff. ad l. falc.* Secundo dicit censeri donatæ omnia, & sic morte confirmari. Tertia dicit tunc censeri virū donare, quādo dotis fructus sunt pingues. sic Cuma *d. l. pen. §. seruis n. 5.* Albericus *l. c. vero dicit vestes necessarias non censeri donatas, alias vero si non excedunt dotem, censeri donatas.* Barbosa denique putat censeri donatas. si sint vestes quotidianæ, aut festiuæ causa vxoris paratæ, secus vero si vir domi habebat. sic *l. quæ dotis 34. à num. 75. ff. sol. matrimon.*

6 Quod autem dictum est in nostra sententia, vestes pretiosas non censeri

donatas, intellige, quando non est consuetudo, vt donatæ censentur. Similiter si non est consuetudo, eas vestes mittendi, & vir mittat; quia dum sponte mittit, videtur donare, sicuti videtur donare, si mittat aliquid præter consuetudinem, vel nisi sponte aliqua viro donarit, tunc enim censetur vir in remunerationem donare has vestes pretiosas. sic etiam Barbosa alios referens *d. l. quæ dotis num. 79. & 81.*

7 Aliquas alij ponunt limitationes, & volūt has vestes pretiosas censeri donatas, quando vir mittens dicat, dono has vestes tibi. vt Barbosa. *dic. l. quæ dotis n. 78.* Angel. *cons. 339.* Cagnol. *l. contractus n. 36. ff. de reg. iur.* Angel. & Iul. Clar. alij vero dicūt, tunc censeri donatas, quādo vir est validè diues, & nobilis, hi sunt idem Barbosa. *c. num. 80.* Matt. *de Afflict. dec. 315. n. 4.* Tiraq. *de nobil. c. ult. n. 47.* Beroius *cons. 62. nu. 24. l. 1. Nauarr. sum. c. 17. n. 166.* Gut. *2. pr. q. 20. n. 1.* Salazar. *de usu curiæ c. 7. n. 12.* & alij *n. 19.* citati à Sanch.

Sed neutra limitationes placēt, nō prima quia verbum, dono, debet impropriari secundum subiectam materiam *l. si vera 17. ff. locati,* & tenēt Bart. *l. 1. §. nec castrense n. 10. ff. de coll. bon.* Bal. *auth. ex test. n. 8. c. de coll. Anch. con. 181. à n. 1.* Alex. *cons. 155. n. ult. lib. 7.* Rolan. *cons. 10. n. 15. lib. 10.* Io. Lup. *rub. de dona. §. 7.* & alij Non placet secunda, sed debet intelligi iuxta rerum qualitates, & ratione iudicandū esset, ita vt quod respectu pauperis sit magni pretij, respectu diuitis sit parui pretij. sic Menoc. *cas. 88. n. 502. de arb. cent. 1.* Masc. *de prob. cōc. 555. n. 63.* Io. Lu. *§. 11. Gut. q. 19. n. 4.*

8 Quod si petes, quānā dicantur vestes quotidianæ, quæ vero pretiosæ. R. id iudicandum esse prudentis arbitrio attentā conditione mariti, vxoris, patriæq; consuetudine vnde vestes honorificæ, sine quibus mulier non potest exire in publicum diebus nō festis absque dedecore, attentā sua qualitate, quotidianæ intelligūtur, quāuis alij velint eas reputari quotidianas, sine quibus non potest exire diebus festis sine dedecore respectu suæ qualitatis. hinc

vestes sericæ quotidianæ dicuntur respectu nobilis, & si duplicatæ sint pro estate, & hyeme. vide Io. Lup. d. §. 11. n. 9. Menoc. c. 218. l. cit. Salice t. l. sicut sine c. de don. int. vir. & vx. Babof. l. qua dotis 34. ff. sol. ma. n. 73. Afflict. dec. 315. n. 14.

QV A E R E S II.

An si pater det filia nuptiarum tempore vestes, vel socer nurui præsumantur donata.

- 9 Resp. cum eadem distinctione, si sūt vestes pretiosæ non præsumuntur donate; & sic mortuo socero sunt cõputandæ in legitima filij, modo socer nõ dederit nurui animo donandi, & vt ipsi acquirantur, & non filio; tũc enim filius non tenetur eas conferre; quia nihil sibi directe donatũ est, & si à patre tradite sint, cõputatur in dote promissa. tamen aduerte, quod quãdo restituantur, vel conferuntur, debent cõferri secundum valorẽ, quem habent tunc, nõ quẽ habuerunt, quãdo tradite fuere; quia ipsis tantũ vfus fuit concessus, & dominiũ apud donãtes remãsit, nisi dentur estimatę, ea estimatio ne, quæ facit emprionem. si vero sunt quotidianę, & donantur à patre, videtur donate. Patent hæc ex rationibus 11. 4. adductis. vide Bart. d. §. nec castrense Bald. l. filia cuius n. 14. c. famil. bercisc. & l. omnimodo 30. §. imputari n. 4. c. de inoff. test. Paul. conf. 184. vol. 2. Barahona l. B. add. ad Io. Lup. rub. de don. §. 11. nu. 3. ibi Lup. cũ Alex. & Petro de Vbaldis Ang. Nauarr. Manuel. & alios apud Sanch. hic à n. 33. an vestes quotidianę sint sponsalitia largitas, si dentur à socero dicam disp. sequ.

DISPVATIO XXVI.

An donata sponsa à consanguineis spõsi, & contra à cõsanguineis sponsa sponso, cõsentantur sponsalitia largitas, atque ita acquirantur sponsa per osculum quoad medietatem, & integre per copulam, vt de sponsalitia largitate dictum est.

- 1 **R**espondeo donata à cõsanguineis sponsi sponsę ante consummatũ

matrimoniũ, non sunt sponsalitia largitas iuxta probabiliore sententiã; vnde nec medietas per osculũ, nec integra per copulã acquiruntur ipsi spõse; quia in dubio non præsumitur sponsũ ea sic donata velle donare spõse. sic est Gutt. 2. pract. q. 120. n. 10. Mol. t. 2. de iust. tract. 2. dis. 430. concl. 3. contra Io. a. Lup. l. 52. Tauri n. 11. vbi Castillo nu. 8. Garcia de coniug. acquæst. n. 107. quoniã vero hæc questio vt plene intelligatur, pendet ex aliã ideo.

QV A E R E S.

An donata viro à consanguineis uxoris, & contra acquirantur coniugi consanguineo, cuius contemplatione donantur, vel potius ipsimet coniugi, cui donantur vt v. g. si Franciscus frater Titij det Berta uxori ipsius Titij vestes &c. an censeantur acquisita Berta, vel potius Titio, cuius amore Franciscus frater donat Berta, & quod dico de fratre, vel consanguineis, intellige etiam de amicis donatibus, vt Barto. com. 11. l. 2. & alij.

- 2 Resp. certum est primo, quãdo aliquid ab extraneo, vel ab eque consanguineo vtriusq; vel ab amico datur vtrique coniugi, diuidendum esse inter eos; quando non constat cuius contemplatio datũ sit, quia sicuti vtriq; datur, vtriq; debet acquiri, quando non ẽ cõiectura contrarię voluntatis in donante. At si donãs est consanguineus illius coniugis, cui dedit, vel eque cõsanguineus vtriusq; sed vni tantũ donat, tunc certũ est illi acquiri, cui donatur, quia non est coniectura in contrarium. sic Garzia l. c. n. 114. Mol. concl. 1. Gutier. loc. cit. numero 12.
- 3 Sec. certũ esse videtur, quando consanguinitas cũ vno coniuge est causa remota, vel occasio, vt alteri detur, acquiri tantũ donatario cõiugi, vt si Petrus det Francisco coniugi suę cõsanguineę ob amorẽ, quo erga illũ afficit, tũc proxima causa donationis ẽ amor, remota vero est matrimoniũ initũ cũ cõsanguinea ipsi Petri, nã hac via Petrus venit in cognitionẽ Frãncisci. sic Bart. l. sed

l. sed si plures §. in arrogato n. 3. ff. de vulg. ubi n. 6. Alex. Cuma. n. 3. Paul. n. 6. Ioa. Lup. rubr. de don. §. 65. n. 65. Suar. l. 3. fori t. de las ganancias l. 1. n. 32. & alij plures in casu omnino simili. Et sic si vxoris extent benemerita erga donantem ipsi acquiruntur donata à consanguineo mariti, censetur enim ob ipsius benefacta donasse, nisi illa beneficia præstita essent de cõmunibus bonis, tunc enim diuidēda sunt inter virū, & vxorem. similiter si mariti merita præferunt, donū factū vxori. marito acquiritur, vt si sit medicus, & curā adhibuit magnā egrotō, vel causidicus, &c. & egrotus, vel cliens donet vxori, tunc enim manifesta est coniectura voluntatis donandi marito: quādo vero cõstat de donantis voluntate, tunc illi acquiritur, cui donans vult, ita Menoch. de præf. l. 3. pr. 26. n. 1. & 3. Gutt. 2. præf. q. 120. Ioa. Lup. rubr. de dona. §. 45. num. 13. & 19. his igitur positis.

4 Dico 1. quando sumus in dubio cuiusnā contemplatione consanguinei viri donent vxori, vel consanguinei vxoris donent viro, & an donās velit donum acquiri vxori, cui donat, an vero viro suo consanguineo; tunc verius est donata vxori à consanguineis viri, censeferi donata viro, & sic soluto matrimonio, viro sunt restituenda, vel eius hæredibus. Probatur 1. ex *l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulg. ubi (si quid beneficio arrogatoris acquisiuit)* loquitur de arrogato (*& hoc substitutū posse habere, vt puta si arrogatus amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit.*) Ratio est, quia cū nulla sit ratio dandi vxori, debet præsumi, vt datū à cõsanguineis viri, ita sit vxori datum, vt ipsi viro acquiratur, & è cõtra. tota enim donandi ratio est consanguinitas. ita Ioa. Lup. l. c. Rolan. conf. 10. n. 10. vol. 1. Nauarr. sum. c. 17. n. 166 Iul. Clar. l. 4. rec. v. donatio q. 10. vers. sed numquid ea dicens communem Aiora de partit. 1. p. c. 8. n. 19. Masc. de prob. conf. 564. n. 5. 6. 7. Ant. Gomez. l. 52. Taur. n. 67. Guttier. l. c. n. 9. Cagnol. l. contractus n. 38. ff. de reg. iur. Bart. Alex. Paul. nu. 3. cit. Ant. Dec. Corn. Barbat. decisio Rotæ apud Menoc. l. 3. præf. 26. n. 13. Intel-

lige idem esse, siue fiat mentio in donatione affinitatis, vt do Mariæ vxori consanguinei mei, vt vult Ioa. Garzia. de contug. acquæstu. nu. 108. 117. 118. & Ang. Perus. l. sed si plures §. ad substitutos ff. de vulg. siue non, siue res donatæ sint apte soli coniugi donatario, vt si vxori dentur res solis foeminis cõueniētes, vel marito res solis viris, quam limitationem ponunt Bart. conf. 11. lib. 2. nu. 3. Ang. d. l. sed si plures. Gutt. 2. pr. qu. 120. n. 14. & alij, sed reiiciuntur ambæ, nam militat eadem ratio in his, sēper enim intuitu coniugis consanguinei donantur. ita Ioa. Lup. l. c. Rolan. num. 11. Garzia. num. 119. Ioa. de Imol. l. si pater §. ad substitutos n. 12. ff. de vulg.

5 At si Princeps, vel Augusta donet vxori consanguinei sui, tunc acquiritur ei, cui fit donatio. *l. cum multa. c. de bonis, qua lib.* nisi tamen Princeps ob viri obsequia donaret vxori, tunc enim in dubio viro acquiruntur, vel si sit consuetudo, vt donata vxori v.g. à consanguineis viri, & contra ipsi coniugi acquirantur, nam in dubio semper donatio censetur facta secundum loci consuetudinem, sic etiā sic Alex. d. l. sed si plures. Rolan. Menoch. Ioa. Garzia Gutt. cit. vel tandem si donatio fiat vxori, mortuo tamen marito consanguineo donantis; quia cessat contemplatio, & fauor defuncto illo, cuius contemplatione aliquid fit. sic etiam Tiraquell. latè probans *tract. cessante causa. num. 107. in nostro casu Azebedol. 5. rec. t. 9. l. 3. numero 12.*

6 Contraria sententia est valde probabilis, atque donata alteri coniugi, à consanguineis alterius, in dubio acquiri coniugi donatio, nec esse restituenda coniugi consanguineo donantium, vel eorum hæredibus. quia si Socrus donet nurui, valet statim irreuocabiliter donatio, vt habetur expresse *l. si te inuacuam 23. de donation. inter vir. & vxor.* & similis casus habetur *l. si mater, & l. si constante. c. de donation. ante nupt.* ergo donata à consanguineis viri vxori, acquiruntur ipsi vxori. ita docent,

Bald. *con.* 316. *num.* 2. *vol.* 4. *Salic. l. nec. inter C. de don. int. vi. & vx. C. ma l. sed si plures §. in arrogato n. 4. sine. Zali' lib. 2. intel. signi. c. 9. Auend. Meno. Caldas &c. apud Sanch. n. 10.*

Retenta tamen nostra opinione, vt donata vxori à consanguineis viri censentur viro donata, dicendum est eã donationem non confirmari morte ipsius viri, licet talem consanguineorũ donationem factam vxori, ipse ratam habuerit, quia in dubio non præsumitur donatio. *l. cum in dubio ff. de probat.* sic etiam Molin. *t. 2. de iu. dij.* 430, *con.* 4 Gutier. *q.* 120. *cit.* Io. Lup. *rubr. de dona.* §. 44. contra Ant. Gomez. *l.* 52. *Taur. n.* 67. Manuel. Mendoz. *l. cum oportet 1. p. v. ex eius substan. n. 9. C. de bon. quæ. lib.*

Tandem nota quod id, quod datur à consanguineis, vel alijs sponsis habet tacitam conditionem, si matrimoniũ sequatur. sicuti habet etiam sponsalitia largitas. *ex l. cum veter. C. de donat. ante nupt.*

DISPVATIO XXVII.

An arrhe dentur in præmium virginitatis mulieris.

INomine arrharum non venit hic id, quod datur inter sponsos in signum, & pignus futuri matrimonij, vt de iure communi accipitur, nam de his arrhis in tali sensu loquuti sumus *lib. 1. disp. 35. & sequ.* sed loquimur de arrhis in eo sensu, in quo diximus hoc *libr. disp. 18.* accipi in Hispania; & ab auctore nostro ponitur hoc *libr. 6. disp. 1.* nimirum pro donatione, quam facit sponsus sponsæ; vel maritus vxori in præmium dotis receptæ; vel nobilitatis, vel pudicitie sponsæ, & de his, quod acquirantur matrimonij consumatione dictum est *disp. 22. supra.* An vxor putatiua eas lucretur *disp. 20.* & an vxor vtraque accipiat, si adsint arrhæ, & sponsalitia largitas *disp. 22.*

2 Nunc ad quesitum in titulo; an arrhæ dentur in præmium virginitatis. Respondeo non dari in præmium virginitatis, atque adeo mulier, quæ virgo

non est, & talis creditur à viro, non tenetur eas restituere; quia nullo iure probatur arrhas dari in præmium virginitatis. possunt enim etiam dari vidue, vel aliter corrupte. errant autem Tabelliones dicentes dari in honore virginitatis; quia *l. 87. rex. 18. p. 3.* vbi describitur forma instrumenti donationis arrharum non dicitur hoc, sed tantum (*por razon del casamiento*) Secundo tunc cessante causa, cessat effectus, quando causa est sola, & vnica; nam si plures sunt, oportet omnes cessare *ex Bart. l. 2. §. fin. ff. de dona. Tiraq. tract. cessa. causa lim. 6.* sed virginitas quamuis esset causa donationis arrharum, tamen non est sola. nam datur in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis sponsæ. vt volunt Gutt. *1. pract. q. 124 n. 2. & 2. q. 18.* Ant. Gom. *l. 52. Tauri n. 12. & 13.* Matienzo *lib. 5. rec. t. 2. rubr. gl. 2. n. 6.* Molin. *t. 2. de iust. dij.* 431. *§. dub. est ob.* qui fatetur ob nullam causam restringi arrharum donationem, ergo cessante virginitate non debet cessare effectus donationis arrharum, & per consequens eæ non sunt restituendæ, etiam si donans arrhas, si sciret illam virginem non esse non daret. Ita etiam *ex Ant. Gomez Matienzo, & Castillo l. 51. Taur. n. 2.*

3 Contrarium tenent aliqui DD. asserentes dari in præmium pudicitie, vt Io. Lup. *rub. de donat. §. 12 n. 1.* Gom. Arias. *l. 49. Taur. n. 8.* & Padilla *auth. res qua n. 31. C. com. de leg. cum Couar. & alijs, qui etiam idem significant apud Sanc. nu. 3. hic.*

4 Ex dictis infertur, si viduæ constituet dotem, quã putabat esse virginem si illa virgo nõ sit, nõ vitari talem donationem, quia non præsumitur virginitas fuisse causa dotis constitutionis, etiam si dicatur (*por ser yo viejo y vos doncella*) nam verba apposita in contractu, quando aliud non exprimitur, intelliguntur secundũ iuris dispositionem. *l. quero 36. ff. locati:* at secundum iuris dispositionem non potest vir dotare vxorem (vt dixi *lib. hoc disp. 6.*) nisi ob disparitatem, quæ nulla est, quando vir est viduus, sponsa vero virgo; sed

tantum quando vir est senex, sponsa vero iuuenula, vel ille ignobilis, hæc nobilis. vnde illa verba, *Porseruos doncella*, in dubio intelligitur iuuenula, & sic si cætera causæ sunt veræ, valebit donatio, etiam si virgo non sit.

- 5 Contrariam minus bene tenent Corduba, *sum. q. 135. Lud. Lopez. 1. p. infl. c. 76. Vega lib. 1. sum. c. 387. Manu. 1. l. sum. 2. edi. c. 208. n. 12.* qui tamen volunt virum censeret dotem hæc remittere sponsæ obligatæ ad restitutionem, si conscius defectus virginitatis vitam conjugalem cum ea ducat, quod nec approbo, quia vir necessitate coactus eam vitam ducit, nam fornicatio præcedens non est iusta causa diuortij, ergo vita illa conjugalis non est coniectura nouæ donationis casu, quo illa donatio fuit nulla.

Q V A E R E S.

An scemina peccet simulando virginitatē, utens medijs aliquibus alijs licitis, vt virginitatis defectum, vel alios tegat, vel parentes, & alij conscij talis defectus puellam, vt virginem copulantes.

- 6 **R**espondeo puella defectum virginitatis, & alios celans non peccat contra iustitiam; quia vsus receptus communi contrahentium cōsensu est, ne contrahentes, vel mediatores detegant propria vitia; vel eorum, quorum mediatores sunt; ergo nulli infertur iniuria per eam cellationem. Probat ex doctrina *Coarr. reg. peccatum 2. p. §. 4. nu. 6.* communiter recepta, nimirum certum in ludo de victoria posse augere sponsonem ob naturales ludi leges. Idem ait in simili *Nauar. qui hanc quæstionem tangit. cap. inter verba 2. edit. con. 1. corolla, 16. n. 60.* At si verisimile sit maritum eum defectum cogniturum, & ægrè laturum, & vitam discordijs acturum, erit peccatum mortale cō-

tra charitatem; secus vero si aut numquam illum defectum cognoscet, aut cognito, non valdè ægrè feret, colligitur ex *Naarro l. c.*

DISPVATIO XXVIII.

An arrhæ possint inito matrimonio constitui, vel ea sit donatio prohibita inter coniuges, & inualida.

- 1 **P**robabilius est posse constitui arrhas ante, & post initum, vel consummatum matrimonium. Probat, quia donatio remuneratoria, non est prohibita inter coniuges, vt dictum est *disp. 6. hoc lib.* sed hæc constitutio arrharum, est remuneratio pudicitiae, vel nobilitatis, vel dotis, vt *disp. præced. dixi.* ergo potest fieri, etiam consummato matrimonio. sic etiam *Io. Lup. rubr. de donat. §. 2. 4. nu. 2. Castillo Ant. Gom. l. 50. Tauri Matie. Aiora Gutier. Vulasc. Baeza apud San. n. 2.*

- 2 *Gregor. Lop. l. 1. ver. en españa t. 1. 1. p. 4. & Molina t. 2. dis. 431.* putant valde hoc esse dubium, & dicunt, quando constitutio arrharum meram donationem saperet, inualidam esse.

DISPVATIO XXIX.

In qua quantitate possint arrhæ promitti, & ex quibus bonis.

- 1 **A**rrhæ in Regno Castellæ nō possunt excedere decimam partem bonorum illius, qui eas constituit; quamuis non habeat hæredes necessarios. siue sit vir, siue vxor, quæ etiam potest arrhas viro constituere ob excessum nobilitatis, vel diuitiarum. nec hoc est de iure partitarum; vt etiam sentit *Greg. Lop. l. 87. v. segun fuero t. 18. p. 3.* probatur ex *l. 50. Taur. bodie, l. 2. tit. 2. l. 5. nouæ recop.* nec requiritur insinuatio, etiam si excedant 500. aureos. sic etiam *Molina ex t. d. t. 2. disp. 290. Azebedo lib. 5. reco. t. 2. l. 1. nu. 1. & 26 & l. 2. n. 29. Baeza de non melio. c. 9.*
- 2 Quamuis arrhæ possint promitti de bonis

bonis præsentibus, & futuris, & vxor possit eligere tempus, quo valor bonorum viri constituentis arrhas computandus sit ex *l. 2. li. 3. fori t. de las arras* tamen promissio arrharum intelligitur de solis bonis præsentibus, nisi futura exprimantur. vnde etiam si bona mariti augeantur, taxatio arrharum computanda est de bonis, quæ erant tempore, quo arrhas promisit. ex *l. quidquid 99. ff. de verb. oblig. siue maritus aliqua bona habeat tempore constitutionis arrharum, siue non. quia nullo iure probatur, quod dicunt Azebedo l. 2. n. 22. & Baeza de non mel. filia c. 31. nu. 10. sine.* quando maritus bona non habet, computandas esse arrhas iuxta tempus, quo præstantur, nõ vero quo promittuntur. Ita Io. Lup. *rub. de donat. §. 24. nu. 1. v. si autem vir. Castillo l. 50. Tauri n. 5. Suar. l. 1. n. 10. lib. 3. fori v. nota ulterius.* Baldefius ibi Gutier. 3. *prat. q. 42. n. 2. Aiora de part. 1. p. c. 7. n. 18. Mol. t. 2. de iust. dis. 431. §. circa hac queritur.*

3 Immo si vir obliget bona præterita, & futura pro arrharum securitate; nisi in promissione explicet se promittere eas de bonis futuris, promissio intelligitur facta de solis præsentibus; quia taciti, & expressi idem est iudicium. *l. cum quod ff. si cert. petat.* ergo sicuti si tacita fuisset hypotheca bonorum præsentium, & futurorum; obligatio principalis arrharum sola bona præsentia comprehenderet; sic etiam si exprimat illa hypotheca, adhuc obligatio arrharum sola bona præsentia comprehendet. sic ex Couarr. multos referente *que. prac. c. 29. n. 4. Gutier. 2. prac. qu. 7. n. 6.*

4 Hæc autem computatio bonorum faciendæ est ex eo, quod superest, deducto ære alieno: deductis oneribus, & tributis, quæ ex his soluuntur; quia id dicitur esse in bonis *l. sub signatum. ff. de verb. significat. & l. non amplius de legat. 1.* Contra vero in bonis constituentis arrhas, computandus est valor officiorum, quæ sunt vendibilia, & computanda sunt illa, ad quæ recuperanda vir habet actionem, quia hæc

dicuntur esse in bonis. *l. bonorum ff. de verb. signif. sic Suar. l. 3. fori t. 2. de las arras l. 1. n. 5. vbi Baldefius. Ant. Gom. l. 50. Tauri n. 19. Baeza de non mel. cap. 28. n. 2. Caualean. de vsuf. mulieri relicto n. 107. Gio. Lupus de donat. §. 52. n. 6.*

Q V A E R E S I.

An si arrhæ excedant decimam partem bonorum sint omnino inualidæ.

5 **R**espõdeo si arrhæ excedant decimam bonorum partem, sunt inualidæ tantum quoad excessum. probatur ex *l. sancimus. 34. c. de donat.* etiam si fundus excedens valorem decimæ bonorum partis constituatur nomine arrharum, nõ vitiantur arrhæ in totum; sed tantum quoad excessum, quia quæuis in hoc casu inutile non possit separari in corpore, potest tamen separari quoad estimationem, quod satis est: sic etiam Io. Lup. Castillo *l. 50. Tauri Matienzo l. 5. rec. t. 8. l. 3. gl. 7. n. 3. Azebedo l. 2. t. 2. n. 20. eod. lib. 5. Mol. dis. 431. t. 1. de iust. §. illud est obseruandum.* Idem dic de sponsalitia largitate. non enim vitiat, nisi in quantum excedat octauam bonorum partem.

Q V A E R E S II.

An tertius possit arrhas supra decimam constituere.

6 **R**esp. quamuis quidam negent posse alium tertium v. g. Titium, qui est consanguineus coniugum, vel extraneus constituere arrham excedentem decimam bonorum partem; tamen verius est posse, quando verè donantur de proprijs bonis; nam si hi consanguinei vel extranei constituunt arrhas de bonis viri; vt si pater v. g. constituat arrhas de bonis, quæ filius habiturus est, & consanguinei arrhas, vt vel ita donarēt donationem illam acquiri, marito iuxta dicta *disp. 26. supra* non valent; quia tunc vere maritus donaret, vt docet Matienzo *lib. 5. recop. t. 2. l. 1. glos. 7. n. 1.* Ratio nostræ conclusionis est. hæc lex

constituens metam in arrhis est correctoria, ergo nō debet extendi ad alias personas præter illas, quas nominat, nempe virum. ita Matienzo *gl. 6. n. 2. in simili casu. Gutt. de iur. p. 1. c. 14. n. 12. Auendaño de exeq. man. 1. p. c. 15. numero primo.*

7 Hinc patet, quod si quis tertius se obliget tamquam fideiussor in constitutione arrharum excedentium decimam bonorum partem; vel in constitutione dotis excedētis metam signatam in curijs Matriti, corrueat obligatio accessoria fideiussoris, cum principalis obligatio non teneat. *l. 1. ff. de fid. potest tamen fideiussor peti, sed non, vt accessorius, sed vt principalis, vt scilicet remaneat obligat⁹ casu, quo fratres v.g. non ratam habuerint eam summam excessiuam dotis, vel excessus arrharum petatur. Probatur ex simili doctrina Nauarri c. non decatis 12. q. 1. in nou. edit. n. 44. qui ait fideiussorem accedentem obligationi religiosorum posse obligari non accessorie, sed principaliter, quia in religiosis nulla obligatio nec ciuilib, nec naturalis est, si superior eam ratam non habuerit.*

DISPVATIO XXX.

An decima pro arrhis promissa computanda sit iuxta bona, quæ vir tempore promissionis bona fide possidet tamquam sua; ita vt illis bonis postea euectis, vel restitutis veris Dominis arrba minueda non sint.

1 **R**espondeo decimam computandam esse de ijs bonis, quæ vere erant promittentis, & sic postquam bona minuuntur detractis ijs, quæ bona fide possidebantur, & Dominis restitutis, debet minui decima in arrhis. Probatur *ex l. 1. tit. de las arrhas l. 3. fori approbata. l. 50. Tauri. ibi (no pueda dar mas de la decima parte de sus bienes.)* idest non possit plus dare, quam sit decima pars bonorum suorum, quæ verba denotant proprietatem, & verum dominium. Idem dicas etiã in sponsalitia largitate, quæ octauam partem bo-

norum excedere nequit. sic etiã Guterlatius probans *3. pr. d. q. 42. n. 12.* Aliqui tamen viri doctissimi oppositum tenent, sed leui fundamento innuntur. hi sunt Azebedo *l. 5. rec. t. 2. l. 2. nu. 23.* Matienzo *l. 2. cit. gl. 2. n. 4.* Anton. Gomez. *l. 50. Tauri n. 13.* & alij.

DISPVATIO XXXI.

An si arrbas promittens maioratum possideat, bona maioratus æstimanda sint, & qualiter, vt intelligatur, an arrba excedant decimam bonorum partem.

1 **C**ertum est apud omnes non habendum esse respectum ad valorem maioratus, sed ad valorem reddituum, quos promittens arrhas toto suæ vitæ tempore percepturus est, & ex illa summa decima pars potest pro arrhis constitui, quia ex vna parte licet sit verus Dominus bonorum maioratus, tamen potius usufructuario comparatur; quia non potest bona illius alienare; ex altera vero parte ius percipiendi eos fructus, appellatione bonorum comprehenditur *l. bonorum appellatione ff. de verb. signif.*

2 Modus autem computandi valorē horum reddituum est ad rationem vnus pro septem, sicuti computatur pretium census vitalitij per nouam pragmaticam Philippi II. tertio die Iulijanno 1583. promulgatam, & sic valor reddituum duorum mille aureorum, qui singulis annis à maioratu percipiuntur, deductis expensis erunt quatuordecim mille aurei, decima vero, quæ potest à possessore talis maioratus assignari, erit 1400. aurei. Ratio est, quia æstimatio reddituum illorum pro tempore vitæ possessoris maioratus est, quasi emptio census vitalitij.

3 Nec ætas, aut valetudo eius, in cuius vitam conceditur census, est attendenda, vt vult esse attendam Molina *1. 2. de ius. dis. 431.* quia Princeps habet ius constituendi certum pretium, census pro omnibus, nelites, & iurgia orirentur, & dato quod computatio valo-

valoris arrharum esset facienda in sententia Molinæ, attenda scilicet ætate, & viribus possidentis maioratum; semel ea computatione facta prudenti arbitrio, non poterit amplius reuocari, quidquid in posterum accidat, sic etiam Aimon Cepola, quos sequitur *3. var. c. 9. n. 8. v. hic deducitur.* & Molin. *5. circa hæc queritur.* Couarr. contra aliquos contrarium asserentes Io. Lup. *rubr. de don. §. 2. n. 1.* Greg. Lopez Padilla, Meres, Valascum. apud Sanch. *nu. 2. hic.*

4 Ex dictis infertur sponsam posse dare sponsæ pro sponsalitia largitate octauam partem valoris bonorum maioratus, quæ vxor traderet in dotem viro, quod potest ipsa facere, vt probat Meres *de maioratu §. p. q. 9. nu. 15.* sic Gutier. *2. p. qu. 17. n. 7.*

DISPVATIO XXXII.

An antapocha (vulgo contraescripturas) quas aliqui faciunt de non petenda aliqua quantitate sibi promissa causa matrimonij contrahendi, noceant vxori, quoad arrbas; itaut ea quantitas sibi promissa computanda non sit inter bona sponsi ad æstimandum Decimam bonorum promissam nomine arrharum.

R Esponsio est negatiua, & sic si v. g. Franciscus pater donet Titio filio centum causa matrimonij ineundi, & filius aliam secretam scripturam faciat de non petendo à patre centum, nihilominus computatio arrharum æstimanda est de bonis Titij filij, inclusis etiam illis centum, quos ipse Titius per antapocam promissit non petere à patre, quod intelligendum est iuxta dicenda quare.

2 Supponendum est, meliorationem, seu donationem factam filio absque aliqua causa; vel causa ineundi matrimonij in genere esse reuocabilem in Regno Castellæ, nisi alia concurrant, de quibus agunt Commentatores *l. 16. Tauri.* at si talis melioratio fiat cum tertio ex ea commodum reportante, est irreuocabilis; quia

tunc est pars contractus dotis, & est vnus contractus cum contractu dotis *l. petens. c. de pactis* tunc enim ob donationem illam sponso factam ducti fuerunt parentes sponsæ ad tantam dotem constituendam, sic Tello *d. l. 17. n. 71.* & Moli. *lib. 4. de prim. c. 2. nu. 16.* Auedaño *l. 44. Tau. gl. 16. n. 7. & 8.* Azebedo *li. 5. rec. t. 6. l. 1. n. 40.* vbi Matie. *gl. 7. n. 1.*

3 Hic 1. infertur, si filio matrimonij ineunti Pater dicat eum esse melioratum, vt hac de causa foemina ei nubat, vel ampliorem dotem constituat, celebrato matrimonio ob eam causam, reddi irreuocabilem donationem factam prius ob causam matrimonij initi. Ratio est ne nurus decepta maneat. nec filius potest consentire, vt alia noua conditio illi meliorationi seu donationi adijciatur, nec etiam potest ob eandem rationem remittere promissionem de non meliorando factam in ipsius gratiam, vt aliquam determinatam ducat in vxorẽ, quæ eo pacto inito ipsi nupsit, vide Meres de Maior *1. p. q. 22. n. 23* Matien. *gl. 1. n. 5. l. 6. t. 6. li. 6. recop.* Tello *l. 17. num. 72.*

4 Infertur 2. inutiles esse antapocas, & cautelas, quibus filij promittunt se nõ vsuros in melioratione; quia quauis promissione posita, non potest donatio, seu melioratio infringi in præiudicium vxoris, & liberorum, quibus ius est ad eam acquisitum, etiam si filius ante contractum matrimonium liberum reddidisset patrem ab ea obligatione; erit enim inutilis talis liberatio, quatenus interest mulieris; idem dic si talis promissio fiat ab alio cõsanguineo, vel extraneo ob eandem rationem, quod si mulier, aut filij non patiatur diminutionem in suo iure, valida erit talis remissio, poterit tamen contradicere, quia licet diminutio non fiat in arrhis; at alia habet dãna, sc. in medietate lucrorum, & quia diminutis facultatibus viri nõ ita opulente viuet cessante tamẽ præiudicio vxoris, & filiorum soluto matrimonio, tenetur remittens stare promissis vide Tello *n. 73.* Meres *n. 32.*

5 Hinc inferunt aliqui, quamuis Donatarius promiserit se non vsurum donatione

natione sibi facta causa patrimonij ad ordines suscipiendos, non posse eam restituere, nisi prius aliud patrimonium acquisiuerit. Ita Enriqu. lib. 13. de excom. c. 37. n. 2. man. 2. t. sum. c. 15. n. 5 Angulo de Melio. l. 6. gl. 4. n. 9. Cæterum verius est donatarium tene-ri in tali casu restituere, quando dedit antapocam, vel fidem id restituendi, quia nullum est præiudicium Episcopi, cum ipse non teneatur illum sic ordinatum alere, nullam enim culpam commisit, sed bona fide ordinauit, nec taliter concedentes patrimonium debent hac pœna puniri ante Iudicis sententiam, quamuis malè faciant sic colligo ex doctrina Nauar. sum. c. 27. nu. 158. Pedraza 2. p. sum. c. 2. Maiol. li. 4. de irre. c. 15. Borgas de irre. 1. p. q. 5. n. 24. & aliorum, qui dicunt huc ficto patrimonio ordinatum esse suspensum, & docent Cord. jum. q. 32. §. respondoque noes Lud. Lop. de contr. li. 2. c. 45.

DISPUTATIO XXXIII.

An in foro conscientia valida sit promissio arrharum ultra decimam partem bonorum, ita ut uxor non teneatur excessum restituere.

Respondeo non esse validum excessum arrharum ultra decimam partem bonorum etiam in foro conscientie, & restituendum esse ante Iudicis sententiam, & idem dicas de sponsalitie largitatis excessu ultra octauam partem; quia leges hæ prohibentes, & quicquid contra gestum sit annullantes in utroque foro receptæ sunt, ut sonant, ut ipse usus testatur sic etiã Baeza, de melioran. f. c. 29. n. 1. Rojas epit. success. c. 3. n. 41. Angulo de melio. l. 10. gl. 9. n. 3. loquentes de melioratione facta causa dotis per parentem, quamuis Lud. Lop. lib. 1. instr. c. 175. in 2. edit. Mexia taxa panis concl. 6. nu. 42. Padilla auth. resqua n. 23. co. com. de legat teneant oppositum, putantes legem de melioratione iam usu ita esse receptam, ut melioratio facta causa dotis non sit in foro conscientie nulla.

DISPUTATIO XXXIV.

An donatio arrharum ultra decimam bonorum partem confirmetur iuramento, vel tale iuramentum sit obseruandum.

Probabilius est donationem hanc arrharum ultra decimam non confirmari iuramento, probatur (omissis alijs rationibus, quæ ab alijs afferuntur, sed parum urgent) quia non posse promitti arrhas supra decimam bonorum est etiam in fauorem consanguineorum eas promittentium, ijs enim defertur ius repetendi excessum l. 1. t. 2. de las arras. l. 7. fori. at contractus in præiudicium tertij non confirmatur iuramento c. quamuis pactum de pactis in 6. ergo talis promissio arrharum ultra decimam non firmatur iuramento nec indiget relaxatione, nam sine peccato seruari non potest sic Montaluis referens Vincetium Episc. l. 1. ver. todo home. t. de las arras lib. 3. fori ubi Suar. n. 23. Couarr. de pac. 2. p. §. 2. n. 8. Couarr. Villalob. in com. opin. lit. A. ver. arra. n. 251. Matien. lib. 5. rec. t. 2. l. 2. gl. 3. n. 6. & 7.

2 Excessus autem sponsalitie largitatis confirmatur iuramento; quia prohibitio, ne sponsalitia largitas excedat octauam partem est tantum in fauorem sponsi donantis, & ille excessus est in præiudicium ipsius donantis, aut promittentis, non in præiudicium tertij, ut constat ex l. 1. t. 2. lib. 5. recop. Castelle. at contractus etiam si sit contra bonos mores ciuiles confirmatur iuramento, quando non est in præiudicium tertij ex c. quamuis pactum de pactis in 6.

3 Contraria sententia satis probabilis asserit donationem arrharum ultra decimam confirmari iuramento. probatur ex l. 12. tit. 1. l. 4. noue recop. ubi permittitur, iuramentum apponi in contractu arrharum; ergo illud iuramentum aliquid operatur. sic Castillo, l. 50. Tauri num. 4. segura. l. 1. §. si vir. 139. ff. de acq. poss. ubi Perez in add. Aiora de part. 1. p. c. 7. num. 19. Ant. Gom. l. 52. Tauri nu. 13.

DISPVATIO XXXV.

An solato matrimonio incumbat uxori, vel eius hæredibus probare arrhas promissas non excedere decimam partem bonorum mariti, vel potius incumbat viro, vel eius hæredibus probare excedere.

1 **P**robabilius est nõ teneri nec vxorem, nec eius hæredes probare arrhas non excedere decimam; sed marito, vel eius hæredibus incumbere on^o probandi excedere; quia ille debet exceptionẽ, probare, qui excipit, sed vir excepit velei^o hæredes, quãdo. n. mulier petit arrhas fũdata in earũ promissione & in instrumẽto illi dicũt eas nõ deberi, quia decimam partem bonorum excedunt, quod si fœmina sit in possessione, vel tales sint coniecturæ, quibus iudex quodammodo sibi persuadet arrhas minime excedere decimã. tũc absque dubio ipsa nil debet probare, & sic mulier poterit tuta conscientia arrhas retinere, nec inuestigare tenetur, an excedant nec ne decimam, partem bonorum mariti; quia ad ipsã non spectat id probare, hanc tenent. Baeza de non melio. c. 36. n. 19. Gutier. 3. pr. q. 40. n. 4. & 7. prac. q. 4. n. 3. Matiẽ, li. 5. recop. t. 2. l. 1. gl. 7. & l. 2. gl. 2. n. 7. Aiora. de part. 1. p. c. 7. n. 27. & seq.

2 Contraria sententia dicens mulieri incũbere onus probandi arrhas nõ excedere. est Suar. l. 1. n. 15. t. 2. de las arrhas lib. 3. fori Ant. Gom. l. 50. Tauri num. 13. & c.

DISPVATIO XXXVI.

An arrha minuant legitimã ascendẽtibus, vel descendẽtibus debitã, vel solũ extrahenda sint de ea parte, de qua potest maritus disponere in præiudicium filiorum prioris matrimonij, aut de qua potest disponere in præiudicium ascendẽtium, quando filijs caret.

1 **R**esp. arrhas promissas à viro habentes filios prioris matrimonij extrahendas esse ex ea parte, de qua maritus potest disponere in præiudicium ascendẽtiũ, & descendẽtium. Ratio est, quia hæc donatio licet sit

remuneratoria, tamẽ non debetur ex iustitia, ergo non præiudicat legitime ascendẽtibus, & descendẽtibus debitæ. sic etiam Spino. spec. testam. gl. 18. n. 94. Gutier. 3. prac. q. 43. nu. 21. & 23. Angulo de Melio. l. 12. glos. 1. num. 22. Azebedo sibi contrarius. lib. 5. recop. t. 6. l. 12. num. 4.

2 At si tempore, quo vir promisit arrhas, filios non habebat; sed deinde nati sunt, tunc potest liberẽ de quinta disponere: quia quãdo promisit, arrhæ de toto hereditatis corpore extraherentur, tunc enim filios non habebat. nec filij nati id impediunt; quia donatio remuneratoria, qualis est hæc non reuocatur filiorum natiuitate. l. si unquam c. de reui. donat. vbi Tiraq. cum alijs multis n. 12. atq. ita etiam docent. Spino. Angulo, & Gutier. l. c.

3 Idem, quod dictũ est de arrhis, etiã dicendum est de sponsalitia largitate, extrahendã sc. de ea parte, de qua donans potest libere disponere, si filios habeat, & si nõ habeat de tota hereditate, quãuis postea nascãtur; hinc si spõsalitia largitas excedat quintã, vel tertiam bonorũ partẽ debitã ascendẽtibus, vel descendẽtibus nõ cõfirmatur iuramento, quia est in præiudiciũ tertij. sic etiam spino. l. c. n. 117. & Gutier. n. 23. ad plenã vero dictorũ intelligẽtiã.

QVÆRES I.

An donatio remuneratoria extrahenda sit de toto hereditatis aceruo: an vero de ea parte, de qua potest quis disponere in præiudicium legitimæ debitæ ascendẽtibus, seu descendẽtibus.

Respon. donationem remuneratoriam, si non est debita lege iustitię, debet extrahi de ea parte, de qua libere potest donans disponere. probatur ex l. 30. Tau. quę expresse constituit filios, ac descendentes hæredes necessarios præter quintã bonorũ partẽ; ergo cũ hæc sit causa necessaria, nõ debet non obseruari, ob donationẽ remuneratoriã, quę ex lege iustitię nõ debetur, & in hoc sensu intelligitur l. 26. Tau. bodie l. 10. l. 5. quæ disponit donationes factas filijs per parentes cõputari in 3. & quin-

& quinta bonorum parte ; unde non possunt parentes in præiudicium legitime debitæ descendentibus expendere in opera pia, ultra quintam bonorū partem, cuius contrarium minus bene sentiunt aliqui DD. apud Sanc. n. 3. Naua. sum. c. 26. n. 39. Lud. Lop. i. p. inst. 2. edit. c. 42. §. præterea Vega l. 5. sum. ca. 294. &c. tum quia non est causa pia, nec Deo grata, quando datur aliquid in præiudicium rei alteri debitæ, tum quia ita est praxis recepta in Castella, ut non possint ultra quintam siue in vita, siue in morte disponere in præiudicium legitime, quando dispositio est libera. ita Gutt. de iuram. i. p. c. 5. n. 24. 25. & 28. vbi late probat hanc ultimam partem Salzedo. add. ad reg. 214. Ber. Diax. Baeza. de non melior. c. 17. num. 3. Aymon. con. 165. Segura l. coheredi §. cū filia n. 181. ff. de vulg. Couar. c. cum inoff. n. 11. de test. Greg. Lop. Merz. Matien. Azebedo, Io. Garzia Ang. apud Sanch. hic n. 4. Matt. Aymon. Segura. Tello. Perez. & alij.

3 Contraria sententia affirmans detrahendam esse ex toto hæreditatis corpore, tãquam æs alienum. est probabilis. eam tenent ex Theologis. Molin. Lud. Lop. Manuel. Vega. & alij Canonistæ apud Sanch. n. 3. Dicuntur. ex l. viuis 9. ff. si quid in fraudem Patroni. vbi dicitur libertum benemeritis donare posse, non tamen legare, quo patroni legitimam portionem minuat: sed portio patroni, & filiorum sunt similes l. fin. c. de inoff. testam. ergo si portio patroni potest minui, poterit etiã minui illa filiorum donatione remuneratoria.

Q V A E R E S II.

An donationes, & eleemosyna minuatim à parentibus factæ, dum viuunt, computanda sint in ea parte, de qua liberè possunt disponere, ut in Regno Castella de quinta bonorum parte in præiudicium descendentium, & de tertia in præiudicium ascendentium.

4 Resp. magis placet donationes non

immodicas factas prudenter pro modo substantiæ, & qualitate personæ nõ computari in ea parte, de qua donans potest disponere. nõpe in 2. vel 3. quia ita praxis interpretatur. sic Mol. t. 2. de iust. dis. 282. §. dubium est. Angu. de mel. l. 12. gl. 1. n. 26. Aiora de par. 2. p. 35. per totam.

Probabile etiã est, quod aiunt Baeza. de non melior. s. 27. n. 6. Matienzo lib. 5. rec. t. 6. l. 12. gl. 3. n. 3. Corduba. sum. quasiunc. 125. punt. 5. Suar. l. quoniam in prioribus c. de inoff. test. Suar. & Matienzo. nimirum si pater vite tempore non donauit quintū per modū quotæ, idest certam bonorum partem, sed fecit aliquas modicas, & minutas eleemosynas, tunc non minui eius quintū de qua liberè disponere potest.

Alijs sēper volunt cōputandas esse eleemosynas &c. et minimas de quinto, sic Tello. l. 28. Taur. n. 4. Alij vero negāt de quinto has eleemosynas defalcari, quando excessus est modicus, ut filij parū grauentur in sua legitima. sic Greg. Lop. l. 8. v. en vida t. 4. p. 5.

DISPVATIO XXXVII.

An vir, cui dos non soluitur, vel nõ integre teneatur ad integras arrhas soluendas.

1 **R** Esp. maritū nõ teneri soluere arrhas, quãdo dos promissa ei non soluitur, et si tempore promissionis arrharū, non meminerit dotis promissæ; aut tunc nondū promissa fuerit, & si nõ soluat integra dos, posse minuere prorata arrhas Ratio est, quia nõ implēti implendū non est. l. quaro 65. ff. locati. & frangenti fidē, fides seruãda nõ est, nisi tamē matrimoniū initū fuerit habita fide de dote soluēda certo tēpore v. g. per annū, & ante annū matrimoniū solutū fuit, tunc enim debet integras arrhas soluere, quia nulla culpa est mulieri, quæ nõ tradidit dotē ante diē destinatū, vel nisi vir partē dotis remisit. vide Mol. t. 2. de iust. d. 431. §. dubium est utrum. Valasc. conf. 3. ad finem. t. 1. Rolan. con. 10. n. 1. 2. & 3. tom. 1. vbi Afflict. Guido, Neuiza, Bertran. Boerius.

DISPVATIO XXXVIII.

An Pupillus, vel minor possit absque Tutoris, aut curatoris auctoritate, iudicifque decreto arrhas constituere.

VT decisio quæstionis in titulo propositæ clarior intelligatur, duo quærenda sunt. & primo an pupillus, vel minor contrahens auctoritate tutoris, aut curatoris, aut illo carens obligetur naturaliter, & ciuilitè.

Sciendum est ad cognitionem terminorum masculinum post quatuordecim annos completos, & fœminâ post 12. dici puberes, ante hanc ætatem puer dicitur impubes, seu pupillus, fœmina pupilla. Minor vero dicitur tam masculus, quam fœmina post pubertatem vsque ad 25. annum completum. Proximus pubertati in hac materia dicitur excedens decimum annum cum dimidio, & puella excedens nonum cum dimidio. Ante hanc autem ætatem dicuntur infantia proximi, doli autem capax dicitur is, qui pubertati est proximus. vide *l. 2. disp. 51. & disp. 7.* vbi etiam explicatur, quando oritur obligatio, quid sit naturalis obligatio, & ciuilis, & quomodo obliget. His positis.

2 Dico primo. Minor habens curatorem, eiusq; licentia contrahens obligatur naturaliter, & ciuilitè in contractibus. *l. si curatorem. c. de integ. restitut.* in alienatione vero bonorum immobilium, vel mobilium, quæ seruari possunt, debet etiam intercedere iudicis decretum, etiam si minor curatore careat. ex *l. non solum 4. c. de prædij. min.*

Idem etiam dicas de pupillo; qui est pubertati proximus, contrahente auctoritate Tutoris, obligatur enim naturaliter, & ciuilitè. at si est infans, & contrahat auctoritate Tutoris nõ obligatur actione ex contractu, etiam si ditior effectus sit, sed tantum ex quadam naturali æquitate, quæ non patitur aliquem cum aliorum damno locupletari. *l. nam hoc. 14. ff. de cond. indeb.* ita Salicet. *l. 1. v. non es obligatus c. de in-*

util. pupul. vbi Alber. Angel. Bart. *l. 1. v. promiserit ff. de nouat. & n. 7.* vbi Paul. n. Greg. Lop. *l. 4. v. infante t. 11. p. 5.* Molin. *t. 1. de iust. dis. 224. f. 1393.*

3 Si vero minor, aut pupillus contrahit sine auctoritate curatoris non obligatur ciuilitè (de naturali obligatione dicemus *infra n. 10.* nisi in quantum est factus locupletior, tunc enim etiã naturaliter tenetur *l. fin. c. de emptore.* quamuis Paul. *d. l. 1. fin.* velit pupillum in tali casu solum naturaliter obligari nec contractus tenet nisi eius fauorẽ, & in quãtũ ẽ illi proficu⁹, vnde in optione minoris est (cũ auctoritate curatoris. vel iudici, vbi ope⁹ est) stare cõtractui, vel ab eo desistere: restituendo tamen pretium, in quãtum est factus locupletior, quod etiam tenetur facere pupillus pubertati proximus, etiam si non sit factus locupletior, quando dolo eius res perijt. sic etiam P. Mol. ex *l. pupillus ff. de auct. tut. l. c. f. 1394.* Sarm. *de reddit. p. 1. c. 2. n. 16. & 17.* non põt tamen minor facere maioratum in sibi successurum per viam contractus, aut donationis, absque curatoris auctoritate, quãdo illum habet, nisi iuramento confirmet. est contra Greg. Lop. *l. 4. v. alguna pro. t. 11. p. 5.* defenditur tamen à Mol. cũ multis *lib. 2. de primo. c. 9. n. 8.*

4 Quod si minor curatorem non habeat, & sit pubes, obligabitur ciuilitè, & naturaliter, licet si lædatur, possit restitutionis beneficium implorare. si vero sit impubes non obligabitur ciuilitè, quia illi administratio est interdicta. *l. ius. iuran. 17. ff. de iure iuran.* Paul. *l. si curatorem c. de in integ. rest.*

5 Dico secundo. Minor contrahens auctoritate curatoris, aut decreto iudicis, si lædatur, (quod tũc euenit, quãdo minor facit actũ, ex quo nulla sibi vtilitas sequi potest, sed damnum, vt late Sarmien. *l. 3. select. c. 13. n. 2.* potest petere restitutionem; probatur ex *l. 1. & 2. c. si tutor interuenerit.* ex P. Molina. *t. 1. de iust. d. 224. fol. 1397.* Paul. *d. l. si curatorẽ n. 3.* Gutt. *de iuram. 1. p. c. 5. n. 6.*

6 Quod si minor pubes factus contractum onerosum, vel lucratiuum firmaret iuramento, siue iuramentum

appo-

apponatur in ipso contractu, siue ante, siue post contractum, & est si sine auctoritate curatoris is alienaret bona immobilia, & iuraret siue perse, siue per procuratorem constitutum adiurandum cum speciali mandato, non potest petere restitutionem in integrum; quia efficitur maior ratione iuramenti suppletis defectum minoris ætatis. prob. ex auth. Sacram. puberum. c. si aduersus venditionem. ita etiam Ant. Gomez to. 2. variar. c. 14. num. 18. multis allegans.

7 Ad hoc autem, ut iuramentum minoris firmet contractum, requiritur, ut is sit pubes, nec sufficit eum esse pubertati proximum, probatur quia auth. Sacram. puber. c. si aduers. vend. & alibi requiritur iuramentum puberis, ergo non sufficit, ut sit pubertati proximus. sic docent Gloss. l. fin. v. potuerit ff. de liberali causa, vbi Odofredus v. quæro quid in impubere. Menoch. cum alijs cõs. 29. n. 37. vol. 1. Alex. l. qui iuran. se ff. de iur. iuran. multi tamẽ valde probabiliter tenent sufficere eum esse pubertati proximum. sic Bart. Iason. Paul. Salic. Corneus, & alij d. auth. sacramenta. cum Imola. Domin. Hort. Paulo de Eleaz apud Seraph. de priu. iuram. prin. 83. n. 2. 4. ratio eorum est, quia peccando, & peierando potest se obligare diabolo. c. 1. de delictis puerorum. ergo potest Deo obstringi iuramenti vinculo.

8 At obligabit iuramentum, donec relaxetur, quia est de re licita, potest tamen pater, vel tutor etiamsi impubes disponat de peculio castrensi, vel quasi castrensi, irritare eius iuramentum in sententia probabilis, quæ asserit impuberem non obligare naturaliter; at nullo modo possunt irritare iuramentum, quo pubes contractum confirmat, quia acquiritur ius tertio irrevocabile, & pater non potest irritare obligationem homini factam. vtrum autem minor ratione enormis læsionis possit petere restitutionem, petita prius relaxatione iuramenti.

Vide Couarr. de pactis,

3. p. 5. 4. n. 6.

QVAERES II.

An minor absque curatoris auctoritate contrahens obligetur naturaliter, id est in foro conscientie, & idem est de pupillis. quia in hoc equiparantur cum minoribus, ut constat ex l. si curatorem c. de in integr. restit. & notant ibi scribentes.

9 Respondeo probabilior, & communior sententia est pupillum, aut minorem contrahentem sine Tutoris, aut curatoris auctoritate obligari ex contractu naturaliter, & in foro conscientie. Probatur; quia principali nullo modo obligato non tenetur fideiussor, sed requiritur, ut saltem naturaliter principalis sit obligatus. l. cum. lex ff. de fideiuss. & l. naturaliter. ff. de cond. indeb. & alijs; sed fideiussor pupilli contrahentis absque auctoritate tutoris obligatur. ex l. fin. ff. de iure iuran. & l. si pupillus ergo pupillus contrahens absque auctoritate tutoris saltem naturaliter obligatur. Cõfirmatur quia contractus minorum confirmatur iuramento; ergo ex eo orietur obligatio naturalis. ita Nauarr. lib. 4. cõs. in 1. ed. t. de spons. cõs. 39. num. 11. in 2. t. de spons. imp. cõs. 4. n. 11. Aldobrandi. ins. de auct. tut. 8. auctoritas autem num. 22. Roma. l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig. Cõs. de spons. t. qui possint sponsalia contr. nu. 4. in tom. 9. tractatum nouior. Lambert. tract. de contr. gl. 16. v. non valet nu. 12. Corrasius dicens comm. l. filium quem §. falcidia num. 38. c. famil. hercisc. Anton. Gomez. Caualecan. Caldas. & alij multi Iurisperiti. & ex Theologis Cordub. Molin. & Ludo. Lopez. apud Sanch. hic numero 21.

10 Intellige conclusionem, etiamsi pupillus non sit factus ditior. ex l. 1. d. etiã in contractu mutui in l. fin. ff. de iure iuran. & quamuis tutorem non habeat, quia si quando habet tutorem, tenetur naturaliter, multo magis tenebitur, quando illum non habet, quia sic pupilli potestas non est adeo cõtarta. sic Bart. l. 1. n. 6. ff. de nouat. vbi Pau. Alber. §. illud non interest.

11 Limitatur tamen conclusio, primo, quando pupillus est infans, deficit enim plena intelligentia in illa ætate, & ita non obligabitur naturaliter, etiã si malitia suppleat ætatem contra Angelum oppositum tenentem in hoc casu. *inst. de oblig. §. pupillus n. 2.*

Secundo nisi promissio facta sit de rebus, quarum alienatio est interdicta minori absque Iudicis decreto, vel quando pupillo, vel minori Iudex interdicit administrationem. Tertio, nec naturaliter obligabitur, quando cum ipso Tutore contrahit, quia Tutor prohibetur eam promissionem recipere. *l. non licet c. de contr. empt. nisi contraheret autoritate alterius tutoris, vel nisi factus esset ditior, tunc enim etiam ciuilitur tenetur; & tandem nisi pupillus dolum commiserit, vt si dolo eam rem destruxisset, vel alienasset, hæc etiam docent Bart. l. 1. ff. de nouat. num. 7. 8. fin. vbi Paulus num. 6. Molin, t. 1. de iust. disput. 224. fol. 1394. Salic. l. 1. num. 1. c. de inut. stipu. Bertach. in repert. v. pupillus sub. num. 50. & Caldas l. si curatorem v. non absimilis num. 28. c. de in int. rest. Guttier. l. nemo potest num. 150. ff. de leg. 1. reijcientes quod Bolognin. ait in mutuo non obligari naturaliter rub. si certum petat. num. 23. Salic. Guttier. Molin. Alberic. & alij.*

12 Limitatur secundo in Regno Castellæ, vbi minor non obligatur, nec naturaliter ex contractu inito pecunia credita, vt si quid emat pecunia credita; nec etiam si iuret, quia *ea lex 22. t. 11. l. 5. recop. Castella expressè resistit contractui, & iuramento. Intellige tamen iisdem limitationibus, quibus filius fam. non tenetur ex mutuo apud Gre. Lop. l. 4. ver. prastado. & v. Cauallero t. 1. p. 5.*

Contraria sententia asserens pupillum sine Tutoris auctoritate contrahentem non obligari naturaliter in foro conscientia, est valde probabilis. eam tenent Couarr. *de pactis 2. p. §. 4. num. 10. Druarenus l. & pupillus 127. ad finem ff. de verb. oblig. Cynus l. 1. c. de inut. stip. apud quem*

Iacob. Reuenna, Alciatus *l. pacta numer. 24. ff. de pactis.* probatur; quia si pupillus in d. casu naturaliter obligatur; ita vt sit obligatus in foro conscientia, leges fouerent iniustitiam, & sic essent iniquæ, dum tuentur pupillum, ne soluat id debitum. Tertio quia leges resistunt contractui pupilli, & minoris inuito sine auctoritate *ex l. obligari 9. ff. de auctor. tutor. ergo pupillus nec ciuilitur, nec naturaliter tali contractu tenetur.*

QVÆR ES III.

An posita nostra sententia, qui rem à minore vel pupillo accepit, teneatur in conscientia restituere.

13 **R**espondeo in his casibus, in quibus dictum est, pupillum vel minorem naturaliter obligari, non teneri eum, qui lucratus est à minoribus restituere lucrum ante Iudicis sententiam, sed posse tuta conscientia retinere v. g. lucrum, quod acquisiuit, ludens cum tali minore, vel ex alia causa, nec rem, quam a minore accepit, etiam sine auctoritate curatoris, vel tutoris, teneri restituere, antequam minor, vel pupillus vtatur beneficio restitutionis; nisi facta fuerit rei immobilis alienatio absque Iudicis decreto, & in hoc sensu intelligendi sunt DD. asserentes semper teneri restituere. hi sunt D. Thom. 2. 2. *qu. 32. ar. 7. ad. 2. Metina C. de restit. q. 22. §. vt igitur in summa dicam Sotus lib. 4. de iust. q. 5. a. 2. v. hæc demum & alij apud Sanch. nu. 30 hic. Idem dicas in casibus, in quibus supradictum est, iuramentum minoris confirmare contractum, nec posse vti beneficio restitutionis. In his enim recipiens potest tuta conscientia, quod accepit, retinere, & minor non potest beneficio restitutionis vti, nisi in casibus, in quibus competit maiori, & nisi fuerit impubes, vel pubertati proximus secundum nostram sententiam, quæ diximus posse petere relaxationem iuramenti, quod si sustineantur contraria*

trariæ sententiæ in ijs casibus, in quibus dicitur minorem non obligari nec naturaliter. dicendum etiam est recipientem non posse retinere.

14 Nec minor, qui nequit absque magnis expensis petere restitutionem in integrum à Iudice, potest uti tacita compensatione propria sc. auctoritate, occulteque surripere ab eo, à quo se læsum esse credit; nisi quando talis esset læsio, ut alter absque vilo dubio restituere teneatur in foro conscientię ante Iudicis sententiam; quia alter non tenetur ante Iudicis sententiam resarcire damnum minoris, sed potest Iudex audita parte concedere minoribus talem restitutionem. Corduba tamen. *sum. q. 155. & Lud. Lop. 1. p. insr. 2. edit. c. 124. §. si autem talis minor tenent minorem posse uti tacita compensatione in tali casu.*

15 Adde tandem minorem, qui nondum soluit, posse tuta conscientia nõ soluere, sicuti potest beneficium restitutionis implorare, etiamsi actio ad repetendum esset tempore limitato concessa, & intra tale tempus nõdum repetierit, quia annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. *l. licet. 5. C. de excep. probatur etiam ex doctrina aliquorum DD. ut Adriani, 4. mat. de rest. q. de rest. Ludi Coar. reg. peccatum 2. p. 5. 4. n. 8. v. sed & sermo Arag. 22. q. 32. a. 7. ad finem.* dicentium posse perdentem in ludo non soluere, quando ei datur repetitio. Ratio est quia frustranea esset illa solutio, statim enim auctoritate Iudicis pecunia illa v.g. accepta à minore post eius repetitionem debet restitui, & sic circulus vitiosus esset petere, quod restituendum statim est *l. dolo. 8. ff. de doli mali except.* aliqui tamen probabiliter tenent debere minorem soluere, Ita Alcorez, *lib. de ludo c. 33. sine* Nunc ad casum in titulo propositum deueniendo scilicet.

An possit pupillus, vel minor absque Tutoris, vel Curatoris auctoritate arrhas constituere.

16 Respondeo si bona sint immobi-

lia, vel mobilia, quæ seruando seruari possunt, nulla est constitutio arrharum in ijs facta sine Iudicis decreto, quia prohibita est alienatio horum bonorum sine Iudicis decreto, ut dictum est *num. 2.* Confirmabitur vero talis donatio elapsis quinque annis postquam minor vigesimum quintum annum impleuit *l. si quando. c. si maior factus.*

17 Requiritur etiam curatoris auctoritas, quando illum habet ad hoc, ut minor possit constituere arrhas de bonis mobilibus, pecunia &c. *l. si curatorem. c. de integ. restit.* si tamen promittat arrhas, vel donet absque auctoritate, naturaliter obligabitur, ut dictum est *n. 9.*

18 Nec poterit petere beneficium restitutionis, si moderatè donauerit. *l. non videtur. c. de integ. rest.* poterit vero in minore esse immoderata arrharum constitutio; etiam si non excedat decimam.

19 Quodsi in prædictis omnibus casibus minor iurauit, valebit arrharum constitutio, ut benè docet Azebedo, *lib. 5. recop. t. 2. l. num. 12.* nec poterit minor restitutionem in integrum petere; nisi in casibus, in quibus ea maiori competit ut dictum est *nu. 6.*

20 Et quæ de arrhis dicta sunt: intellige etiam de sponsalitia largitate.

DISPUTATIO XXXIX.

An possit filius fam. promittere arrhas inconsulto Patre.

1 S Vpponendum est primo filiũ fam. puberem ex omni contractu absque licentia patris inito obligari naturaliter, & ciuilitè, ac si esset paterfam. ut habetur expresse *l. eam. ex contractibus 57. ff. de iudicijs. & 5. pupillus instit. de inuul. stip.* nam si sit impubes naturaliter tantum obligabitur. Excipe tamen votum, & mutuum, quibus filius fam. etiam pubes nõ obligatur irreuocabilitè absque consensu patris .i. potest pater votum filij fam. antepubertatem emissum,

missum, si personale sit, irritare, si autem reale, potest usque ad 25. annum secundum communē sententiā.

2 Hinc inferitur non posse patrem amouere filium fam. puberem, qui se obligauit alicui seruire ad certum tempus, aut eum compellere, vt sibi ministret. filius tamen tenetur lege pietatis patri ministrare, quando is non potest vitam commodē traducere, vel si dedecus illi sit aliquam artem exercere, quam sciret. Ita Angelus. *de filius n. 30. Nauar. sum. c. 14. n. 13. Manuel. 1. i. sum. c. 14. nu. 6. Gutier. de iur. c. 5. 1. p. n. 4.* & alij. nec potest pater filium ab eo proficisci volentem etiam ad Indos impedire, quando non indiget opera filij, & ille vellet honestū vitæ genus eligere, si nolit alimenta à patre; quia aliter homo liber efficeretur conditionis seruilis *contra l. 2. 52. qui oper. fuer. stari.* vt docent Pennellus *l. 1. p. 2. n. 55. C. de bon. mat. Padilla l. fratris nu. 10. C. de transf. docens posse filium fam. contra voluntatem Patris se vendere contra tenet Angel. cons. 85. nu. 3.*

3 Secundo supponendum est filium fam. non posse absque licentia patris contrahere de his, in quibus pater habet vsum fructum, *ex l. fin. §. filius autem c. de bonis, qualib.* Nec hoc est correctum in Castella per *l. 6. Tauri* quoad dispositionem filij fam. inter viuos, quia lex Tauri concessit filiis fam. solam libertatem disponendi in testamentis, ergo in cæteris contractibus eos reliquit, vt ius commune. tamen Cældas *l. si curatorem* affirmat esse correctum in Castella.

4 Hinc deducitur posse patrem irritare vota realia filij fam. in quacumque ætate ea emiserit, probatur, quia ratione ætatis filius fam. non eximitur à patria potestate; & ex altera parte nullam habet administrationem bonorum aduentitiorum, in quibus pater habet vsum fructum, vt etiam docet Viualdus Candel. *sacram. 3. p. c. 14. n. 92.* dicens ita aliquos tenere. Doctores tamen communiter dicunt posse patrem solum irritare vota

realia emissa ante 25. annum. Ita Angel. Sotus. Angles floribus D. Ant. Metina. & alij apud Sanch. *hic nu. 10.* His positis.

5 Ad quæsitum an possit filius fam. arrhas inconsulto patre constituere. Resp. affirmatiuè, probatur, quia potest quemcumque contractum inire patre inconsulto. vt *n. 1. dictum est.* & si promittat de bonis præsentibus, vel futuris, tunc computabitur decima pars bonorum iuxta tempus, quo vxor elegerit assignationem arrhæ, vt *dis. 29.* dictum est. si vero de bonis præsentibus tantum, tunc etiam inter decimam computantur bona aduentitia deductis grauaminibus, cum eo tamen onere; vt pater possit vsum fructum de his capere, nec filius possit alienare; at in Castella computabitur integrè valor omnium bonorum, quando est matrimonium; quia per matrimonium Ecclesiæ benedictionibus subsequutis filius habet omnia, tum quoad proprietatem, tum quoad vsum fructum, & si ante initum matrimonium arrhas promittat, modicæ considerationis est, statim enim omnia fient ipsius filij post matrimonium. dic etiam posse largitatem spõsalitiam constituere, patre inconsulto, quia ex omni contractu tenetur. vt dictum est.

DISPVATIO XXXX.

An mulier quæ ad secundas nuptias minime transit, possit superstitibus filiis, vel ascendentibus ad libitum disponere de arrbis soluto matrimonio.

1 **R**espond. omnino tenendum est posse mulierem, quæ ad secundas nuptias non transit, si descendentes habeat meliorare quemcumque ex descendentes in 3. & 4. arrharum parte, & quintam extraneo dare; immo melioratio generalis bonorum, comprehenderet etiam arrhas. atque, adeo nullum est discrimen in Regno Castellæ inter arrhas, & cætera bona vxoris. Probatur quia *l. 1. t. 2. de arrbis*

arrhis l. 3. fori. quæ disponit vt mulier si filios habeat, possit disponere de quarta arrharum parte seruatis tribus filijs, non est vsu recepta, sed contrarium seruatur, nec *l. 50. Tauri* eam in hac parte confirmat, sic etiam *Molin. lib. 2. de primog. c. 10. nu. 64. Matien. lib. 5. rec. t. 2. l. 3. gl. 1. Valasc. conf. 16. n. 6. t. 1. Gutier. 2. pract. q. 18. nu. 5.* & alij contra *Suar. l. 3. fori. Ioan. Lup. & Azebedo* oppositum sentientes apud *Sanchez hic num. 3.*

- 2 Quod si mulier solos habeat ascendentes, non poterit disponere nisi de sola tertiæ arrharum parte in eorum præiudicium in Regno Castellæ. probatur *ex l. 6. Tauri hodie l. 1. tit. 8. l. 5. recop. ibi (los ascendientes sucedan a los descendientes, y les sean legitimos herederos, como son los descendientes a ellos en todos sus bienes de qualquier qualidad.)* ergo sicuti mulier non potest præiudicare descendentibus, nisi in quinto arrharum, ita neque ascendentibus, nisi in tertio.

DISPVATIO XLI.

An mulier secundo nubens superstitibus filijs ex priori matrimonio possit disponere de arrhis a priori viro acceptis, sicut de alijs proprijs bonis; vel teneatur integras seruare illis filijs, illique aequaliter succedant, ita vt nullum possit meliorare dando maiorem portionē.

- 1 **P**robabilior, & communior sententia est non posse vxorem in hoc casu ad libitum disponere; sed te-


neri arrhas seruare filijs prioris mariti, & illis æquè diuidere, nec posse in his maioratum constituere, aut aliquè meliorare, quia donatio arrharum est voluntaria, & non habetur ex titulo oneroso, sed tantum lucratiuo, ergo non potest ad libitum disponere de arrhis; sed debet illas filijs prioris mariti æquè diuidere. nam vxor accipiēs aliquid à viro, siue donatione inter viuos, siue vltima voluntate titulo lucratiuo, tenetur seruare filijs prioris mariti, & illis equaliter diuidere, si ad secundas nuptias transit; immo statim amittit dominium eorum, quæ data sunt, & tantum ibi vsumfructum reseruat, vt habetur expresse *l. femina 3. C. de 2. nupt.* Nec hæc decisio correctæ fuit per Ius Canonicum, nam non est principaliter edita in odium secundarum nuptiarum, sed in fauorem filiorum prioris mariti. Ita *Villalob. in com. opin. lit. A. v. arra nu. 2. 51. Molin. lib. 2. de primo. c. 10. n. 62. Aiora de partitio. 3. p. q. 15. Angulo de melior. l. 2. gl. 1. n. 5. Gutier. 2. pr. q. 18. fin.*

- 2 Contraria sententia, quæ ait posse mulierem de arrhis disponere vt de reliquis bonis, est satis probabilis, est *Valasci con. 16. nu. 6. P. Molinæ d. 431. t. 2. de iust. §. contrarium.* Ratio eorū est, quia hæc non est donatio simplex, sed remuneratoria, at hæc donatio nõ reseruatur filijs prioris mariti. vt docet *Ant. Gabr. t. 3. comm. 13. t. de 2. nupt. concl. 1. num. 39.* cum alijs, de sponsalitia vero largitate nullum est dubium quod teneatur filijs prioris matrimonij eam reseruare.

FINIS LIBRI SEXTI.







7

COLORED
PAPER

No A
17-172